



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

III. Loci praeicipui Theologici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

303
LOCI PRÆCIPVI
THEOLOGICI.

PHILIPPVS MELANCHTHON
PIO LECTORI S. D.

PRODEST FIRMA ET PERSPICVA
testimonia de singulis articulis doctrinae Christianae, ordine dis-
tributa, velut in tabella habere proposita, vt cum disputant animi
secum, aut anguntur, sententia certa in conspectu sint qua trepidan-
tes erudiant, erigant, confirmant, consolentur. Hac enim sunt exer-
citia fidei p̄p̄s & necessaria, & non ignota, de quibus Propheta in-
quit: *Luxerna pedibus meis verbum tuum.* Ad hunc usum domesti-
cam initio mihi hos locos institui, & cum viderem his turbulentis
temporibus interdum aliqua explanatione opus esse, addidi interdum
aliquas descriptiones, aut partitiones. Hac cum postea circumfer-
rentur in manibus multorum, recognoscenda & augenda fuerunt.
Non ambitione, non *φιλονομία*, non emulatione, non vt sererem ri-
zas, hac & institui & collegi, sed primum vt meipsum erudirem,
deinde vt aliquorum qui hac legebant, honesta & pia studia adiuua-
rem. Sed de voluntate mea nihil dicam amplius, quam quod Deo pro-
batum esse spero, ac mea conscientia testimonium antefero crimina-
tionibus Ecc̄j, Cochlei, Alfonsi, & multorum qui illis applaudunt.
Cum autem re ipsa cognouerim, explanationem dogmatum Ecclesie,
propter multas causas opus esse difficilimum, & quanquam necessa-
rium est, tamen plenum esse ingentium periculorum: attente audi-
ti interpretes eruditos *υγιεινός* Deo id ē. *ἰσχυρός*, & mediocri cura & so-
licitudine inquisiui Ecclesie doctrinam, & conatus sum res veras,
quantum potui perspicuitate, recitare. Non gigno novas opiniones, nec
aliud inanis scelus esse in Ecclesia Dei sentio, quam ludere fingendis
novis opinionibus, & discedere à prophetica & Apostolica scriptura,
& consensu vero Ecclesie Dei. Sequor autem & amplector doctri-
nam Ecclesie Vitebergensis & coniunctarum, quae sine ulla dubita-
tione consensus est Ecclesie catholicae Christi, id est, omnium erudito-
rum in Ecclesia Christi. Vult autem Paulus, esse iudicia doctrina in
Ecclesia, vt veritas seruetur incorrupta, & non temere labefactetur
concordia: Et agnosco ipse meorum scriptorum maciem & squalo-
rem.

rem. Quamquam igitur proprie & plane loqui studeo, tamen fieri potest, praesertim in tanta mole rerum, & in tanta breuitate, ut interdum aliquid dictum sit obscurius, aut parum commode. Ideo non defugio iudicia Ecclesiarum nostrarum. Nam has censeo vere Dei Ecclesiam, & vera animi pietate eas veneror, nec me ad inuicem, meamque dicta, scripta & facta, earum iudicio permittam. etiam optaui alios, qui antecellunt eruditione & iudicio, communicato consilio, & collatis sententijs de rebus ipsis, & de reformandis quendi graui autoritate tale aliquod opus condere, quod ordinis principuas materias doctrinae Ecclesiasticae, complecteretur. Deum hanc rem cura esse debere pijs & sapientibus Principibus, praesertim in tanta temporum confusione. Sed videmus Ecclesiam non regimani consilijs. Oro igitur Deum aeternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, ut propter filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, quem voluit esse pro nobis victimam, & Ecclesiam sibi colligat, regat & seruet, & docentium & discipulorum mentes gubernet, studia adiuuet, & ad veritatem & concordiam amorem multos flectat. Id cum Christus in agone suo precatus sit, nostra vota & nostros gemitus ad huius nostri pontificis precam adiungamus, qui dixit: Pater sanctifica eos in veritate, seruitus est veritas. Ne sinas extinguere lucem veritatis, id est, Euangelij tui. Et addit: Sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Primum vnum coniuuncti sint, deinde inter sese sint concordantes, & consulant paci verae Ecclesiae, iustis officijs. Hortor & scholasticum gregem, ut cogitent, qua in statione a Deo collocati sint, & sciant se Ecclesiae Dei seminaria esse. Nam ex hoc numero filius Dei regnans ad dexteram aeterni Patris, ac dona dans hominibus, videlicet pastores & doctores, sumit Euangelij ministros, quos preparari vult in scholis. Hos esse custodes librorum Prophetiarum & Apostolicorum, & verorum dogmatum Ecclesiae voluit. Quare diligentiam & fidem in re omnium maxima, Deo, Ecclesiae, & posteritati praestemus, veritatem inquiramus, amemus, tueamur, & ad posteros incorruptam transmittamus. VViteberge.

ANNO M. D. XLIII.

LOCI THEOLOGICI
COLLECTA A PHILIPPO
MELANCHTHONE.

PRÆFATIO.

ITA CONDITI SVNT HOMINES A DEO, VT NV-
meros & ordinem intelligant, & in discendo multum vtraq; re, nu-
meris & ordine adiuuentur. Quare in artibus tradendis singulari
cura monstratur ordo partium, & indicantur initia, progressionis &
metæ. Hanc explicandi formam in Philosophia vocant Methodum,
sed hæc in ijs artibus, quæ demonstrationibus extruuntur, aliter quam
in doctrina Ecclesiæ, instituitur. Nam demonstratiua methodus pro-
greditur ab ijs, quæ sensui subiecta sunt, & à primis noticijs, quæ vo-
cantur principia. Hic in doctrina Ecclesiæ tantum ordo quaeritur,
non illa methodus demonstratiua. Nam hæc doctrina Ecclesiæ non
ex demonstrationibus sumitur, sed ex dictis, quæ Deus certis & illu-
stris testimonijs tradidit generi humano, per quæ immensa boni-
tate se & suam voluntatem patefecit.

Ac vt in philosophia
quaeruntur certa, & discernuntur ab incertis, & causæ certitudinis
sunt, Experientia vniuersalis, Principia, & Demonstrationes: ita in
doctrina Ecclesiæ, certitudinis causæ est reuelatio Dei, & conside-
randum est, quæ sententiæ à Deo tradita sint. Vt certa est cuiuslibet
sæpe hæc sententiæ, Bis quatuor sunt octo, est enim naturalis noticiæ
vt principiorum, ita sint certi nobis & immoti articuli fidei, commi-
nationes & promissiones diuinæ, ita certum sit, agenti penitentiam
remitti peccata propter filium Dei, exaudiri se, & fieri hæredem vi-
tæ æternæ, Sed causæ certitudinis diuersæ sunt. Sententiæ de nu-
meris mens suo iudicio vider. At articuli fidei certi sunt propter re-
uelationem, quæ certis & illustribus testimonijs Dei confirmata est,
vt resuscitatione mortuorum, & multis alijs miraculis. Sed quia res
sunt extra iudicium humanæ mentis positæ, languidior est assensio,
quæ fit, quia mens mouetur illis testimonijs & miraculis, & iuuatur à
Spiritu sancto ad assentiendum.

Et si autem Philosophia do-
cet, dubitandum esse de his, quæ non sunt sensu comperta, nec sunt
principia, nec sunt demonstratione confirmata, vt hic licet dubitare,
sæpe tamen sola nobis cæuitas sit causæ, cur iris sit arcus, tamen
doctrinam Ecclesiæ à Deo traditam sciamus certam & immotam
esse, etiam si nec sensu deprehenditur, nec nobiscum nata est vt prin-
cipia, nec demonstrationibus inuenitur, sed causæ certitudinis est,
reuelatio Dei, qui est verax.

QVARE illam dubitationem philosophicam, seu *λογιστική* nequaquam admittamus ad doctrinam Ecclesiae a Deo traditam. Haeret alioqui in mentibus in hac naturae humanae corruptione, ingens confusio dubitationum de Deo, quibus repugnandum est, & oppositae sunt sententiae a Deo traditae. Non alenda est hic, aut latuenda dubitatio, sed sit fides certa assensio, *ἔλεγχος*, id est, certitudo mens conuicta diuinis testimonijs, firmissime amplectitur vocali uinam, de rebus non apparentibus, ut loquitur epistola ad Hebraeos.

HAE C praefari necesse est, ut initio cogitemus res certissimas & immotas in Ecclesia doceri, sicut inquit Filius Dei: Caelum & terra transibunt, uerba autem mea non praeteribunt. Deinde cogitemus, fidem esse firmam assensionem, amplectentem integram Euangelij doctrinam, non esse, ut in academia Arcelesiae, ludaeum ambiguos opinionum & disputationum, sicut multa petulantia ingenij, & multi superbi homines semper iudicant, iudicant, & iudicant, quorum blasphemias punit Deus & praesentibus & aeternis supplicij.

NUNC de ordine partium doctrinae aliquid praefandum est. Ipsi libri Prophetici & Apostolici optimo ordine scripti sunt, & articulos fidei apertissimo ordine tradunt. Est enim historica series in libris Prophetis & Apostolicis, ordiuntur a prima rerum creaturae & conditione Ecclesiae, & deinceps omnium temporum series a conditione rerum usque ad Cyri monarchiam continetur in his libris Prophetis. In hac serie multae narrantur instaurationes Ecclesiae, & aspersuntur narrationibus doctrina legis, & promissio Euangelij. Deinde Apostoli testes sunt de Christo exhibitio, nato, crucifixo, resuscitato. Haec sunt historica. Et in concionibus Christi continentur articuli fidei, explicatio Legis & Euangelij. Accedunt & Pauli disputationes, qui ut artifex instituit disputationem in epistola ad Romanos, de discrimine Legis & Euangelij, de Peccato, de Gratia, seu Reconciliatione, qua restituimur ad vitam aeternam. **E**TSI autem hunc ordinem animaduertenti non multum opus est commentarij, aut nostris libellis, aut similibus, tamen quia uult Deus in Ecclesia uocem docentium sonare, ut dicitur de ministerio Euangelij, Epistolae. 4. Non frustra labor docendi suscipitur. Non gignimus nouas res, seu materias, ut Hesiodus aliud tradidit quam patres. Sem, Isphet, & haeretici res nouas comminiscuntur, non traditas ab Apostolis, sed pij interpretes acceptas a Deo sententias in Prophetica & Apostolica narratione, bona fide recitant, & quia rudes non ubique genus sermone intelligunt, non statim uident ordinem rerum, commonefaciunt sunt uoce interpretum de genere sermone, & de rerum ordine. Et quia multae corruptelae subinde excogitatae sunt, & excogitantur.

p̄fiores & Doctores sunt testes veræ sententiæ certa autoritate
 scriptæ, & refutatores falsarum interpretationum. Propter has caus-
 as Deus ministerium Euangelij, & studia in templis & in scholis sua
 operetur, & subinde restituit, vt simus custodes librorum Propheti-
 corum & Apostolicorum, & testes veræ interpretationis, & refute-
 res omnes opiniones pugnantes cum doctrina tradita per Prophe-
 tas, Christum, & Apostolos, ne extinguatur lux Euangelij. Ac vt
 Ephes. 4. dicitur, ne Ecclesiæ tanquam ventis agitata & dissipata,
 amissa veritate, implicentur varijs erroribus, vt sæpe accidit. Ethnici
 amissa luce doctrinæ patrum, horrendis & varijs furoribus agitati
 sunt, macularunt humanas hostias, coluerunt priapos, prostituerunt
 coniuges & virgines, vt idola placarent. Sic quam varia genera furo-
 rum fuerunt in Marcionis & Manichæi secta, quantum blasphemiaz,
 libidinum, seditionum? Quam varij furores nunc sunt Ana-
 bopillarum? qui multum habent contagij Manichæorum. Ab Ar-
 rio furores Mahometici orti sunt. Quales furores sunt in inuocatio-
 ne mortuorum & cultu statuarum, in venditione missarum, in defen-
 sione legis de celibatu, & multis alijs quæ defendunt Eccius, Pygius,
 & similes parafici Pontificum? HÆC exempla furorum omni-
 um ætatem considerent pij, & commonefacti voce recte docentium,
 amplectantur vtraq; manu & toto pectore libros Propheticos &
 Apostolicos, à Deo traditos, & adiungant enarrationes & testimo-
 nia purioris Ecclesiæ, vt Symbola Apostolicum & Nicenum, vt lu-
 cem Euangelij retineant, nec in furores tales incidant, quales vt dixi,
 sequuntur, extincta luce Euangelij. Qui vero pio studio legent
 Propheticos & Apostolicos libros, & quærent purioris
 Ecclesiæ sententiam, facile iudicabunt quibus humanis enarrationi-
 bus deinde adiunari possint, & intelligent quid utilitatis afferant pio-
 rum explicationes, recte & dextre scriptæ, & ex fontibus sumta te-
 stimonia. Hos, si voluntates erunt piæ, in hoc studio, & hac dijudi-
 catione Deus reget Spiritu sancto, ne diaboli præstigijs fallantur,
 sed hœcantur ad agnosendas, amplectendas, & retinendas veras
 sententias, Sicut Paulus inquit: Deus est qui cum effecerit
 n. velitis, efficiet etiam vt perficiatis. Cum accen-
 derit voluntatem, vt pio studio quæ-
 rat veritatem, adiuuabit etiam
 eam, & gubernabit, vt la-
 bor sit nobis & alijs
 felix.

IDEO CONDITUM EST GENVS HVMANVM, AC DEPTI-
 ceptus ideo redemptum est, vt sit imago & templum Dei, Deum cele-
 brans. Vult enim Deus agnosci & celebrari, & fulsisset illustris de-
 ma noticia Dei in mentibus hominum, si natura hominum mansisset
 integra: nec deinde postquam recepti sunt in gratiam Adami & Huius,
 aliud est maius ac melius opus hominis, quam vera Dei agnitio, in-
 tuocatio ac prædicatio, vt Psalm. 149. Laus eius in Ecclesia Sabba-
 rum. Et Psalm. 118. Non moriar, sed viuum, & narrabo opera Domi-
 ni. Sit igitur prima & summa cura hominis, veram de Deo doctrinam
 discere, sicut & primum præceptum hoc officium præcipue pollicetur.
 Sed humanæ mentes in hac corruptione naturæ in magna & tribu-
 latione vagantur, quæ reates an sit Deus, an sit providentia, & quæ
 Dei voluntas. Et quanquam esse Deum, & præcipere obedientiam
 iuxta discrimen honestorum & turpium impressum humanis memo-
 riis, & regulariter punite atrociora scelera atrocibus supplicijs in he-
 vita, multa illustra & firma testimonia ostendunt, tamen horrida
 dubitatione cruciantur animi: Quia vident sæpe opprimi patres bo-
 nos & malos ingentibus calamitatibus. Et quanquam notum
 mens humana agnoscat Deum punire fontes, tamen de reconcilia-
 tione nihil nouit sine reuelatione diuinæ promissionis. Ideo cum pæna
 obruimur, aut disputant homines casu eas accidere, aut miramur,
 cur Deus hanc infirmam naturam tantis miserijs oneret. Pericles pe-
 tat casu, vel ex materiæ contagijs principaliter orti pestilentiam
 Atticam, non agnoscat pœnam esse diuinam. Oedipus agnoscat de
 Deo puniri, sed profusus nihil scit de remissione peccatorum.

CVM igitur tantæ sint tenebræ humanæ mentis, agnoscentur
 ingens beneficium esse, quod Deus sese patefecit ipse clara voce &
 certis testimonijs, inde vsq; ab initio post conditum genus huma-
 num, & post conditam Ecclesiam suam, quod tradidit sua voce legem
 & promissionem reconciliationis, & addidit ingentia miracula, vt
 seruauit in diluuium, deletionem Sodomorum, educationem populi
 Israël ex Aegypto, & multas resuscitationes mortuorum.

HT illustribus testimonijs quæramus Deum patefactionem
 sciungamus nos ab Ethnicis, & omnibus ignaris Euangelij, & in-
 fra inuocacione cogitemus, quem Deum inuocemus, ubi & cur illi
 us patefecerit, non vagemur animis, vt Ethnicis, aut qui ad stare
 runt, non negligenter aut frigide cogitemus de patefactione Dei,
 agnoscamus esse ingens beneficium, & certum testimonium, quod
 sit nobis opitulari. Sic deducit nos ad patefactionem Paulus 1. Cor.
 1. Cum mundus Deum sapientem non nosset per sapientiam, pater

per suam prædicationem saluos facere credentes, id est: Quia negotiorum animi, & intuetur hunc pulcherrimum ordinem, in creaturis sapientissime institutum, & nos de opifice commonefacientem, tamè dubitane an sit prouidentia, an recipiamur a Deo, exaudiamur, iuuentur, edita est vox Euangelij, qua se Deus patefecit, & tamen hanc quoque maximam partem hominum ut fabulosam deridet. Sed aliqui amplectuntur, hi discunt recte agnoscere, & recte inuocare Deum, & donantur æterna vita, iusticia, gloria, &c.

Si c Christus deducit nos ad patefactum Deum. Cum peteret Philippus monstrari Patrem, grauitè obiurgat eum, & ab illa speculatione reuocat, ac inquit: Qui uidet me, uidet Patrem. Non vult vagabundis speculationibus quærere Deum, sed vult oculos nostros defixos esse in hunc exhibitum Filium, & inuocationem dirigi ad hunc Deum æternum Patrem, qui se patefecit misso hoc Filio, & dato Euangelio, & qui propter hunc Filium mediatorum recipit nos, & exaudit. Ita semper Deus ab initio, procedens ex sua arcana sede propter salutem nostram, & sese patefaciens, ac familiariter nobiscum colloquens, tradidit aliquod verbum ac testimonium, ad quod alligauit mentes hominum ita, ut hunc vere esse Deum æternum conditorem statuerent, qui se patefecerat hac voce, & hoc testimonio. Sic in primo præcepto alligat populum ad verbum, quod sonuit in monte Syna, & ad eductionem ex Aegypto: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Complectitur omnia miranda facta in eductione, quæ fuerunt testimonia præsentis Dei. Hic idem Deus dedit promissiones de Mediatore, propter quem inde usque ab initio patres exaudiri se sciebant. Ita alligata erat eorum inuocatio ad hunc Deum, qui se in eductione ex Aegypto patefecerat, & dederat promissiones de Mediatore, ut Dauid inquit: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis: Tu es Sacerdos in æternum, &c. Ita nos iam exhibitio, crucifixio & resuscitatio Christi, & Euangelij luce agnita, hoc ipsum testimonium nobis proponamus, in hunc Filium intueamur, ac discamus hæc duo, Quis sit Deus, & quæ sit voluntas eius, & nostram inuocationem ab Ethnica, Turcica, Iudaica, prudenter & ardentè sciungamus. Præcipue enim in his grauisimis quæstionibus differt vera inuocatio à falsa: Quæstione de essentia, & quæstione de voluntate. Turci etsi dicunt se inuocare vnum Deum, conditorem cæli & terræ, tamen à vero Deo aberrant, quia negant hunc esse Deum, qui misit filium Mediatorum. Non igitur rectè inuocant. Est enim æterna & immota regula, Iohannis. 5. Qui non honorat Filium, non honorat Patrem.

Primo igitur Turci de essentia Dei errant, quia fingunt sibi suam Deum, qui non sit pater Iesu Christi. **S**ecundo errant de voluntate, cum promissiones ignorent, & negent filium esse

esse mediatorem, manent in perpetua dubitatione, nec possunt statim se recipi à Deo, & exaudiri. Qui vero manent in ea dubitatione, non inuocant, sed fugiunt Deum, & ruunt vel in contentum Dei, vel in æternas desperationes, & in blasphemias. **E C O N T R A**

Ecclesia Dei affirmat hunc esse Deum conditorem rerum, qui se patet, misso hoc Filio, & dato Euangelio, & editis testimonijs iugibus, quæ recensentur in historia Prophetica & Euangelica. Quod summum de essentia Dei iudicat non ex humanis imaginationibus, sed ex verbo Dei, certis testimonijs tradito. Deinde de voluntate nos scimus Filium Dei mediatorem constitutum esse mirabili & incomparabili consilio, & certo recipi & exaudiri nos petentes propter hoc Mediatorem. His discriminibus initio consideratis, quæ quidem inuocatione quotidie cogitanda sunt, rectius intelligitur, quomodo querendus, agnoscendus, & inuocandus sit Deus, quam ex ceteris speculationibus, quas multi cumularunt sine modo, in commentarijs Longobardi.

V T autem descriptionem aliquam Dei tenemus, conferam duas, alteram mutilam Platonis, alteram integram, quæ Ecclesia tradita est, & ex baptismi verbis discitur. Platonica hæc est: **D E V S E S T M E N S Æ T E R N A C A V S S A B O N I I N N A T V R A.** Quanquam autem hæc Platonica descriptio adeo enititur composita est, vt difficile sit iudicare parum exercitatis, quod dicitur, tamen quia nondum ita describit Deum, vt se patefecit ipse, præterita est alia illustrior & propior descriptio. Verba sunt hæc. Deus esse mentem æternam, id est, essentiam spiritualem, intelligentem, æternam, causam boni in natura, id est, veracem, bonam, iustam, omnipotentem, conditricem bonarum rerum omnium, & totius ordinis in natura, & humanæ naturæ ad certum ordinem, id est, ad certam obedientiam. Hæc omnia complexus est Plato. Sed hæc sunt adhuc humanæ mentis cogitationes, quæ etsi veræ & erudite sunt, & firmis demonstrationibus natæ, tamen addendum est, qualem se Deus ipse patefecerit. Sit igitur hæc altera descriptio: **D E V S E S T E S S E N T I A S P I R I T V A L I S, I N T E L L I G E N S, æterna, verax, bona, pura, iusta, misericors, liberrima, immensæ potentia & sapientia, pater æternus, qui Filium imaginem suam ab æterno genuit, & Filius imago Patris coæterna, & Spiritus sanctus procedens à Patre & filio, sicut patefacta est diuinitas certo verbo, quod Pater æternus cum Filio & Spiritu sancto condiderit & seruet cælum & terram, & omnes creaturas, & in genere humano condito ad imaginem suam, & certam obedientiam, elegerit sibi Ecclesiam, vt ab ea, hæc verba vera diuinitas patefacta certis testimonijs, & per verbum traditum Prophetis & Apostolis, agnoscat, inuocetur, & colatur iuxta verbum illud diuinitas traditum: & dampnentur omnes cultus, quæ**

per alios Deos, & hæc vera diuinitas in vita æterna celebratur.

Hæc descriptio propius recitat quis sit Deus, & deducit nos ad patefactionem diuinam, sicut in Ecclesia semper hæc doctrina tractata est. Primum caput Genesis testatur Deum esse essentiam intelligentem, ait enim: Dixit Deus. Constat autem, dicere esse intelligentem essentiam non brutam, & esse bonam essentiam, puram, iustam, & liberrimam voluntatis, testatur creatio hominis, cui ad imaginem diuinam condito impressit Deus notitiam, quæ præcipiunt bona, iusta, & ordinata, & addidit libertatem voluntatis, etsi hæc bona post lapsum priorum parentum deformata sunt. Præterea quod sit essentia æterna & omnipotens, creatio ipsa testatur, de qua dicitur: In principio creauit Deus caelum & terram.

PERSONÆ vero tres, etsi in eodem Capite obscurius monstrantur, tamen paulatim clarius reuelatae sunt. Pater dicens genuit Verbum, quod est imago æterni Patris. Et de Spiritu sancto expresse dicitur: Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Sed postea Patribus & Prophetis exhibita est doctrina illustrior. David & Iesaias clare supra Angelos & omnes creaturas collocant Messiam, & Deum nominant, vt Psal. 2. Filius meus es tu, &c. Et Psal. 45. Et concupiscet rex decorem tuum, Quoniam ipse est Deus tuus, & adorabis ipsum. Et Iesaias 9. Paruulus natus est nobis, & Filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius Deus fortis, pater æternæ vitæ.

TANDEM in nouo Testamento clarissime patefactæ sunt tres personæ, vt in baptismo Christi Pater inquit: Hic est filius meus dilectus. Filius conspicitur palam stans in flumine. Spiritus sanctus vero manifesta specie insidet Filio. In hanc reuelationem intueamur, & nostras cogitationes de Deo, & inuocationem nostram ab Ethnica, Turcica, Iudaica, seingamus, & hunc æternum Patrem, qui se ibi patefecit misso Filio suo Iesu Christo, & ostenso Spiritu sancto inuocemus, vna cum Filio & Spiritu sancto conditorem rerum & opitulatorem. Hæc sæpe cogitanda sunt inter inuocandum. Quomodo autem personæ discernendæ sint, postea dicetur, prius enim aliquo modo reliqua pars descriptionis declaranda est.

DEI creaturas conditas esse à Patre, Filio, & Spiritu sancto, id quod passim in veteri & nouo Testamento traditum est, vt Iohan. 1. de Verbo: Omnia per ipsum facta sunt. Et de Spiritu sancto: Spiritus Domini fovebat aquas. Semper igitur regula teneatur infixamenti, creationem rerum, & conseruationem, opera esse totius Trinitatis, æterni Patris, Filij, & Spiritus sancti.

POSTREMO in descriptione Dei sit mentio Ecclesiæ, vt mentes nostræ sint alligatae ad hunc Deum, qui se patefecit in Ecclesia, & sciant hunc vere esse conditorem rerum, qui se dato hoc suo verbo, certis testimonijs ab initio mundi patefecit. Sciant item, sic de eo sentiendum esse sicut se patefecit.

patefecit. Ethnici & Turci quoq; iactitant se inuocare illum Deum, qui condidit cœlum & terram, sed falso id iactitant, quia vagantur animis, nec volunt audire conditorem se patefacientem verbo suo, & misso filio. Aberrant ergo à vero conditore, & fingunt sibi conditores suis speculationibus: Quare in omni cogitatione de Deo & omni inuocatione mentes intueantur Christum missum in Carne, cruciatum & resuscitatum, & statuant hunc vere esse Deum conditorem, hunc filium misit, & dedit Ecclesie suæ Euangelium. **P**ER

R I utiq; particulas descriptionis, in quibus hoc quoq; sciamus, has virtutes, quas Deo tribuimus, in eo non esse accidentia, ut in nomine seu Angelo sapientia, iusticia, bonitas, sunt accidentia, sunt mutabiles. Sed sicut potentia Dei non discernenda est ab essentia, aliud est, sic non sunt aliæ res, sapientia, veritas, iusticia, bonitas Dei, sed sunt ipsa essentia, quæ est quiddam viuum per se subsistens, intelligens, æternum, omnipotens, bonum, iustum. **H**ANC

descriptionem vt teneret Ecclesia in conspectu & ob oculos, distulit ab Ethnicis opinionibus, commendauit eam nobis Christus in prima & notissima ceremonia: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, id est, Ego hac merfione mandato Christi iustificor, te recipi à Deo creatore omnium rerum, Patre æterno, Filio eius Iesu Christo, & Spiritu sancto, quem Deum agnosces placuit esse per Iesum Christum Filium æterni patris, & hac fiducia innocetibus, qui te Spiritu sancto reget & viuificabit ad vitam æternam, seu promissiones diuinæ pollicentur: Effundam de meo Spiritu super omnem carnem, &c. Et Christus inquit Iohan. 14. Ego rogabo Patrem, & alium Paraclætum dabit vobis, Spiritum veritatis.

QUARE de Deo cogitantes, siue in docendo, siue in innocetendo: Baptismi doctrinam, & testimonium nobis proponamus, nec tantum de numero speculemur, sed de causis, cur filius missus sit, de promissione reconciliationis, de gubernatione miranda sanctorum, qui à Christo defenduntur contra Diabolum, & Spiritu sancto mirabiliter viuificantur. Etsi enim Diabolus, qui est homicida, mirabiliter oppugnat singulos, vt auulsos à Deo euerat: tamen Christus e contra propugnat oues suas, quamlibet imbecilles & amentas, sicut inquit: Oues meæ vocem meam audiunt, & nemo rapuas de manu mea. Simul ergo de admirandis beneficijs Dei proprii Filium donatis, cogitemus, quoties verba Baptismi recitamus.

TESTIMONIA DE VNITATE DEI.

VNA est æterna essentia diuina, iuxta descriptionem positam, æternus Pater, Filius imago Patris, & Spiritus sanctus. Ac per hæc discernuntur, quoties diuinitas intra sese describitur. Sed cum

DE TRIBVS PERSONIS DIVINITATIS. 313

per creaturis, mentio fit vnus aeternae essentiae, vt Deut. 6. Audi
 Israel. Dominus Deus noster Dominus vnus est. Ac pij obseruent ap-
 pellationem. Dixi discernendam esse inuocationem Ecclesiae ab Eth-
 nica Ideo populus Israel peculiarem appellationem Iehoua tribuit
 Deo, vt discernat Deum verum conditorem, qui se in hoc populo pa-
 rificat, ab idolis & commenticijs numinibus Ethnicorum.

DEUT. 4. Vt scias quod Dominus est Deus, & non est alius
 praeter eum, id est: Hic Deus patefactus in hoc populo Israel, solus
 est Deus. Deut. 32. Videte quod ego sim solus, & non est alius praeter
 me. Ies. 44. Haec dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius, Domi-
 nus exercituum. Ego sum primus & nouissimus, & praeter me non est
 Deus. Ies. 45. Ego sum Deus, & non est vllus praeterea, praeter me
 non est Deus. Ego Deus, & non est alius, formans lucem, & creans
 tenebras. Item: Non est alius Deus praeter me. Deus iustus & saluus
 non est praeter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines
 terrae, quia ego sum Deus, & non est alius. 1. Cor. 8. Scimus quod
 nihil est Idolum in mundo, & quod nullus est alius Deus nisi vnus.
 Nam et si sunt qui dicantur dij, siue in caelo, siue in terra, sicuti sunt
 dij multi & Domini multi: Nobis tamen vnus est Deus Pater, ex quo
 omnia, & nos in illo: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem om-
 nia, & nos per eum. Ephes. 4. Vnus Deus & pater omnium, qui super
 omnes, & per omnia.

DE TRIBVS PERSONIS
 DIVINITATIS.

IN hoc articulo necesse est constitui quid vocabulum Personae si-
 gnificet. Primum igitur trado hanc definitionem, conuenientem
 huic articulo: PERSONA, vt Ecclesia in hoc articulo loquitur, ES
 INSTANTIA INDIVIDVA, INTELLIGENS, ET INCOM-
 MUTABILIS. Satis constat veteres scriptores Ecclesiae solitos
 hac duo vocabula discernere οὐσίαν & ὑπόστασιν, & dicere vnā esse
 οὐσίαν, id est, essentiam aeterni Patris, Filij, & Spiritus sancti, sed tres
 ὑποστάσεις, id est, tres vere subsistentes, nō commenticios, non cadu-
 cos, non confusos, sed distinctos, seu singulares intelligentes. Pro hac
 voce Latini vsi sunt nomine Personae, & quanquam Graeca vox ὑπό-
 στασις est illustis, tamen quia ingeniorum petulantia saepe conturbat
 recte dicta, rixae etiam de vocabulo ὑπόστασις ortae sunt. Cesserunt
 igitur Graeci, & Latinos secuti, ceperunt etiam hoc loco dicere tres
 οὐσias. Sed nos omisis rixis vocabulorum, Ecclesiae sententiam
 fideliter retineamus, & verbis iam in Ecclesia vsitatis & receptis sine
 ambiguitate vtamur. Ludit homo fanaticus, Seruetus, de vocabulo
 Personae

splendor gloriæ, id est, effigies seu imago substantiæ Patris. Ac
 proprium de natura diuina Filij manifestum est, quia inquit: Om-
 nis pater eum condita esse. In Symbolo dicitur: Lumen de lumine.
 Hæc appellacionum collatio declarat eas. Filius dicitur imago &
 effigies. Est igitur imago cogitatione Patris genita, quod ut aliquo
 modo considerari possit, à nostra mente exempla capiamus.

Voluit enim Deus in honore conspici vestigia sua, & si
 hominis natura retinisset primam lucem, speculum esset diuinæ na-
 turæ minus obscurum. Nunc in hac caligine, tamen aliqua notari ve-
 stigia possunt. Mens humana cogitando mox pingit imaginem rei co-
 gitatæ, sed nos non transfundimus nostram essentiam in illas imagi-
 nes, suntque cogitationes illæ subitæ & euanescentes actiones. At pa-
 ter æternus sese intuens, gignit cogitationem sui, quæ est imago ipsi-
 us, non euanescentes, sed subsistens, communicata ipsi essentia.

Hæc igitur imago, est secunda persona, & conueniunt ap-
 pellationes. Dicitur λόγος, quia cogitatione generatur. Dicitur
 imago, quia cogitatio est imago rei cogitatæ. Dicitur splendor glo-
 riæ, quod Græce significantius scriptum est ἀπαύρασμα, id est, ab
 ipsa luce splendor editus. Sic filius est splendor à luce paterna edi-
 tus: sicut in Symbolo legitur, Lumen de lumine. Item: Effigies sub-
 stantiæ patris, id est, imago non euanescentes, sed subsistens commu-
 nicata essentia.

Ut igitur in natura hominum, Filium dicimus
 genitum de substantia Patris, similem Patri: Ita secunda persona
 Filius dicitur, quia de substantia Patris natus est, & est eius imago.
 Proprietas ergo discernens Filium à cæteris personis, hæc est, geni-
 tum esse, & imaginem esse. Et sit illustrius discrimen, cum addimus
 hæc secundam personam assumisse certo tempore humanam natu-
 ram in alio Maria. Pater enim non assumpsit humanam naturam, nec
 Spiritus sanctus assumpsit humanam naturam, sed filius est Christus,
 id est, promissus redemptor, vna persona duabus naturis mirabiliter
 unitis, scilicet illa æterna Patris imagine seu λόγος, & natura huma-
 na. Nam verbo vnionis in hoc articulo communis consuetudo Eccle-
 siæ vniuersæ.

MIRA sunt hæc, & longe supra omnem creatura-
 rum caputem posita. Sed scimus hæc arcana Ecclesiæ patefacta esse, ut
 Deum recte inuocemus, & causas cogitemus huius mirandi bene-
 ficij, quod Deus æternus sibi naturam humanam copulauit.
 Vere igitur eam curat ac diligit, & hunc filium misit, ut esset redem-
 ptor, & iram aduersus peccata placaret, ut postea sapius dicendum est.

TERTIA persona Spiritus sanctus, dicitur procedere à Patre
 & à Filio. Hæc proprietas huic tertiæ personæ tribuitur. Tribuitur &
 hæc proprietas, quod sit persona, quæ mittitur in corda renascenti-
 um,

um, id est, qua persona Pater & Filius accendunt novam lucem, novus
morus Deo placentes, iusticiam & vitam, in cordibus renascentiam.
Et revera tunc adest Spiritus sanctus in cordibus, cum ea regit, movet
& accendit, vt 1. Cor. 3. dicitur: Templum Dei estis, & Spiritus Dei
habitat in vobis. Hæc gubernatio & sanctificatio vocatur actio spe-
cialis Dei. Vt autem Filius nascitur cogitatione, ita Spiritus sanctus
procedit à voluntate Patris & Filij, voluntatis enim est agitare, mo-
gere, sicut & cor humanum non imagines, sed Spiritus seu habi-
gignit.

TESTIMONIA.

MATTH. ultimo: Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij,
& Spiritus sancti. Hic nominatim tres personas recenset, & tribuit
eis parem potentiam & honorem. Voluit enim Christus in hac pri-
ma ceremonia complecti summam Euangelij. Quare simul & testifi-
catur recipi nos à Deo, & docet quis sit Deus, quem Deum inuoca-
mus, & quid nobis donet. Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti, id est, Ego testificor te recipi à Patre æterno, & à Fi-
lio, & à Spiritu sancto, vt misericordia & potentia horum liberet te à
peccato & à morte æterna, & doneris iusticia & vita æterna. Inuo-
bis igitur non vt Ethnici aberrantes à vero Deo, qui se patefecit, sed
hunc statues esse Deum conditorem rerum, qui se hoc verbo &
testimonijs ab initio mundi patefecit, tecum in Baptismo facta in-
cit, affirmat se esse Patrem Domini nostri Iesu Christi, & conuincit
Filium placatorem, & mittere Spiritum sanctum ad incoandum te in ius-
ticiam & vitam æternam. AGNOS CIS summam Euangelij ter-
dite comprehensam esse in verbis Baptismi, & ostendi, quis sit Deus,
Ego baptizo te in nomine, id est, in inuocatione, item in mandato.
Item in agnitionem & inuocationem Patris & Filij & Spiritus sancti.
Inuoco Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, super te, testificatur te
recipi, te exaudiri, &c. Hæc est sententia verborum baptismi.

CUM QV Æ verba illa proficeantur, Patrem esse Deum, esse
omnipotentem, esse inuocandum, & ad huius honoris societatem ad-
dantur Filius & Spiritus sanctus, necesse est parem potentiam esse
Cumq; par sit potentia, sunt ἰσοδύναμοι. Præterea constat, Patrem &
Filium Christum, personas distinctas esse. Quare & nomine Spiritus
sancti persona distincta significatur. Nam si Spiritus tantum signifi-
caret ipsum Patrem agitantem aut mouentem res, bis nominasset Pa-
trem, & esset otiosa ταυτολογία. In hanc sententiam & Basilium per-
denter & grauitè ratiocinatur ex hoc dicto Christi: Patrem & Fi-
lium & Spiritum sanctum ἰσοουσίως esse: Baptizari nos oportet, &c.
accepimus, credere autem, sicut baptizamur, glorificari autem, &c.

rellimus, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. **S**ED quia
 rationes sparsae sunt in scriptis Prophetiis & Apostolicis probatio-
 nes, quarum aliae de Filio tantum loquantur, aliae de Spiritu sancto,
 colligenda erunt primò testimonia de filio. Est autem præcipua pro-
 batio in primo capite Iohannis, quem quidem ferunt eo scripsisse
 Euangelium suum, quod Ebion & deinde Cerinthus sparserant Iudai-
 cam opinionem, & detraxerant Christo diuinam naturam, ac sinxe-
 rant eum tantum habere humanam naturam.

PRIMÒ QUAM autem ad Iohannem accedo, ponam duas ra-
 tiones sumtas ex scriptura, quæ meo iudicio vtiliter & docent & con-
 solantur pios. Primo, necesse est fateri Christum esse natura filium
 Dei. Quia Euangelium discernit filios adoptionis à filio Christo.
 Iohannes enim vocat Christum vnigenitum Filium, Iohan. 1. Vidimus
 gloriam eius tanquam vnigeniti à Patre. Porro cum haud dubie sit
 natura filius, necesse est in eo diuinam naturam esse substantialiter.
 Quicquid autem est extra personam Patris, in quo est diuina natura,
 id necesse est personam esse. Ita Paulus inquit de Christo: In quo
 habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, id est, qui Christus est per-
 sona diuina, quasi diceret, habitare in eo diuinitatem, non tantum
 in Davide, effectiue, separabiliter: sed ita, vt ipsa Christi *ὁπρόσω-
 πον* sit diuina. Nam Græci *ὁπρόσωπα* dicunt, vt nos vulgo personam.

SECONDÀ ratio. Vniuersa scriptura Prophetica & Apo-
 stolica magno consensu præcipit Christum adorari & inuocari, ac iu-
 bet in eum confidere: ergo tribuit ei potentiam infinitam, quod vbiq;
 adest, corda inspiciat, exaudiat, quod det iusticiam & vitam æternam:
 Necesse est igitur in Christo diuinam naturam esse.

EXTANT autem clara testimonia de inuocando Christo, &
 de fiducia in Christum. Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis
 & onerati estis, & ego reficiam vos. Iohan. 3. Qui credit in Filium,
 habet vitam æternam. Iesa. 42. In die illa radix Iesse stabit in signum
 populorum, Genes ipsum deprecabuntur. Psalm. 45. Et concupiscet
 rex decorem tuum, quoniam ipse est Deus tuus, & adorabunt eum.
 Psalm. 72. Et timebunt eum donec erunt Sol & Luna. Item: Depre-
 cabuntur coram ipso semper. Act. 7. Domine Iesu suscipe Spiritum
 meum. 1. Thess. 3. Ipse Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus
 Christus, dirigat viam nostram ad vos. 2. Thess. 2. Ipse Dominus
 noster Iesus Christus, & Deus & Pater noster, qui dilexit nos, &
 dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratiam, confirmeet
 vos. Gen. 48. Deus Abraham, & Angelus qui eruit me de cunctis ma-
 lis, benedicat pueris illis. **I**N his & similibus testimonijs dicitur
 de inuocatione perpetua Christi, etiam cum non versatur cum ho-

minibus visibiliter. Quare hæc adoratio non potest intelligi, nisi
dæi cauillantur, de externa significatione honoris, quæ præsentis ve-
lut Regi tenenti ciuile imperium exhibetur: Sed concionatur hæc
sententiæ de Mesiã exaudiente, opitulante & seruante Ecclesiã
am ubiq; terrarum, & omnibus temporibus. Hæc propria sunt
omnipotentis. Vrile est igitur hanc doctrinam in Prophetis de-
uocatione Mesiã considerare. Et apparet Patres, Prophetas, ac
pios veteris Testamenti, diuinitatem Mesiã ipsa inuocatione
fessos esse, & nos dicta illa non solum erudiunt de natura Filij, sed
iam consolantur, & ad inuocationem exuscitant.

S E N T I A
ergo sit in conspectu hæc ratio, cum de inuocatione Christi
præcipiatur. Fatendum est in Christo esse naturam diuinam. Quia
inuocatio absentis, qui non conspicitur visibiliter, tribuit omni-
potentiam. Sentit enim illum videre motus cordium omnium homi-
num ubiq; terrarum. Hic & Ecclesiã exemplum meminerimus, quæ
sæpe repetit precationem, $\chi\rho\iota\varsigma \epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\omicron\mu$. Hæc precatio est professio
diuinitatis Christi.

N V N C ad Iohannem accedo, qui describitur
naturas in Christo, orditur à diuina: In principio erat
 $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$. Sic vocat Filium Dei, qui postea assumpsit humanam natu-
ram, vt ibi inquit: Et verbum caro factum est. Primum autem de illa
natura loquens, quæ fuit ante incarnationem, affirmat $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ esse
æternum: Quia inquit fuisse ante creationem, & ait. Omnia per il-
lum facta esse.

E T hunc $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ nominat Deum, inquitur, et
verbum erat Deus. Nam Græcus articulus testatur, $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ collocar-
dum esse loco subiecti, & Deū loco prædicati. Nec ambiguitas est hæc
in appellatione Dei. Narratio enim instituta est ad descriptionem de
essentia diuina. Ideo intelligatur nomen Dei non de officijs diuinis,
quæ gerunt homines, vt alibi dicitur, Ego dixi dij estis, sed de
me de æterna, omnipotente, intelligente, bona essentia, conditorem,
sicut & postea Iohannes affirmat: Omnia per hunc $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ esse con-
dita, dicit ergo, $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ esse æternum Deum & conditorem.

H O C testimonium firmum esse, bonæ mentes intelligunt, quæ
acquiescunt in voce Euangelij, & non accersunt cauillationes & cor-
ruptelas Euangelij. Sed astuti quidam & impij, vt Samosatenus, & postea
Photinus, & recens Seruetus, scelerate eludere & corrumpere
ausi sunt dictum Iohannis, ac contenderunt $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ non significare
personam, sed sicut in homine cogitationem hominis aut sermonem
non dicimus esse personam, sed qualitatem aut motum transeuntem.
Ita voluerunt in Iohanne intelligi $\lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$ non esse personam, sed cog-
itationem seu propositum patris, quod sic ipse Pater, sicut dicimus
mentes

mentem aut bonitatem Patris esse ipsum Patrem. Narrationem Iohannis accommodabant ad exemplum hominis architecti: ut in architecto est idea futuri operis, quæ non est persona, sed propositum & cogitatio in architecti mente, sic in conditore Deo dixerunt fuisse ideam & propositum, quod se patefacere voluerit per conditionem mundi, & per doctorem excellentem Christum, traditorem doctrinam salutis, & editurum testimonia de Deo. Hanc cogitationem seu propositum dixerunt fuisse ipsum Patrem, & de hac cogitatione avunc in Genesi scriptum esse: Dixit Deus, id est, decrevit, proposuit. Et in Iohanne: Omnia per ipsum facta sunt, id est, Omnia condita sunt per hanc architecti cogitationem, seu per sermonem habentem ut res fieret.

Quod vero Iohannes inquit: Verbum caro factum est, sic corruerunt, tandem iuxta id propositum natum esse ex virgine Christum, atque ita Iohannem exorsum esse inquit, ut moneret Evangelium non esse inuentum humanum, sed æternum Dei propositum fuisse, mittere hunc doctorem Christum, & per eum edere testimonia doctrinæ.

Hæc sycophantica corruptela, quia alludit ad humanum exemplum, propter concinnitatem impijs ingenij blanditur & sæpe magnas ruinas traxit, Ideo firma testimonia colligenda sunt, quæ ostendunt operere hic λόγος intelligi personam: Estque præcipua in narratione Iohannis controuersia, an λόγος hic significet personam, sicut Ecclesia Dei Catholica semper sensit & defendit. Nam & tunc cum Samosatenu tumultuaretur, conuenerunt senes Episcopi Antiochiam ex vicinis regionibus, qui discipulos Apostolorum audierant, & Samosatenum refutarunt, ac damnatum eiecerunt ex Ecclesia.

Ad eam cognitionem profectus Gregorius Neocesariensis Episcopus senex, cuius doctrinam Ecclesia eius temporis purissimam esse iudicauit, reliquit scriptam confessionem multo ante Nicenam Synodum. Hæc confessio extat lib. 7. Euseb. pag. 77.

Vnus Deus Pater verbi viuientis, sapientiæ subsistentis, & imaginis suæ integer integræ genitor, Pater Filij vnigeniti, vnus Dominus solus ex solo, imago Patris, verbum efficax, Filius sempiternus ex sempiterno, vnus Spiritus sanctus, ex Deo substantiam habens, qui per Filium apparuit, sanctificans, per quem Deus super omnia, & in omnibus cognoscitur.

Hanc confessionem non solum eo recitauit, quia illustre testimonium continet veteris & prioris Ecclesiæ, sed etiam quia diferte tradit discrimina personarum. Filium ait esse imaginem. Spiritum sanctum ait esse sanctificantem, per quem Deus cognoscitur, id est, incoantem nouam lucem in cordibus, ut 2. Corinth. 3. dicitur: Transformamur in eandem imaginem, tanquam à Domini spiritu.

Quod autem in narratione Iohannis λόγος significat per
 sonam, primum ex illa ipsa narratione ostenditur, quia postea dicit
 Iohannes de Christo: In mundo erat, & mundus per ipsum factus est,
 Constat autem mundum non esse conditum per humanam naturam
 Christi: ergo necesse est in Christo nato ex virgine, & esse & manere
 alteram naturam, conditricem cum Patre. Sic & alibi simili
 dicta ostendunt in Christo duas esse naturas. Coloss. 1. Omnia per
 ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, omnia condita
 per ipsum. Et Hebr. 1. Per Filium, quem posuit heredem omnium,
 per quem & secula fecit, qui est fulgor claritatis, & effigies subli-
 mitatis eius, ferens omnia verbo potentie suae. Hæc dicta manifeste
 stantur, esse & manere in Christo diuinam naturam conditricem cum
 Patre. Quare λόγος non significat propositum seu cogitationem
 extra Christum, nec significat vocem transeuntem; sed naturam
 permanentem in Christo, conditricem cum Patre. Est igitur λόγος perso-
 na. Sic & in Epistola Iohannis dicitur: Quod erat ab initio,
 quod audiuiimus, quod vidimus, quod manus nostræ contrectauimus,
 verbum vitæ, id annuntiamus. Hic quoque testatur, in ipso Christo
 nato ex virgine, esse & manere verbum illud, quod initio fuit. Item
 ostendunt infra plura testimonia, quæ de diuina natura in Christo
 loquuntur: vt, Priusquam Abraham natus est, ego sum. Et
 mentes quæ sciunt, de Deo, sicut se patefecit, sentiendum esse, cum
 videant hæc testimonia Euangelij perspicua esse, agnoscant hæc
 sententiam constantissime amplectendam esse, quod in Christo sit
 natura diuina, & quod λόγος in hac narratione personam signifi-
 cet, & intuentes in hæc testimonia, Filium Dei inuocant. Nunc
 & veterum scriptorum dicta quæramus, qui fuerunt ante Nicenam
 Synodum, de quibus Seruetus perfidiose fucum facit lectoribus, citat
 mutilata dicta ex Irenæo & Tertulliano, quasi velint λόγος non esse
 personam seu ὑπόστασιν, antequam Christus nascitur ex virgine, sed
 manifestam iniuriam viri; facit. Nam Tertullianus aduersus Pra-
 xeam expresse mouet hanc quæstionem, an λόγος sit natura subsi-
 stens, seu (vt nunc dicimus) persona, & respondet, affirmans esse
 personam seu ὑπόστασιν, & hanc sententiam longa oratione exponit,
 in qua hæc sunt verba: Quæcumque ergo substantia sermonis illius,
 illam dico personam, & illi nomen filij vendico, & eius filium agnos-
 sco, & secundum a patre defendo. Irenæus etiam aperte
 affirmat, λόγος fuisse personam, antequam assumpsit humanam na-
 turam. Sic enim inquit cap. 2. lib. 3. Ostenso manifeste quod
 principio λόγος existens apud Deum, per quem omnia facta sunt,

et semper aderat humano generi, hunc nouissimis temporibus
secundum præfinitum tempus à Patre, vnitum suo plasmati, passibili-
tem hominem factum misit. AFFIRMAT & Origenes

ἄρχοντος diserte, λόγου personam esse: Nemo putet, inquit, nos
ἁγίων quiddam dicere, cum Dei sapientiam nominamus. Et
postea: Si ergo semel recte receptum est, vnigenitum filium Dei sa-
pientiam eius esse substantialiter subsistentem. Idem postea affir-
mat, cum disputat de incarnatione: Sed illustriora sunt testimonia
& firmita Gregorij Neocæsariensis, & Irenæi, quæ supra citauimus.

REDEO autem ad Iohannem, qui cum inquit: Verbum caro
factum est, primum testatur Patrem & Verbum non esse eandem per-
sonam: Pater enim non induit humanam naturam. Nam discernit
se à Filio, dicens: Hic est Filius meus dilectus. Deinde cum dicitur,
Verbum fit caro, personam intelligi necesse est. Nam ut supra
ostendimus, in Christo nato ex virgine, manet natura diuina conditrix.

Est igitur λόγος persona. Item, si λόγος tantum esset cogitatio,
quæ est ipse Pater, hæc cogitatio non fieret caro. Nam Pater non fit
caro, nec de voce transeunte dici potest quod fiat caro, præterit enim
& euanescit. At λόγος manet in Christo nato ex virgine.

SUNT igitur in Christo, nato ex virgine Maria, duæ naturæ,
λόγος, & humana natura, sic vnitæ, ut Christus sit vna persona. Est
enim vsa Ecclesia hoc vocabulo Vniendi, cuius sermonem nos quoque
sequimur. Quod enim veteres interdum vsi sunt vocabulo Permiscen-
di, id prudenter intelligendum est, ne confusio naturarum cogitetur.
Origenes, etsi similitudinem huius coniunctionis propriam afferri
posse negat, tamen comparat eam ferro ignoto. Sicut ignis penetrat
ferrum, & vndiq; ei miscetur: Sic λόγος assumens humanam na-
turam, lucet in ea tota: & natura humana, velut accensa lumine,
λόγος vnita est.

SATI s clare refutauimus, Samosatani, Photi-
ni & Serueti furorem, cum constituimus oportere λόγος personam
intelligi. Deinde facilis est Arrij refutatio, qui concedit λόγος signi-
ficare personam apud Iohannem, at postea pugnat, hanc personam
non esse natura Deum: Sed Iohannes firmissime refutat Arrium, cum
affirmat expresse λόγος esse Deum, & ne in vocabulo Dei sit ambi-
guitas, attribuit λόγος, quod per eam personam omnia condita sint.
Ergo cum sit persona conditrix, & omnipotens, vere Deus est natura,
non tantum nuncupatione.

ADIVVATVÆ autem vtraque re-
futatio, Samosatani & Arrij, sequentibus testimonijs, quæ ostendunt
in Christo nato ex virgine, duas esse & manere naturas, diuinam
conditricem rerum, & humanam.

IOHAN. 20. Thomas vocat Christum aperte Deum, inquit, Dominus meus, & Deus meus, quod vsitata hebraica phrasid dicitur est, quia iungitur nomen Dei proprium, discernens inuocationem veram ab Ethnica, vt Psal. 19. Nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Mira igitur & noua lux fuit in Thomas, tribuente Christo veri Dei nomen, & agnoscente in eo non tantum humanam operam esse, sed etiam diuinam. Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus, benedictus in secula. Et quis cauilletur nomen Dei hic metaphoricè vsurpari, addantur rationia, quæ tribuunt Christo ea quæ sunt propria naturæ diuinæ, scilicet, creare, vitam reddere mortuis, sanctificare, exaudire, vitam æternam, & similia. Iohan. 5. Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Quæ ille facit, & Filius similiter facit. Item: Si quis ter exuscitat mortuos, & viuificat, sic & Filius, quos vult, viuificat. In hac concione clare affirmat Christus, se vna cum Patre creare, sustentare, creaturam, seruare Ecclesiam, reddere vitam mortuis, quæ sine vlla dubitatione sunt omnipotentis naturæ propria. Iohan. 14. Ego vitam æternam do eis, & nemo rapiet eas ex manu mea. Iohan. 14. Quicquid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Hic aperte testatur se & exaudiri, & facere ea quæ petimus, quorum virtus propria est diuinæ & immensæ naturæ. Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere. Hæc sententia testatur, Christum adesse, protegere, nutrire, gubernare inuocantes, quæ sunt Dei propria. Matth. 18. Vbi tres sunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Adesse vbiq; exaudire, & optulari vbiq; propria sunt diuinæ naturæ. Iohan. 20. Christus dat Spiritum sanctum, quod etiam solus diuinæ naturæ proprium est. Iohan. 10. Ego pono animam meam, & rursum sumam eam. Iohan. 6. Ego suscitabo eum in nouissimo die. Item: Si videritis Filium hominis ascendentem, vbi erat prius. Iohan. 8. Priusquam Abraham natus est, ego sum. Hic testatur fuisse antequam assumeret humanam naturam. Iohan. 17. Gloria me Pater apud te ea gloria, quam habui apud te antequam esset mundus. Coloss. 1. Omnia per ipsum, & in ipso condita sunt, & omnia per eum consistunt. Est ergo in Christo natura diuina, conditio rerum. Ideo postea in cap. 2. dicitur: In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quasi dicat, in alijs habitat Deus Spiritu suo, nouam lucem, & novos motus accendens, sed in Christo habitatio non solum spiritu, sed etiam vt personali vnione humana natura diuinæ vnita sit. Nam vt nos dicimus nunc vsitate personas, ita veteres Græci dixerunt *σώματα*. Ad Heb. 1. Quem posuit hæredem omnium, per quem & secula fecit, qui est fulgor gloriæ, & effigies substantiæ eius, sustentans omnia, &c. Acto. 7. Domine Iesu suscipe spiritum meum.

memum. Hæc petitio tribuit Christo quod morientium animas
sollicitat, & rursus coniungat animas & corpora. 1. Theff. 3. Ipse De-
us Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat vitam
nostram. 2. Theff. 2. Ipse Dominus noster Iesus Christus, & Deus, &
Pater noster confirmet vos.

EX VETERI TESTAMENTO.

IEREM. 31. Et hoc est nomen quo vocabunt eum, Dominus
iustificator noster. Hic tribuit Christo nomen Dei proprium, & affir-
mat esse iustificatorem, ergo tribuit ei gloriam, quæ soli Deo compe-
tit. Item: iustificare, tollere peccatum, & iram Dei, & reddere iusti-
tiam & vitam æternam, nemo potest nisi Deus. Et si autem Iudæi hoc
testimonium veteratorie eludunt, tamen facilis est eorum refutatio.
Clare dicit Propheeta, ipsum Messiam vocandum, id est, inuocandum
esse hæc fide, quod ipse sit Deus, iustificator noster. Appellatio ad
hanc ipsam personam Messie pertinet. Iesai. 7. Vocabitur nomen
eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, sed firmitus est quod sequitur
cap. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis,
pater vitæ perpetuæ. Hic quoque Iudæi cauillantur vocabulum EL, sed
terrenus est hæc voce significari Deum, & præstigias eorum refutat ipse
verus qui sequitur: Pater vitæ perpetuæ. Cum Christus sit autor &
donatur vitæ perpetuæ post hanc vitam, sicut inquit: Ego vitam æter-
nam do eis, necesse est, eum natura Deum esse. Mich. 5. Egressus eius
ab initio ante dies mundi. Hoc testimonium quamquam breue est, ta-
men affirmat Messiam fuisse ante conditionem mundi. Est igitur
æternus, ac Deus. Ideoque patres eum ab initio norunt, & sciverunt
eum adesse Ecclesie, sicut ostendit dictum Iacob supra citatum, Et
Daniel eum eo colloquitur, & perterrefactus confirmatur, & noua
hoc & vita ab eo perfunditur. Et 1. Cor. 10. dicitur affuisse populo
in deserto: Bibebant ex spirituali comitante eos petra, petra autem
erat Christus. Psal. 45. Et concupiscet rex decorem tuum, quoniam
ipse est Deus tuus. Hic proprium Dei nomen tribuit regi Messie.
Ely; dulcis promissio. Est Ecclesia in hac vita deformatur ingenti-
bus arumiv, & adhuc est imbecillis: tamen rex Messias eam amat,
& remosam esse pronuntiat. Hac promissione pax mentes luctantes
cum imbecillitate sua se sustentent. PSAL. 72. dicit Messiam
semper æternum esse, & semper adorandum. Fuit nomen eius semper, an-
te Solem manebit nomen eius, & benedicentur in eo omnes gentes.
Item: Timebunt eum donec erit Sol & Luna. Adoratio tribuit diui-
nitatem. Certum est enim dici de perpetua adoratione, qua inuoca-
tur Messias etiam non conspectus oculis, nec dicitur tantum de
Y 5 gestu,

gestu, quo presentibus regibus honos tribuitur. Describitur ibidem & aeternitas, Ante Solem erat nomen eius, id est, antequam Sol conditus est, erat hic filius. Nam Hebraicus Psalmus hic iniqua verba usus est, significans haud dubie natum esse Filium ante conditorem Solis.

P S A L. 110. Dixit Dominus Domino meo. Inde Christus argumentatur, se non tantum esse Filium Davidis, sed Dominum quoque. Iam in eodem regno politico, & eadem naturalitate seu successor nunquam est dominus patris, aut aui regis, ut Augustus, nequaquam est Dominus Iulij Caesaris. Quare Messias regnum erit non politica peritura, sed aeterna vita, & iusticia aeterna in Christo erit diuina natura, reddens vitam aeternam. Sicut diuina quae membra Psalmi docent, quae omnia complectenda sunt: Iustus Sacerdos in aeternum. Ait esse perpetuum sacerdotem, ducentem ad Patrem, & dantem vitam aeternam. Sede à dextris meis, ait, regnato pari potentia cum aeterno Patre. Cum autem potentia infinita, necesse est in Christo diuinam naturam esse.

P S A L. 110. Ego hodie genui te. Hoc de solo Christo dicitur. Sicut & à Iohanne Christus vocatur unigenitus Dei filius, id est, non adoptione, sed natura filius. Est autem natura filius is, in quem substantia propria propagata est. **Q U O D** si obijcitur: Naturam diuinam non pari, non mori, Christum autem mortuum esse, visitata, vera, & necessaria responsio est: Cum in Christo duae naturae sint, quoniam propria vni naturae, non impediunt quo minus adsit altera natura. Propria autem sunt haec humanae naturae, lacerari membra, pati, mori. Ideo Petrus discrete dixit: Christum passum esse carne. Et Irenaeus erudite & pie inquit, pagina 187. Christum crucifixum & mortuum esse requiescente verbo, ut crucifigi & mori posset, id est, naturam diuinam non est quidem lacerata aut mortua, sed fuit obediens Patri, quieuit, cessit irae aeterni Patris aduersus peccatum generis humani, non est vsa sua potentia, non exeruit suas vires. Si expendes dictum Irenaei, intelliges pie declarari naturarum discrimina, & similibus strari magnitudinem irae Dei aduersus peccatum, effusa in Christum, & admirandam humilitatem Filij quiescentis, & obedientis Patri, nec exerentis suam potentiam.

C O N V E N I T autem hoc dictum ad illud Philipp. 2. Qui cum esset in forma Dei, nihil sapientia & potentia aequalis Patri, non rapuit aequalitatem Deo, id est, cum missus esset ut obediret Deo in passione, non fecit contra vocationem, non est vsus sua potentia contra suam vocationem, sed seipsum exinaniuit, id est, non exeruit potentiam suam, & humiliavit se, formam serui accipiens, id est, induens cum humana natura mortalitatem, habitu inuentus ut homo, id est, affectibus, passionibus, tristitia, dolore. Teneatur ergo discrimen naturarum, sed firmata

igitur, propter vnionem personalem veras esse has propositiones, Ius est passus, crucifixus, mortuus, non cogites humanam naturam esse redemptricem, & non totum Filium Dei. Nam etsi natura humana non laceratur, non moritur, tamen scias vere hunc ipsum filium coeternum Patri redemptorem esse. Ideo traduntur regulæ in hac doctrina de communicatione idiomatum, id est, de prædicatione proprietatum, quæ de vitæq; natura communiter, sed in concreto dicuntur, videlicet, vt intelligantur proprietates personæ tribui.

DILIGENTIA digna est pijs, propter concordiam loqui cum Ecclesia, & non sine cruditis causis. Ecclesia vetus alios modos comprobauit, alios reiecit. Fugiamus autem studium cauillandi, & formas receptas graui & vera autoritate retineamus. Hæc propositio non est vera, Natura diuina est humana. Sed hæc est vera, Deus est homo, Verbum est homo, Christus est homo, Christus est Deus, Deus est natus ex virgine, passus: Quia hæc personæ, in qua, vnione personali vnita est humanæ naturæ diuina, nascitur, crucifigitur. Hanc loquedi formam in concreto vocant, communicationem idiomatum, id est, prædicationem, in qua proprietates naturarum personæ re se attribuuntur, vt Filius Dei sit redemptor, non tantum natura humana sit redemptrix. Item veræ & receptæ sunt hæc propositiones: Verbum factum est caro, Verbum factum est homo, Deus incepit esse homo. E contra vero reiectæ sunt hæc propositiones: Verbum est creatura, Christus est creatura, Christus incepit esse, Christus factus est. Prudenter enim vitata est ambiguitas, & vitatæ sunt insidie. Nam Arriani sic loquentes, non de humana natura Christi assumpta loquebantur, sed alteram naturam in Christo priorem humana conuadebant ex nihilo conditam esse, non esse imaginem æterni Patris, genitam de substantia eius, *ὁμοῦσιον* & coeternam patri. Verbum enim est homo, recepta est, quia intelligitur verbum assumisse humanam naturam. Verbum est creatura, reiecta est, quia non intelligitur assumptio alterius naturæ, sed prædicationum significat *λόγος* esse creaturam, quod falsum est. Hæc recensui, vt moneam studiosos, vt in loquendo diligentiam adhibeant, dignam pijs mentibus, ac orthodoxæ Ecclesiæ sermonem imitentur.

EST & illa responsio tenenda: Quædam dicta de essentia loquuntur, quædam de officijs. Arriani citabant hoc dictum: Pater maior me est. Quod manifeste loquitur de discrimine mittentis & missi, non de essentia. Cum enim Iudæi accusarent Christum, quod doceret contra autoritatem Dei, necesse fuit Christo allegare autoritatem Patris, à quo affirmat se missum esse, & traditam sibi doctrinam & mandatum docendi, ac Patrem maiorem esse dicere, tanquam mittentem, fontem doctrinæ, approbatorem & defensor-

defensorem huius doctrinae & Ecclesiae suae. Filius missus hic sub
crucem, & Ecclesia plena est infirmitatis, sed de Patre clamat Chri-
stus: Pater maior me est, is mecum operatur, defendet hanc doctri-
nam & Ecclesiam suam. **I**T A alibi dicitur. Pater gloria mea

HO C dictum tam poterat citari ab Arianis, quam alterum sed
facit discrimen officiorum, non loquitur de essentia. Nunc autem
subiectus sum cruci, & seruo meae vocationi. Deinde vero gloria
mihi restitue, quam ante mundi constitutionem apud te habui. In
hoc dictum de essentia loquitur Iohan. i. Verbum erat Deus.

SA E P T I M locum habet & haec responsio, quam certe in Proemia
animaduerti necesse est. Alia dicta loquuntur de regnante Christo,
vt: Quae pater facit, haec & Filius similiter facit. Alia dicta de ho-
liato & patiente Christo loquuntur, vt, Deus quare dereliquit
Non dicitur de essentia, sed illius temporis obedientia deseruit,
in qua iram Dei aduersus humani generis peccata in Filium esse.
Et regula tenenda est, Filium Dei assumisse humanam naturam im-
gram, incorruptam, habentem omnes vires & appetitiones naturae
proprias & ordinatas. Item non virtuosam, sed tamen passibilem in
peccato, & mortalem. Quas infirmitates assumpsit volens, propter
nos, vt fieret victima. Sic ad Hebr. 4. dicitur: Non habemus
iustitiam, qui non possit compari infirmitatibus nostris, sed totam
per omnia, secundum similitudinem sine peccato.

ET s i igitur Christus videbat Patrem, & erat beatus, tamen
humana natura habuit suas appetitiones, sed ordinatas. Et hoc
recitantur: Eforit, sinit, laetatur, irascitur, dolet, lacrymat, conturbatur
ingenti maestitia, sicut ipse inquit: Tristis est anima mea usque
ad mortem. Et quia motus cordis in maestitia pellit, vt omnes exire
mur, tantus in Christo motus est, vt sanguis expellatur, ac sapor est
similis guttis spissi & coecri sanguinis. Nam id significant
Talem resolutionem nemo alius sustinere potuisset. Hi affectus
Christo non fuerunt simulati, sed veri & ingentes motus. **N**o
cogitauerunt Christum fuisse lapidem, aut stoicum, sed vere laetare
vere constitutus moerore, & illa ingens maestitia in agone, multas
causas habuit, non tantum formidat lacerationem corporis, sed
tunc maius onus, scilicet iram Dei aduersus peccata generis humani
quam se in sese effundi, perinde ac si ipse sese omnibus horribilis
sceleribus polluisset. Doluit item magnam partem generis humani
perituram esse spreto hoc beneficio Dei. Isti ingentes dolores
bis neq; intelligi nec sustineri possunt. Sed tamen Ecclesiam a
de his tantis rebus cogitare necesse est, quae ideo onerata est
agnoscat magnum quiddam esse iram Dei aduersus peccata.

C V M igitur praecipua ira effusa sit in Filium, maestitiam

gentem necesse est, qua doluit Deum offensum esse à genere humano. Luctatus est cum tentatione de abiectione. Ideo & Angelus mitis ad eum confirmandum. Hæc cogitanda sunt, ut aliquo modo agnoscimus peccati inde æstimumus, & Christo gratias agamus, nos peccatam pro nobis subijce, & simul pro nobis factus est deprecator. Et hæc cogitatione fidem, inuocationem & timorem excitemus.

Quo d' vero disputant, an fuga mortis in Christo fuerit vitiosa, cum pars inferior non obtemperauerit superiori. Primo respondetur, lacerationes in carne naturaliter efficere dolores, etiam sine peccato. Item, aliquas mortificas in corde & voluntate naturales esse, quæ in Christo sine vitio fuerunt, doluit, sed non ut nos, inordinate.

Deinde supra illum naturalem dolorem est in Christo sensus Dei aduersus peccatum generis humani, agnoscit & dolet Deum vere & horribiliter offensum esse propter peccata generis humani, & luctatur cum tentatione de abiectione. Quanquam igitur in hac re est quedam trepidatio, quia vniuersaliter natura supra vires operata gemit: tamen dissimilis est hæc trepidatio, seu hic gemitus in Christo, & in cæteris hominibus. Christus fert terrores sine indignatione aduersus Patrem, & agnoscit esse obediendum Patri. Ideo hæc trepidatio est sine peccato, & non est vitiosa. At in cæteris hominibus cum fuga existit fremitus aduersus iudicium Dei, & in his qui non eluctantur confugiunt ad victoriam Christi, accedunt horum blasphemias. Nec addam longiorem disputationem: Nam pios hæc ærumna ad harum rerum cogitationem deducunt. Nos tamen moneri vitæ est, & collatio similium agonum in Psalmis & Prophetis hæc aliquo modo declarat.

Quo d' vero de pugnantia dicunt, beatum, cum sit in excellenti læticia, non simul esse in magna consideratione. Respondendum est, fuisse certum tempus passionis, quo non ita fulsit illa gloria beatitudinis, ut alio tempore. Fuit enim tempus destinatum ad hunc agonem, in quo Christus vere fieret vitium, requiescente Verbo, ut inquit Irenæus. Hæc temporum distinctione contenti sumus. Alij quærent alias responsiones, de quibus iudicium relinquo lectoribus.

DE SPIRITV SANCTO.

NOËN Spiritus in genere significat agitationem aut naturam, seu vim agitantem: & obseruanda est varietas in ipsis scriptis prophetis & Apostolicis, nec temere omnia dicta miscenda sunt, quibus reperitur vocabulum Spiritus. Sæpe significat ventos, sæpe motus seu impetus hominum creatos, tum bonos, tum malos. Hic significat essentiam spirituales, id est, vi-

uam, intelligentem, incorpoream, efficacem. Deus est Spiritus: Et hoc loco nomen commune Patri & alijs personis. Delectus igitur adhibendus est in testimonijs colligendis, ac prudenter iudicandis, ubi proprie loquatur scriptura de Spiritu sancto, quem prout Euangelium dicit per Christum, ut sanctificet ac uiuificet coeli terram, & quem Ecclesia agnoscit personam esse diuinam, uiuificantem, & sanctificantem. Idq; confirmandum est, Spiritum sanctum esse personam. Nam multi impij & audaces homines in dissidij schismaticis contenderunt, Spiritum sanctum non esse personam, sed tantum significare agitationem creatam in hominibus, aut certe significare ipsum Patrem potentem seu agentem sine alia persona.

Sed huic impio sophismati, Ecclesia vera opponit testimonia in scripturis tradita, quorum primum & maxime illustre enumeratio diuinitatis, facta in baptismo Christi, ubi clare discernuntur tres personae. Pater inquit: Hic est Filius meus dilectus. Est igitur alia persona Patris, alia Filij. Descendit autem Spiritus sanctus specie columbae. Iam si Spiritus sanctus esset agitatio in animo, non appareret peculiari specie corporali, aut si esset ipse Pater, discerneret Spiritum sanctum, inquit autem, Super quem uideri Spiritum sanctum. Sic & in Pentecoste apparet Spiritus sanctus peculiari specie corporali. Haec patefactiones non sunt frustra factae, imo sunt excellentia beneficia Dei, in quibus Deus se patefecit. Et si, & testificatus est, Spiritum sanctum esse personam. Ad haec testimonia adiungatur dictum de Baptismo: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, id est, testificor te recipi a Deo, quem super te inuoco, Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Cum autem ad Spiritum sanctum dirigatur inuocatio, sicut ad Patrem & Filium, necesse est eum personam esse, & non motum seu agitationem creatam in homine. Nequaquam enim docet Christus inuocatum, aut agitationem creatam in homine. Cum igitur inuocatur, haec sententia docet, non solum personam esse Spiritum sanctum, sed omnipotentem, exaudientem & saluantem. Haec enim omnia complectitur inuocatio, quae parem honorem tribuit Patri, & Filio Spiritui sancto. Est igitur tertia persona Spiritus sanctus, ac dicitur à Patre & Filio, ut supra dixi, quia procedit à Patre & Filio, & mittitur in corda, quae uoce Euangelij regenerantur, ut non agnoscant & inuocent Deum, & incoerent in eis uita aeterna, sed fide consolationem concipiunt. IOHAN. 14. Rogate Patrem, & alium Paraclitum dabit uobis. Cum ait, alium, alium à Patre & Filio hunc Paraclitum. Non igitur significat Spiritum sanctum, sed Patrem agentem, non enim esset alius, nec significat agitationem.

nam, non enim mitteretur à Filio, si esset Pater agitans, aut tantum agitatio creata à Patre. At Christus inquit, Iohan. 15. Cum venerit Paracletus, quem ego mitram vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. A se, inquit, mitti Spiritum sanctum. Non esset, aut Pater agitans, aut tantum agitatio creata à Patre.

Sunt & hæc personæ propria: Alius Paracletus, qui docebit nos, & quæ audiet, loquetur. Si spiritus significaret agitationem creatam, esset doctrina, non doctor alius à Patre & Filio, audiens & accipiens. Sic & Paulus 1. Corin. 12. clare discernit Spiritum sanctum à donis creatis, autorem ab effectibus: Omnia inquit, hæc efficit unus & idem Spiritus. Eodem modo loquitur Rom.

8. Ipse Spiritus dat testimonium spiritui nostro. Discernit hic quoque moventem & consolantem Spiritum sanctum à consolatione, qua conregitur & vivificatur. Eodem modo loquitur 2. Corin. 3.

Transformamur tanquam à Domini spiritu. Vbi etiam effectorem discernit à creatura in nobis luce, ut ibi inquit, id est, à clara & firma noticia, id est, firma fide & invocatione. Eodem loco expresse dicit: Spiritum esse Dominum, id est, Deum. Nam cum inquit, Dominus est Spiritus, articulus tribuit nomini Spiritus, locum & intellectum subiecti. Et sic Basilius eum locum citat.

Quo autem Spiritus sanctus fuerit, antequam carnem induit Iesus Dei, perspicue testatur Petrus, cum inquit de prophetis: Spiritus Christi in eis, prædicens Christum passurum esse. Hic disertè vocatur Christi spiritus, qui fuit in Prophetis. Eodem igitur spiritu sancto, & Patres & Apostoli, & pij deinceps, hoc est, omnes electi omnibus temporibus sanctificati sunt. Idque multo illius docent verba Iesaiæ 50. Hoc fœdus in eum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui, dicit Dominus, deinceps & in sempiternum. Eundem Spiritum ait esse in Iesaiæ, & in tota Ecclesia ad omnem æternitatem. Non igitur tantum post resurrectionem Christi effusus est in pectora sanctorum Spiritus sanctus, sed semper eodem spiritu sancto omnes electi sanctificati sunt. Et quidem dictum Iesaiæ dulcissimam doctrinam & consolationem proponit. Affirmat semper mansuram esse Ecclesiam Dei, & ibi mandatum, ubi sonat vox Evangelij, & cum ea voce efficacem esse Spiritum sanctum. Et Zachar. 4. dicitur: Verba quæ misit Dominus exercituum in spiritu sancto, per manum Prophetarum priorum. Hoc dicto etiam verumque affirmatur, & gubernatos esse spiritu sancto Prophetas, & verbum Dei non esse inanem sonitum, sed ad esse Spiritum sanctum, & ea voce movere & accendere mentes, quod summissime statuendum est pijs, ut sciant vere Deum efficacem

esse per verbum suum in mentibus credentium, & in eis accendere vitam æternam, vt Galat. 3. dicitur: Vt promissionem Spiritus accipiamus per fidem, vt infra rursus dicam. **I**T A & Iesaias Cap. 65. affirmat, Spiritum sanctum fuisse ductorem & gubernatorem Moysi & populi in deserto. Quod dicto significat semper adesse Spiritum sanctum in Ecclesia Dei. Sic Christus clare dicit Iohan. 14. dabit vobis alium Paracletum, vt maneat vobiscum in sempiternum, Spiritum veritatis. Verba Iesaiæ hæc sunt: Vbi est qui eduxit eos iheri cum Pastore gregis sui, vbi est qui posuit in eo Spiritum factum suum, qui eduxit dextra Moysen brachio maiestatis suæ, quibus aquas ante eos. Et deinde addit: Spiritus Domini ductor eorum.

HÆC dicta ostendunt doctrinam de Spiritu sancto extantem in Ecclesia Patrum & Prophetarum. Ideo etiam veteres hoc debent in Genesi intellexerunt de Spiritu sancto, qui est persona diuina. Et Spiritus Domini ferebatur super aquas. Sic enim ait Basilius: Hæc verba quod verius est, & enarratum ab ijs qui ante nos fuerunt, loquuntur de Spiritu sancto Dei. Quia scriptura hoc obseruat, vt, cum ante Spiritum Dei, intelligat Spiritum sanctum, qui est diuina Trinitatis tertia persona. Ac si hoc modo intelliges dictum Moysi, maiorem capiti vtilitatem. Quomodo enim ferebatur super aquas? Nircabonensis sermonem Syri cuiusdam, qui ait: Vocem hic positam significat idem quod fouere vitali calore, sicut auis incubans, fouet ova. Hæc enim Basilius. Sed testimonia ex nouo Testamento recitata allata sunt. Hoc vero dictum in Genesi quoquo modo expones, tamen significat moueri Ecclesiam, incubante, docente, & accendente in ea locutione & inuocationem Spiritu sancto. Id firmissima fide tenendum est, vt in Actis Cap. 2. dicitur: Christum sedere ad dexteram Patris, & descendit Spiritum. Idem in dicto illo traditur: Ascendit, dat dona hominibus. Hac igitur fide petamus, vt filius Dei nos regat Spiritu suo.

RE C E N S V I testimonia, quæ personam esse Spiritum sanctum conuincunt, quibus addam & illud 1. Iohan. 5. Tres sunt qui testimonium perhibent in cælo, Pater, λόγος, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. Quod diserte inquit, Testimonium perhibent, admonet nos de patefactione Dei, vt Deum sic agnoscamus, vt se respicit. Testificatur Deus de se, quis & qualis sit, verus Deus, & creator rerum, & de voluntate erga nos, & affirmat tres esse in cælo, quæ testimonia ediderunt.

TE N E A N T V R ergo testimonia discernantur personarum. Pater se patefacit & discernit cum clamat: Hic est filius meus dilectus. Item, Iohan. 12. Et glorificauit, & glorificabo. Filium Patre, de se, & de Spiritu sancto testificatur in doctrina sua, & miraculis, & sua ipsius resurrectione confirmavit. Spiritus sanctus

Abicitur, quia peculiari specie effunditur in Christum & Aposto-
 los, & reificatur postea in inuocatione, confessione, miraculis, for-
 maliter tolerandi supplicia, &c. Non igitur frustra Iohannes testi-
 monij mentionem facit. Sed ideo sic loquitur, vt nos admoneat, vt ita
 agnoscamus Deum, sicut se patefecit, & ipsa testimoniorum editione
 nos confirmemus.

ET SI autem noui Testamenti dicta sunt
 magis perspicua, tamen his congruunt testimonia Prophetarum.
 Significata est persona diuina in dicto Ioël, cum ait Deus: Effundam
 de Spiritu meo super omnem carnem. Quia enim inquit, Meo, testa-
 mentum non mitti creatam agitationem, sed aliquid essentia Dei. Necessè
 est autem personam esse distinctam, quæ est aliquid Dei, & tamen non
 est Pater. Quanta autem misericordia? quantus amor est erga genus
 humanum? quod Deus hunc amoris ignem transfundit coessentia-
 lem ipsi.

COLLEGIT Basilii & testimonia multorum, quo-
 rum æne ipsius auctoritas in Ecclesia præcipua fuit autoritas, quod me-
 minisse vitale est. Confirmantur enim pij, cum audiunt doctrinam cer-
 tis testimonijs veræ & purioris Ecclesiæ traditam esse, sicut de Eccle-
 sia audienda scriptum est: Nisi vitula mea arassetis, non inuenissetis.

AT inter cætera hoc dictum Eusebij Palæstini citat, San-
 ctum Deum lucis conditorem per Saluatorem nostrum Iesum cum
 Spiritu sancto inuocantes. Hæc verba ostendunt, veteres diserte tres
 personas in inuocatione complexos esse, & ea forma loquendi de Fi-
 lio vobis esse, vt animi simul de Mediatoris intercessione & de promissio-
 nibus commoneferent. Huc pertinet etiam testimonium, quod recita-
 mus in Symbolo: Credo in Spiritum sanctum, vt enim supra di-
 citur, Credo in Deum Patrem, & in Iesum Christum, qua forma ser-
 monis personas alloquimur, & ab eis bona petimus, & fiducia auxi-
 lij Patris & Filij acquiescimus, Ita cum hic dicitur: Credo in Spiri-
 tum sanctum, persona intelligatur, & petamus, vt hic $\omega\rho\rho\kappa\lambda\eta\tau$
 mutetur in corda nostra, regat, & ducat nos in tantis vitæ periculis,
 sicut duxit Moysen per mare rubrum, vt inquit Iesaias.

НАСТЕ-
 рьs veram & salutarem doctrinam de personis recensui, & quia dixi
 testimonia veræ Ecclesiæ non negligenda esse, legant pij etiam histo-
 rias, videant in quibus Synodis hæc doctrina fideliter defensa & illu-
 strata sit. Antiochena refutauit Samosatenum. Nicæna condidit Sym-
 bolum Nicenum, & præcipue illustrauit sententiam de duabus natu-
 ris in Christo. Constantinopolitana defendit hunc articulum, Spiri-
 tum sanctum esse personam procedentem à Patre & Filio. Ephesina
 damnauit Nestorium, qui finxerat, non vnitas esse duas naturas in
 Christo, sed λόγος assistere Christo, sicut amicus amico adest. Chal-
 cedonensis damnauit Eutychem, qui confundebat naturas, & fingebat
 huma-

humanam conuersam in diuinam, vt cum ex aqua factum est vinum, nec fuisse duas naturas vnitas. Hæ sunt præcipuè Synodi, quarum iudicia meminerimus, & amplectamur. **E**CONTRA etiam

in historijs consideremus, qui furores sæpe exorti sint contra veram de essentia Dei doctrinam. Marcion & Manichæi fixerunt duos Deos, pariter æternos, pugnantes inter sese, bonum & malum. De bonum vocarunt lumen, malum tenebras. Et bonas naturas diuine à bono conditas esse, Materiam vitiosam à malo. **H**æ contenta refutare discamus. Vnus est enim conditor omnium rerum, quidem bonus, vt supra dictum est in definitione Dei, & Ies. dicitur: Præter me non est Deus alius, formans lucē & creans tenebras, seu corpora obscura, dans pacem & creans malum, id est, corpora corrupta.

FUGIAMVS etiam portentosa Valentianorum, quibus fuerunt innumerabiles Deos, seu nomina tantum allegorice cumulates, vt Hesiodus cumulat Chaos, Noctem, Erebum, Saturnum, Iouem, & alios, seu ipsa putantes esse innumerabiles æternos Deos. Quamirum videtur vnum aliquem in æterna solitudine cogitare. Semper ab initio mundi Diabolus & sparsit & sparget horribiles furores, vt verum Deum contumelia afficiat, & humanæ imbecillitati insidat. Aduersus illos furores tradidit nobis Deus certam doctrinam per Patres, Prophetas, Christum, & Apostolos, hac luce vult Ecclesiam regere, nec alias opiniones admittere. Vt fortis in matre sedet circumdatus alio, sic nos verbo Dei inclusos esse sciamus, donec quædam in æterna vita palam cernemus Deum: Interim Deo gratias agamus, quod se nobis patefecit, & reuerenter illi patefactioni assentiamus.

SCIAMVS non plures esse personas diuinitatis quam tres: Vnum esse coæternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, vnum Filium, imaginem æterni Patris Iesum Christum, vnum Spiritum sanctum, & has tres personas tamen *ἑνωσίδος* esse, & simul omnia condidisse, & discrimina discamus, vt supra recitauimus, ac beneficia propria cuiusq; personæ intelligamus. Quia enim Deus sic se patefecit, vult ita agnosci & discerni personas. Pater fons est omnium beneficiorum. Sed Filius proprie est Mediator & Reconciliator, & factus est pro nobis victima, cum naturam humanam assumpsisset. Spiritus sanctus mittitur in corda credentium, vt nouam lucem, iustitiam & vitam æternam accendat, vt vocat eum Zacharias: Spiritus gratiæ & precum, id est, testificantem in nobis, nos receptos esse gratiam, & mouentem cor, vt hoc credat & statuat. Item, Impetorem ad inuocationem, quia iam exaudiri nos credimus.

HÆC doctrina de tribus personis in inuocatione quocumque feratur, in qua certe hoc primum omnium ardentissime persequendum est, vt Deus pectora nostra regat, vt recte de ipso sentiamus, ac reuerenter

non nocemus, nec ab eo aberramus, vt Ethnici, recentes Iudæi, Manichei, Hæretici, Marcion, Manichæi, Valentiniani, Samofatæ, Ariani, & alij fanatici. Teneatur ergo certa aliqua & vera forma, cuius recitatio nos de vera doctrina admoneat.

OMNIPOTENS AETERNE ET VIVE DEVS, AETERNE Pater Domini nostri IESV Christi, qui te patefecisti immensa bonitate, & clamasti de Filio tuo Domino nostro IESV Christo: *Hv n' e audite*, Conditor omnium rerum, & conseruator & opululor, cum Filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, regente tecum & patefacto in Ierusalem, & Spiritu sancto tuo effuso in Apostolos, sapiens, bone, misericors, iudex, & fortis: Qui dixisti, *Vitoo ego*, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat: Et dixisti, *Inuoca me in die tribulationis*, & eripiam te, Misere mei propter Iesum Christum Filium tuum Dominum nostrum, quem voluisti pro nobis esse victimam, *η μοι τιλω η ημετερω*, & sanctifica, rege, iuua, accende cor, & animam meam Spiritu sancto tuo, vt te vere agnoscam & inuocem, tibi vere credam, gratias agam & obcediam, rege & serua Ecclesiam tuam, sicut promissisti, inquitens: Hoc est fœdus meum cum eis, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore seminis tui in æternum. Semper luceat in nobis Euangelium tuum, & rege, & confirma corda nostra Spiritu sancto tuo, ne in furores Epicureos, aut fanaticos ruant, gubernastudia Ecclesie, & defende politias, quæ præbent hospitia Ecclesijs.

In tali inuocatione quotidie de essentia Dei, de patefactione, de beneficijs, de promissionibus cogitemus. Simul enim hac cogitatione & erudimur de personis, & accenditur fides, & segregatur inuocatio nostra ab Ethnica, Iudaica & Turcica, quod fieri necesse est. Nam inuocatio nulla placet Deo, nisi fiat cogitatione, & fiducia Christi Mediatoris, vt scriptum est: *Quicquid petieritis Patrem in nomine meo* (id est, me nominato, me monstrantes Intercessorem) *adbit vobis*. Item: *Nemo venit ad Patrem nisi per me*. Experiemur autem hanc veram inuocationem in Euangelio traditam, non esse æternam.

Ac intueantur mens & oculi in testimonia patefactionis illustrata, vt in Baptismum Christi, in Christum resuscitantem mortuos, & post resurrectionem familiari conuersatione se ostendemem multis, & in Spiritus sancti missionem. Hæc visibilia testimonia deo exhibita sunt, vt Ecclesiam doceant & confirmet, & quia exhibitata sunt, vult ea Deus aspici & cogitari, Non tantum propter Baptistam tunc se patefecit diuinitas, sed hoc testimonio voluit Deus confirmari vniuersam Ecclesiam eius temporis & posteritatis. Iano & Angelos illud admirandum spectaculum Dei prodeuntis ex latibris suis, & se Ecclesie suæ ostendentis, erudit. Hæc testimonia

Z a cum

cum cogitabimus, accendetur lux in cordibus, ut firmiter floreat, vere adesse Deum, & recipere nostras precés, ac opitulari, sicut promissit. Hanc enim fidem ad precationem afferri necesse est. Pie etiam hac forma utemur directa ad Mediatorem, quæ etiam complectitur tres personas.

I E S U C H R I S T E F I L I D E I V I V I, C R U C I F I X I P R O nobis & resuscitate, qui regnas ad dexteram Patris, ut des dominibus, & constitutus es Interpellator pro nobis, miserere nobis, intercede pro me apud æternum Patrem tuum, & sanctifica me Spiritu sancto tuo, sicut promissisti, inquit: Non relinquam vos orphanos, &c.

P I E & hac forma vitmur:

S P I R I T U S S A N C T E, E F F U S E I N A P O S T O L I S, quem promissit nobis Filius Dei, redemptor noster, ut accendat nobis veram agnitionem & inuocationem Dei, sicut scriptum est: Effundam super vos Spiritum gratiæ & precû, Exuscita in cordibus nostris verum timorem Dei, & veram fidem, & agnitionem misericordiæ, quam nobis æternus Pater Domini nostri Iesu Christi propter Filium promissit, sis nobis Paraclætus in omnibus consilijs & periculis, & ascendentes nostras, ut vera obœdientia, Patrem Domini nostri Iesu Christi, & Filium eius redemptorem nostrum, & te, perpetuo celebremus.

S I hoc modo in inuocatione cogitabimus de potentia & beneficijs, proficentibus & eruditione & pietate. Carere illud sciunt studiosi, appellationes potentia & virtutum communes esse omnibus personis, videlicet, nomina sapientiæ, bonitatis, iusticiæ, misericordiæ, fortitudinis, puritatis. Nec sunt hæ virtutes distinctæ res ab ipsa essentia. Sicut potentia Patris est Pater, sic iusticia Patris est Pater, sic iusticia Filij est Filius. Et considerandum est, quomodo hæ nomina in scriptis Prophetis vsurpentur, & adhibentia est diligentia proprie & recte loquendi.

DE CREATIONE.

V O L V I T Deus innotescere & se conspici. Ideo & condidit ceteras creaturas, & miram artem adhibuit, ut convinceret nos, non extitisse res casu, sed esse æternam mentem, architecturicam, bonam, iustam, spectantem hominum facta, & iudicantem. Quamquam autem hæc consideratio vniuersæ naturæ, admonet nos de Deo, ut postea rursus dicam, tamen nos referamus initio mentem & oculis ad omnia testimonia, in quibus se Deus Ecclesiæ patefecit, ad edificationem ex Aegypto, ad vocem sonantem in Sinai, ad Christum resuscitantem mortuos, & resuscitatum, ac ascendentem in celum, ad vocem æterni Patris de Christo sonantem: Hunc audite, ad misericordiam Spiritus

Spiritus sancti. Hæc testimonia edita & propofita sunt, vt nos in hæc
 parte imbecillitate magis perspicue erudiant, conuincant & confir-
 mant. Ideo semper defixæ sint mentes in horum testimoniorum cogi-
 tationem, & his confirmatæ articulum de Creatione meditentur, de-
 inde considerent etiam vestigia Dei impressa naturæ. **E**st au-
 tem articulus de Creatione, Genes. 1. & alibi sæpe expressus, quod
 videlicet Deus æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, vna cum
 Filio, coæterno, & Spiritu sancto, condiderit ex nihilo cælum & ter-
 ram, Angelos & homines, & omnia reliqua corpora. Sic de Filio di-
 citur Iohan. 1. Omnia per ipsum (scilicet Filium) facta sunt. Et de
 Spiritu sancto create dicitur, Psal. 32. Verbo Domini cæli firmati
 sunt, & Spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quod autem res ex ni-
 hilo conditæ sint, docet hæc sententia: Ipse dixit & facta sunt, ipse
 mandauit & creata sunt, id est, dicente seu iubente Deo, res exortæ
 sunt. Non igitur ex materia priore extractæ sunt, vt Stoici duo æter-
 na fingebant, mentem & materiam. Sed Deo dicente, cum res non
 essent, esse coeperunt, & cum Iohannes inquit: Omnia per ipsum fa-
 cta esse, refutat Stoicam imaginationem, quæ fingit materiam non
 esse factam: Hæc de articulo creationis in Ecclesia moneri necesse
 est. **S**ed nondum satis dictum est de hoc tanto articulo. Infirmi-
 tas humana, etiam si cogitat Deum esse conditorem, tamen postea
 imaginatur, vt faber discedit à nauî extracta, & relinquit eam nautis,
 ita Deum discedere à suo opere, & relinqui creaturas tantum propriæ
 gubernationi. Hæc imaginatio magnam caliginem offundit animis,
 & parit dubitationes. **A**lij, vt Stoici, fingunt Deum alliga-
 tum causis secundis, nec quicquam aliter posse fieri, quam vt causæ
 secundæ cient. Alij, vt Epicurei, omnia casu volui & confundi. Vterq;
 error, magno tumultu in humanis mentibus excitat. Quoties in
 periculis sumus, quæ superant humana consilia, mouemur cogitatio-
 ne causarum naturalium, vt arbitremur malum immedicabile esse,
 quia arbitramur naturam sic ferri sine Deo. **A**dversus has
 dubitationes confirmandæ sunt mentes cogitatione vera articuli de
 creatione, ac statuendum est, non solum conditas esse res a Deo, sed
 etiam perpetuo seruari ac sustentari à Deo rerum substantias. Quot-
 annis fecundat Deus terram, procreat fruges ex terra, impertit vitam
 viuentibus. Hæc rerum sustentatio seu conseruatio, vsitata appella-
 tione vocatur actio Dei generalis, quæ tamen non ita alligat eum
 causis secundis, vt nihil faciat aliter, quam vt causæ secundæ cient:
 Sed Deus est liberrimum agens, seruat sui operis ordinem, & tamen
 multa propter homines mitigat. Cedit natura rerum precibus Moysi,
 Elize, Elifzei, Iesaiæ, & omnium piorum, sicut Christus inquit, Matth.
 21. Omnia quæ petetis, credentes accipietis, Si dixeris monti huic,

Z. 3. iacta

iacata te in mare, fiet. Item: Iacata curas tuas in Deum, & ipse te eruet. **A**D E S T Deus suae creaturae, sed non adest vt Stoicus Deus, sed vt agens liberrimum, sustentans creaturam, & sua immensa misericordia moderans, dans bona, adiuuans, aut impediens causas secundas. De hac distinctione admoneri pios necesse est. Teneamus ergo testimonia, quae docent adesse Deum naturae rerum, & gubernatorem eius & moderatorem esse, vt in periculis nostris non frangamur cogitationibus Epicureis aut Stoicis, non cogitemus casu nos opprimi aduersis, aut fatalem ordinem causarum immutabilem esse res secundas ad casum, aut tantum ad physicas causas referamus, sed Deum agnoscamus vere largiri bona, & moderari naturam. **A**ll. In ipso vivimus, mouemur, & sumus, id est, per ipsum datur, sustentatur, & fouetur vita nostra. Heb. 1. Ferens omnia verbo potius suae. Coloss. 1. Omnia per eum consistunt. 1. Timoth. 6. additur descriptio Dei: **Q**ui viuificat omnia. 1. Timoth. 4. Speramus in Deo, qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium, id est, omnibus benefacit, fouens vitam, gignens fruges, seruans genus humanum, vt inde sibi colligat Ecclesiam, maxime vero iuuans Ecclesiam, in qua non solum corpora fouet, sed etiam largitur aeterna bona. 1. Timoth. 6. In Deo viuente, qui praebet nobis abunde omnia ad fructum. Matth. 10. Duo pasceres asse uenunt, & vnus ex illis non cauet super terram sine Patre vestro, vestri autem capilli capiti: omnes numerati sunt. Psalm. 103. Omnia a te expectant, vt des eis escam in tempore suo, dante te illis, colligent, aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, auertente te faciem, turbabuntur, auertere spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. **E**uertere spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae. Psalm. 144. Oculi omnium in te sperant, & tu das escam illis in tempore opportuno: **A**peris tu manum tuam, & implebis omnia animalia benedictione. Psalm. 32. De caelo respexit Dominus, videt omnes filios hominum, sicut sigillatim corda eorum, intelligit omnia opera eorum. Psalm. 146. **Q**ui operit caelum nubibus, & parat terrae pluuiam, **Q**ui producit in montibus fenum, **Q**ui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Psalm. 35. **H**omines & iumenta iuuabis Domine. **P**eculiares promissiones Ecclesiae de vita, victu, & defensione corporum multae factae sunt, quae etiam testantur Deum adesse creaturis, sustentare nos, & moderari causas naturales. Psalm. 32. **B**eneplacitum est Domino super timentes eum, vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame. Psalm. 33. **N**on est inopia timentibus eum. Psalm. 35. **N**on confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur. Osee 2. **E**t nesciuit hac quod ei frumentum dederim, Ideo rursum auferam frumentum meum. **I**tem

hant benedictiones & maledictiones. Deut. 28. Abundare te facit Dominus fructu terræ tuæ. Item: Erit cœlum æneum. Deut. 30. Nisi est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Et Prouerb. 3. Egestas Domini in domo impij, habitacula autem iustorum benedicentur. Prouerb. 10. Benedictio Domini diuites facit. Psalm. 126. Nisi Dominus edificauerit domum, frustra laborat, qui ædificat eam. Hic clare affirmat secundas causas irritas esse, nisi à Deo iuentur. Psalm. 127. Scitote quod Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos: Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius, id est, non nascimur casu, non viuimus tantum causis secundis, nostris consilijs & virtutibus, sed Deo viuificante & seruante.

POSTREMO idem docet præcatio Dominica, quæ à Deo petere iubet panem quotidianum. Confitemur ergo Deum largiri victum, & terram non esse fecundam, nisi Deo iuante.

COLLEGI mediocrem aceruum testimoniorum, quæ eparrant articulum de Creatione, ac affirmant Deum adesse creatoris sustentatorem & moderatorem, & refutant opiniones Epicureas & Stoicas. Quia enim promittit Deus pijs & inuocantibus bona, & minatur pœnas impijs, constat eum libere agere, nec alligatum esse causis secundis, sed multa mitigare propter pios, multa exasperare propter impijs. Sicut exempla ostendunt. Propter idololorum cultus triennium non pluit regnante Achab, sed redditæ sunt pluuiæ Elia petente. Talibus testimonijs confirmandæ sunt mentes in inuocatione. Non enim possunt à Deo petere victum & vitæ defensionem, si fascinatæ Epicureis aut Stoicis opinionibus sentiant, aut casu omnia ferri, aut Deum non moderari secundas causas. Imo ideo eripit Deus fruges hominibus, quia putant eas naturaliquadam vi nasci, etiamsi Deus eas non foueat, nec reuerenter vtuntur dato munere, nec timent datorem, vt monet Oseæ dictum, quod supra citauit.

MENS humana conuincitur demonstrationibus, vt fateatur hunc mundum à Deo conditum esse. Sed Deum adesse moderatorem, etsi huius sententiæ etiam quædam habet argumenta, vt pœnas atrocium scelerum, tamen hoc obscurius est. Quia signis difficilior est assensio, diuinis testimonijs fides in animis excitanda & confirmanda est, vt Deum inuocare, & serio ab eo petere & expectare bona possimus, vt præcipit: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te. Item, Commenda Domino viam tuam, & ipse faciet.

POSTQVAM autem mens confirmata est vera & recta sententia de Deo, & de Creatione ac præsentia Dei in creaturis, & moderatore causarum secundarum, ex verbo Dei, & illustribus testimonijs, in quibus se Deus generi humano peculiariter patefecit, vt in educatione populi ex Aegypto, in resuscitatione mortuorum, & alijs mirandis factis Prophetarum, Christi & Apostolorum, tunc etiam

iam vtile & iucundum est aspicere opificium mundi, & in eo vestigia Dei querere, & demonstrationes colligere, quæ testantur hunc mundum non exitisse casu, nec volui casu, sed esse Deum mentem æternam, conditricem rerum. Ideo enim tota natura condita est, vt Deum monstret. Et si humanæ mentes primam lucem retinuisent, hæc noticiæ de Deo multo fuissent illustriores. Nunc multis dubitationibus conturbantur. Sed bonis mentibus vtile est tenere aliquas demonstrationes, quæ ostendunt esse Deum: Sicut & Paulus ad aspiciendum mundi opificium nos deducit, Roman. 1. Et in Actis inquit: Non prope adesse Deum, pene vt manibus contrectari possit. Retinenda igitur breuiter aliquas demonstrationes, quarum cognitio, ad disciplinam, & confirmandas honestas opiniones in mentibus, vtilis est.

P R I M A, ab ipso naturæ ordine sumitur, id est, ab effectibus monstrantibus opificem. Impossibile est ordinem perpetuum in natura casu ortum esse, & casu manere, aut tantum à materia ortum esse. Præcipuæ partes in natura sunt ordinatæ, vt manet ordo perpetuus motuum cœlestium, ita, vt ex homine homo, ex boue bou nascitur, fecunditatis terræ, perennitatis fluminum, naturalium noticiarum in mentibus humanis. Ergo natura non exitit casu, sed à mente aliqua orta est, quæ ordinem intelligit.

S E C U N D A, à natura mentis humanæ. Bruta res non est causâ naturæ intelligentis. Mentes hominum habent aliquam causam, quia homo non habet esse per se, sed incipit & aliunde oritur. Ergo necesse est aliquam intelligentem naturam causam esse mentis humanæ. Necesse est igitur esse Deum.

T E R T I A, à discrimine honestorum & turpium, & alijs noticijs naturalibus, ordinis & numerorum. Impossibile est discrimen honestorum & turpium in mente, casu, aut à materia ortum esse. Item: Noticias ordinis & numerorum fortuitas esse. Ergo necesse est aliquam mentem architectatricem esse. Et hæc duæ rationes omnium maxime sunt illustres. Estq; dignum consideratione, quod humana mens, & illa lux menti insita, præcipuum de Deo testimonium est in natura, & quidem inter noticias naturales hæc quoq; est, quod sic Deus, sicut Paulus inquit: Deus ipsis manifestauit, id est, Deus indicit humanæ menti hanc noticiam, quod sit Deus, & simul indicit rationationes illas ex effectibus.

Q U A R T A, Noticia naturales sunt veræ: Esse Deum naturaliter omnes sententur: Ergo hæc noticia vera est. Hæc minor esset illustrior, si natura non esset corrupta, sed confirmanda est cæteris argumentis, quæ recitant. **Q U I N T A**, apud Xenophontem sumitur à terroribus conscientiæ. Constat homines & alios perpetratis magnis sceleribus, horribiles animorum cruciatus sustinere, etiam si nulla humana iudicia metuant. Est igitur aliqua mens, quæ hoc iudicium in animis ordinauit, quæ punit

causa, & improbat secus facta. **S E X T A**, à politica societate. Politica societas non est concursus hominum fortuitus, sed certitudine & iure consociata multitudo. Nec posset humana ope tantum retineri, sed experientia testatur, aliquo numine ad pœnam rapiens, qui violant hunc ordinem, vt homicidas, incestos, & tyrannos. Ergo est aliqua mens aeterna, quæ dedit hominibus intellectum ordinis, vt politicam societatem colant. Item, quæ sua ope seruat & defendit.

S E P T I M A est erudita, sumta à serie causarum efficientium. Non est processus in infinitum in causis efficientibus. Ergo necesse est resistere in vna prima causa. Hanc rationem physici dilucide explicant. Nam si esset progressus in infinitum, nullus esset ordo causarum, & nullæ causæ necessario cohererent. **O C T A V A**, à causis finalibus. Omnes res in natura destinatae sunt ad certas utilitates. Hanc distributionem finium impossibile est aut extitisse casu, aut casu manere, sed necesse est consilio architecti factam esse.

N O N A, à futurorum euentuum significationibus. Certo monstrantur futuri euentus, non modo per prodigia, quæ gentes mouebant, quorum alia alias causas habent, sed multo magis per vaticinia in Ecclesia, vt Balaam, Iesaias, Ieremias, Daniel, prædixerunt mutationes & successiones regnorum. Necesse est igitur aliquam mentem esse præudentem eas mutationes, & præmonstrantem.

H A E argumenta non solum testantur esse Deum, sed etiam suae iudicia prouidentia, quod Deus respiciat homines, puniat atrociter, & aliquibus opuletur, vt fecunditas terræ indicat, Deum hominum vitæ consulere. Pœnæ sceleratorum indicant, Deum punire vt colamus iusticiam. Prædictiones etiam de imperijs: item quod mittuntur heroici viri vt restituant politias & artes, indicant Deum curare politias. Hæc sunt perspicua, & semper mouerunt bonas mentes.

P O S S E N T & multa alia vere quidem colligi, sed quæ sunt obscuriora, relinquo: Non frustra indita est homini lego notitia, qua Deus vult se coli. Esset autem frustra indita, nisi iudicium aliquod esset, in quo discrimen erit bonorum & malorum. Sed hæc alibi explicanda sunt. Nos ad primam admōtionem redeamus, videlicet, Absidue mentibus atq; oculis intuenda esse illa peculiaritè testimonia, in quibus se Deus Ecclesiæ patefecit, vt in educationem populi Israël ex Aegypto, in resuscitationem mortuorum, & miracula cætera, quæ per Prophetas, Christum, & Apostolos facta sunt, & deinde addamus verbum per hos traditum, & statuamus vere hanc esse Dei voluntatem, quæ in eo verbo proposita est, & discernamus Philosophiam seu naturales noticias ab Euangelio, id est, à promissione gratuita remissionis peccatorum donandæ propter filium Dei, vt suo loco dicitur, de discrimine legis & Euangelij.

DE CAUSSA PECCATI, ET
DE CONTINGENTIA.

SEMPER omnes sapientes mirati sunt, cum tantus sit ordo nature in plurimis rebus, unde in genere humano tanta sit cœcitas, tantum scelerum & calamitatum, morbi & mors. Ac philosophi partim in materia, partim in voluntate humana causas collocant, partim ad fatum transferunt, quod dicunt esse necessariam connexionem primæ causæ, & omnium secundarum, physicarum & voluntarum. Et Manichæi ex corrupta philosophia orti, horribiles furores, contumeliosos in Deum & perniciosos moribus excitauerunt de duobus Dijs, bono & malo, & de necessitate: nec leuiter quassata est Ecclesia illis verustis temporibus hac quæstione, de causa mali, & de Contingentia. Est autem piæ mentis reuerenter de Deo sentire ac loqui, & sententias veras, pias, honestas, comprobatas grauius iudiciorum, in Ecclesia, viles moribus retinere, nec curiositate ac finibus argutarum querere infinitos labyrinthos disputationum. **E**TSI hæc vera & pia sententia, vtraque manu, & verius toto pectore tenenda, Deum non esse causam peccati, nec velle peccatum, nec implere voluntates ad peccandum, nec approbare peccatum. Sed res horribiliter irasci peccato, vt toties suo verbo, assiduis precibus & calamitatibus mundi, comminatione æternæ iræ declarat. Imo in aduersus peccatum maxime ostendit filius Dei, qui apparuit, vt vltima fieret pro peccato, & ostenderet Diabolum esse autorem peccati, & sua morte iram ingentem patris placaret. **N**ON igitur Deus causa est peccati, nec peccatum est res condita aut ordinata à Deo, sed est horribilis destructio operis & ordinis diuini. **S**YSTRATEM causa peccati, voluntas Diaboli, & voluntas hominis, quæ auerterunt se liberè sua sponte à Deo, nec volente, nec approbante illius auersionem, & hæserunt, vagantes extra ordinem, in obiectis, contra mandatum Dei, vt Euz voluntas auertens se à voce Dei, & vagata extra ordinem, hæsit in pomo. **E**TSI autem homines secuti multa hic inextricabilia colligunt, tamen nos omnis præstigijs dispersionum, veram sententiam quam dixi, toto pectore amplectamur, & teneamus testimonia de ea tradita diuinitus, etiamsi non possumus omnes argutias quæ opponuntur extricare. Testimonia autem hæc sunt: **G**ENESIS 1. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erat vultus de bona, id est, Deo placentia, ordinata, congruentia ad ordinem mente diuina, & ad certos vsus profuturos homini condita. **P**LAUS. Non Deus volens iniquitatem tu es, id est, Deus vere, & non fuisse te odit peccatum. **I**ohan. 8. Quando mendacium loquitur Diabolum.

proprijs loquitur, quia mendax est, & pater mendacij. Pater, id est,
 mens fons, & causa mendacij. Discernit autem Christus mendaci-
 um in substantia, quasi dicat: Substantiam quidem habet Diabolus ali-
 que acceptam. Nam omnes Angeli à Deo creati sunt, quorum aliqui
 peccata lapsi sunt. Habet autem proprium quiddam diabolus, non à
 Deo acceptum, videlicet mendacium, id est, peccatum quod libera vo-
 luntas Diaboli peperit. Neq; hæc inter se pugnant, vt postea longius
 dicemus, substantiam à Deo conditam esse & sustentari, & tamen vo-
 luntatem diaboli & voluntatem hominis causas esse peccati. Quia
 voluntas abuti libertate sua potuit, seq; à Deo auertere. Zacha. 8.
 Malum ne cogitatis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne di-
 ligatis. Omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus. Cum igitur
 non sit simulatum odium peccati in voluntate diuina, nequaquam
 sentendum est, Deum velle peccatum. 1. Iohan. 2. Concupiscentia
 carnis non est ex Patre, sed ex mundo est. 1. Iohan. 3. Qui facit pecca-
 tum, ex diabolo est. Quia ab initio Diabolus peccat, id est, primus
 autor peccati est Diabolus, Rom. 7. Per hominem intrauit peccatum
 in mundum, id est, peccatum non est res condita à Deo, sed homo sua
 libertate se à Deo auertit, & excusit dona Dei, & illam suam destru-
 ctionem propagauit in posteritatem. Nec figuræ illæ verborum in ser-
 mone Hebræico pugnant cum sententia quam dixi: Indurabo cor
 Pharaonis, & similes, Certū est enim, Hebræica phrasi significare eas
 peruersionem, non voluntatem efficacem, vt: Ne nos inducas in ten-
 tionem, id est, nec sinas nos induci, seu ne sinas nos labi & rueri cū
 peccator. **PRAETEREA** & hoc moneri studiosos vtile est, quid
 proprie sit peccatum, vt discernantur res conditæ à Deo & peccatum,
 quod est conturbatio seu confusio ordinis diuini. Ideo recte dicitur:
 Peccatum est defectus, seu priuatio, vt Dialectici loquuntur. **D**
 originali facilis est declaratio. Id enim est in mente tenebræ, hoc est,
 non habere illustrem noticiam, & firmum assensum de prouidentia,
 comminationibus & promissionibus diuinis. Et in voluntate est auer-
 sio, id est, sine metu, fiducia, dilectione Dei esse, & in corde sine obe-
 dientia esse, quæ congruebat legi naturæ, sed vagis & errantibus in-
 dinationibus ferri extra ordinem contra Deum, Hæc mala esse defe-
 ctus, non obsecrum est, nec sunt res conditæ à Deo, sed horribilis de-
 fectio humanæ naturæ. Non est igitur causa peccati Deus, qui et si
 iussit & conseruat propagationem substantiæ, tamen seruat talem
 naturam, qualis nunc est, vt si faber poculum non ex auro, sed ex
 plumbo faciat, ac ipsi destructioni vere & horribiliter Deus irasci-
 tur: Misit enim filium ad hanc iram placandam, & ad sanandum vul-
 nus naturæ. Intelligi igitur potest, Deum nec causam esse vitij no-
 bilicam nascentis, nec velle id malum, nec approbare. Hic autem ca-
 uilla-

uillatio diluatur, Cum defectus nihil sit, id est, non sit res positiva, cur irascitur Deus nihilo? Respondendum est, Magnum distans est inter Nihil priuatiuum, & Nihil negatiuum. Quia Nihil priuatiue intellectum, requirit subiectum, & est in illo subiecto quatenus destructio in illa mole, seu partes dissipata: Ita vitium origo est ipsarum partium hominis inquinatio & confusio, quam Deus vitio propter quam subiecto irascitur. In morbo Nihil significat priuatiuam, quia manet subiectum, & est in subiecto confusio aliqua. In equo Alexandri iam Nihil est, negatiue. Hæc c. medicina explicatio sufficiat, quæ & vera est, & sæpe cogitata discentibus quid lucis affert, nec quarantur subtiliores disputationes, & intractabiles labyrinthi. Geometrica pingi, & oculis subijci possum. Verò de quibus hic dicimus, non ita pingi, & oculis subijci possum, sed attentâ consideratione paulatim magis intelligentur. Dolor facius aspiciens vulnus, & scit vulnus non esse Nihil negatiue, sed esse partes laceratas. Ita Paulus dolet, videns Neronis scelera & vias, quæ agnoscit non esse Nihil negatiue, sed operis diuini terribilium ruinas. Cum in tali consideratione discemus quid sit malum, seu defectus, seu priuatio, agnoscamus peccatum non esse extenuandum. Verò in opere Dei, videlicet in homine, est res à Deo condita, & placens, & seruans hominem, ac propterea dicitur ingens bonum. Ita e contra ruinæ illæ sunt confusio ordinis, non à Deo condita, sed facta à Diabolo & hominis voluntate, estq; à Deo reiecta, & exitialis Diabolo & homini. Ideo ruinæ illæ, seu destructio, seu confusio vocatur malum, id est, non congruens ad mentem diuinam, & displicens Deo, & exitiale Diabolo & homini. Hæc c. declaratio quid lucis affert sequenti declarationi de peccato actuali, de qua multorum sunt intricatæ quæstiones, sed hic quoq; facile est intelligere defectus, si intuearis non solum facta, sed mentem regentem facta. Eua comedens pomum, non regitur luce Dei, illud non regitur Dei, & voluntatem à Deo auersam esse, defectus esse, non obsecutus est. Etsi interim accedunt motus externi & interni, qui sunt res positivæ etsi sunt motus errantes, & quædam ordinis confusio, ut si uia sine velis & remis varie iactetur ventis & procellis. Hæc imago quoque declarat illos defectus. Vt autem donec manet nauis, manent motus aliqui, ita donec uiuit homo, quocumq; modo aliqui motus quamlibet errantes & confusi, manent. Nec propterea Deus est causa peccati. Etsi enim sustentat aliquantisper naturam, tamen deest illi in mente non efficiuntur ab ipso, & voluntas libera Euaq; propria & vere erat causa suæ actionis, ac sponte se auertit à Deo.

CONSTITUTA autem hac sententia, quod Deus non sit

nia pericula prospicere & cauere, saepe hallucinatur, vt errat Iosif bellum Aegyptio inferens. Ac multa sunt tristia errata omnium sapientum, vt Cicero exclamat: O me nunquam sapientem. Multi lapsi accidunt, qui pariunt difficultates inexplicabiles humanis consilijs, & vnus lapsus saepe ingentem ruinam trahit, vt Dauidis adulterium. Deinde etiam bonis consilijs, & in bonis causis saepe non respiciunt euentus. Possunt & subito magnae calamitates accidere, quae sunt ex suo fastigio deieciunt, vt vere dicitur:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu, quae valere ruunt.

DE his tantis impedimentis, de infirmitate humana, & instantia rerum humanarum, quae multas habet arcanas causas, concionatur Ieremias, & simul docet confugere ad Deum, & ab ipso prece & expectare gubernationem & auxilium. Hic igitur promissiones tenendae sunt: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri coelestis, qui in vobis est. Item: Non relinquam vos orphanos. Item: Deus est qui efficit, vt velit & perficiatis. Item: Quanto magis dabit Spiritum sanctum petentibus? Item Psal. ad Dominum gressus hominis dirigentur, &c. His promissionibus freti, petamus & expectemus auxilium à Deo, & agnoscamus salutaria non posse, nisi Deo nos iuuante, vt inquit Christus: Sine me nihil potestis facere. Et Baptista: Non potest sibi homo sumere quicquam, nisi datum sit ei de caelo. POMPEIUS, Brutus, Antonius, & alij multi, magna conati sunt, sed Deus alios prouexit. Est igitur haec dicta concionatur de auxilio Dei in bonis & salutaribus actionibus, tamen non est inde ratiocinandum, prorsus nullam esse libertatem electionis humanae. Ac multo minus hoc sequitur: Omnia bona & mala necessario, & à Deo fieri. Quare dictum Ieremia dextere ratiocinatur, quod videlicet solis humanis consilijs & viribus non possunt salutaria effici. DISCAMUS magnum & ingens donum Dei esse, iuari nos, vt simus organa Dei salutaria in omni administratione, nec deseri simus pestes generis humani, vt Pharaon, Nero, Manichaeus, & similes, & quotidie nos hoc dictum Christi: Sine me nihil potestis facere, exuscitet, vt ardentibus votis precemur, vt à Deo regemur. Perspicuum est autem non sequi hinc, Deum esse causam effectum peccati. Imo Ecclesia Dei, cum sciat Deum vere, serio & honeste liter odisse libidines Neronis, nequaquam dicit eas aut necessitate peccidisse, aut volente Deo accidisse. OBIICIUNTUR & haec Acta, Ephes. 1. Electi secundum propositum eius, qui facit omnia secundum consilium voluntatis suae. Et 1. Cor. 12. Idem est Deus agens in omnibus. Haec dicta certum est in illis ipsis locis, vbi ponuntur, tantum loqui de Ecclesia & de salutaribus actionibus, quae sunt

regit in Ecclesia sua: Nec loqui de vniuersali rerum su-
 ueracione, seu de singulis omnium animantium motibus. Dextre igitur
 intelligantur hæc dicta, nec à natua sententia transferantur in pe-
 grinam. Hoc monet Paulus, non humanis consilijs aut virib.
 prout regi Ecclesiam, sed mirandis Dei operibus. Seruatio Noë in
 diluuiio, defensio populi in AEGYPTO & in deserto, res gestæ Moysi,
 Iosue, Samuelis, Davidis, & aliorum piorum, fuerunt, & sunt opera
 Dei in illis excitata ad iuandam Ecclesiam, & ad propagationem ve-
 rez doctrinæ.

Quæ hæc dicta consolationes sunt, quæ re-
 feruntur ad esse Deum membris Ecclesiæ suæ, & opitulari suis in peri-
 culis & zramnis. Adiuuat Deus præstantem Dauidem, adiuuat mo-
 menton Laurentium, ne abiciat confessionem fractus metu. His igitur
 dictis & promissionibus nos confirmemus, ac regi nos petamus,
 sicut saepe clamat Propheta: Dirige me in veritate tua, & doce me,
 &c. Omnia agis in Ecclesia tua salutaria, sis in me quoq; vt in mem-
 bro me Ecclesiæ, efficax. fac me organon salutare, & vas misericor-
 diæ, &c. Ac horum dictorum explicatio multis alijs similibus lucem
 offert. Postremo & illud addendum est, Recte dicit necessitatem esse
 duplicem. Alia necessitas nuncupatur absoluta, eum videlicet res aut
 propositio simpliciter necessaria est, ac poni oppositum, prorsus im-
 possibile est, & destructio omnium rerum: vt hæc propositiones sunt
 necessariae, necessitate absoluta, Deus est, Deus est essentia intelli-
 gens, æterna, immensæ sapientiæ, potētia, iusticiæ, bonitatis, volens
 omnia, cæca, non volens pugnantia cum sua mente, iniustam crudelita-
 tem, inelias libidines, &c. Sæpè alia est necessitas consequen-
 tiæ, quæ est earum rerum aut propositionum, quæ possent se natura
 sua inueniri habere, sed sunt necessariae, vel propter præcedentes caus-
 as, vel quia determinatæ sunt. Et in his magna sunt discrimina. Ali-
 ter Deus determinat bona quæ vult, cuiusmodi multa expressit, vt
 mortui certo die resuscitentur, hæc est necessaria, necessitate con-
 sequentiæ. Aliter determinat mala, quæ non vult, cum videlicet me-
 tu cõditur, nec sinit grassari ulterius malos. Sic sicut necessaria: Pha-
 raon persequetur Israëlitas, hæc non est sua natura necessaria, sed res
 contingens. Ac fieri oppositum nõ esset impossibile, sed quia sic
 mouet, dicitur necessaria, necessitate consequentiæ. Hæc puerilis
 cõditio non est inutilis, & saepe traditur in scholis, vt consideremus,
 qui euentus vere pendeant & oriantur à voluntate Dei, qui ali-
 tude oriantur.

Hic etiam de Physica necessitate dicendum
 est, vt ignis necessario calefacit, Sol necessario mouetur, Sed hæc
 Physicam necessitatem doctrina Ecclesiæ etiam ait esse necessitatem
 consequentiæ. Sic mouetur Sol, quia Deus hunc ordinem in-
 stituit, & mutare potest, vt ostendunt historiæ Iosue & Ezechie.

Hæc

Hæc alias copiosius traduntur. RECITAVI præcipuas materias, quæ in hac quaestione agitari solent, quibus diligenter consideratis, studiosi dextre de hac tota controverfia iudicare poterunt, & satis perspicue intelligent, nequaquam Stoicas opiniones in Eudæam invehendas esse. Quomodo enim inuocabit Deum is, qui omnia necessario evenire statuit? Deinde & moribus perniciosum est illud, quod in Tragordia dicitur: Fati ista culpa est, Nemo fit fato nocens. Sicut & Zenonis seruus dicebat se iniuste plecti, quia fato cuius esset peccare. Tales igitur sermones & opiniones fugiamus. Plurimè nestius loquitur, cuius hæc sunt verba in secundo libro *tragicordia*. Omni contentione pugnandum est, ne quis in ciuitate, quam bene regi volumus, vel dicat vel audiat, seu senex, seu iuuenis, seu inopinate, seu in alia narratione, Deum causam alicubi esse malorum. Quod neque sancte ita dici potest, neque vtile est ciuitati, nec seculum sentit in explicatione. AD ICIAM explicationem vni argumenti, vt mihi videtur, pijs mentibus vtilem. Obijciunt enim. Secunda causa non agit sine prima. Secunda, vt voluntas Euz, est proprie causa peccati, ergo etiam prima. Hac obiectione scio ingenia interdum perturbari, & ex ea perturbatione labi in absurdas opiniones. Esti autem responsio quadam tenuis & subtilis tradenda elabendum, tamen aliam crassiorẽ & magis conspicuam tradam, quæ sumta est ex hoc fundamento: Quod Deus adest creatoris, non vt Stoicus Deus, alligatus causis secundis, vt moueat simpliciter, sicut mouent secundæ, sed vt agens liberrimum sustentans naturam, & suo consilio aliter agens in alijs. Vt in corpora libus, est sustentat naturam, tamen contra ordinem iussit aliquando Solem retrogredi, impediuit pluias toto triennio, ac postea subito dedit largam imbrem, fecit fecundas anas. Ita quotidie sciamus multa in corporalibus fieri præter vim secundarum causarum, & tamen Deus ea sustentat. Multi liberantur varijs periculis, in morbis, in acie, in aqua, vbi secundæ causæ eos destituunt. Vt igitur inuocatio fieri possit, cogitemus Deum sic adesse suo officio, non vt Stoici obijciunt, alligatum secundis causis, sed sustentantem naturam, & multa suo liberrimo consilio moderantem. Sic agit Deus cum voluntate sustentans & iuuans ordine agentem, sed non iuuans ruentem contra ordinem, etsi eam sustentat. Sic enim condidit voluntatem Euz, vt esset liberum agens, quod posset tueri ordinem, aut desicere. Sinigitur hæc crassa solutio. Secunda causa non agit sine prima, scilicet sustentante. Hoc vniuersaliter verum est, sed non semper adiuuat. Non enim adiuuat prima effectum quem non vult. Est igitur voluntas Euz immediata causa sui actus, cum auertit se à Deo. eodem modo Stoicus & Christianus hanc propositionem intelligunt.

Secunda causa non agit sine prima. Quia Stoici cogitant similem
 operationem in omnibus, seu bonis, seu malis, ut est copulatio ef-
 ficentialis maris & feminae in procreatione. Sed Christianis necessa-
 re est discernere bona & mala. Secunda non agit sine prima, scilicet su-
 stentante: sed multa facit prima causa praeter secundas, quia est
 agens liberum. Et secunda libera, ut voluntas Euz vitiose agit sine pri-
 ma adiuvante, quia talis facultas est libertas. Haec sit explicatio per-
 spicua, non nimis tenuis.

ALII sic dicunt, Secunda non agit
 sine prima, positivum quiddam efficiens, Secunda, ut voluntas Euz,
 agit aliquid delinquens. Hic respondent, agit non positive, sed aber-
 rans ac deficiens. Haec solutio, si per priorem exponatur, erit planior,
 ut eam esse sententiam huius obscurae solutionis, consentaneum est,
 ut copulatio primae & secundae causae talis cogiteretur, qualem Deus li-
 bere agens vult esse, non ut nos copulationem maris & feminae cogi-
 tamus.

DIFFICILES sunt haec disputationes, ideo nos de
 Deo cogitantes, referamus mentem & oculos ad patefactionem Dei,
 ut eum sic agnoscamus, sicut se patefecit, & sic statuamus, Deum libe-
 re adesse & opulari inuocantibus, sicut promissit: Prope est Domi-
 nus omnibus inuocantibus eum. Hae c dicta de singulari actio-
 ne & auxilio inculcentur animis. Nam illa obscura disputatio de ge-
 nerali sustentatione non potest penitus perspicui, sicut nec creatio in-
 telligi potest. Et in summa teneatur haec propositio: Adest Deus suo
 operi, non ut Stoicus Deus, sed vere ut liberum agens, sustentans crea-
 turam, & multa moderans.

DE HUMANIS VIRIBVS, SEV
 DE LIBERO ARBITRIO.

VALLA & pleriq; alij detrahunt voluntati hominis libertatem,
 ideo, quia fiant omnia decernente Deo. Haec imaginatio orta ex
 Stoicis disputationibus, deducit eos ad tollendam contingentiam
 bonarum & malarum actionum, imo omnium motuum in pecudibus
 & elementis. Dixi autem supra, non esse in Ecclesia inuehendas
 illas Stoicas opiniones, nec defendendam esse necessitatem fatalem
 omnium, sed aliquam contingentiam concedendam. Non necesse fuit
 Alexandrum interficere Clitum. Nec miscenda est disputatio
 de determinatione diuina, quaestioni de libero arbitrio. Nam cum de
 voluntate hominis, & de ceteris humanis viribus quaeritur, tantum
 de humana infirmitate disseritur, non de omnibus motibus in tota
 natura. Nos ipsos, mentis nostrae caliginem, & voluntatis & cordis
 inbecillitatem consideremus. Hanc doctrinam de nostris morbis
 proponit Ecclesia, non ut Stoicas opiniones seruat, non ut mentes im-
 plices

placet perplexis & inextricabilibus disputationibus, sed ut monstraret nobis beneficia filij Dei, qui missus est, ut destruat opera Diaboli, qui triste vulnus fecit in humana natura. **MONENDI** sunt autem rudiores, ut à Physicis sumant distinctiones & appellationes partium hominis, & conferant eas ad phrasin Prophetarum & Apostolorum.

In nomine est pars cognoscens ac iudicans, quæ vocatur mens, vel intellectus, vel ratio, in hac parte sunt noticiæ. Altera participans, vocatur voluntas, quæ vel obtemperat iudicio, vel repugnat, & sub voluntate sunt appetitiones sensuum, seu affectus, quorum subiectum & sors est cor, qui interdum congruit, interdum pugnat cum voluntate. Est sub voluntate, & locomotiva. Harum explanationum copiosior sumatur à Physicis. **VOCANTUR** autem liberum arbitrium, Mens & Voluntas coniunctæ. Aut vocatur liberum arbitrium, facultas voluntatis ad eligendum ac expetendum ea quæ monstrata sunt, & ad rejiciendum eadem: quæ facultas in natura integra longe præstantior fuit, nunc multipliciter impedita est, ut postea referemus. Sed iam declaro appellationem communissimam. Liberi arbitrij erat, quod Fabricius noluit aurum à Pyrrho oblatum accipere, & quod Antigonus noluit aspicere allatum Pyrrhi interfecti caput. Ceterum in sermone Prophetarum & Apostolorum hæc vocabulatio, Mens & Cor, quæ ambo sumuntur pro intellectu & voluntate, non simulate aliquid volente, hoc est, Complectuntur iudicium, & appetitiones veras, non simulatas, non externum opus tantum. Erant autem longæ disputationes de vocabulo Liberi arbitrij, quæ ab attentis facile dijudicari possunt. His omisissis, de re dicemus.

CUM enim dubitatur, an voluntas humana sit libera, quæ quæritur in Ecclesia, an & quatenus voluntas humana possit obedire Legi Dei. De hac quæstione iudicari non potest, nisi imaginando peccati, quod nobiscum nascitur, seu naturalis infirmitas consideretur. Item, nisi sciamus Lege Dei postulari non tantum externa civilitate, sed perpetuam & perfectam totius naturæ humanæ obedientiam, iuxta illud: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Nam si natura hominis non esset corrupta peccato, haberet clariorē & firmiorem de Deo noticiam, non dubitaret de voluntate Dei, haberet verum timorem, veram fiduciam, denique præstaret obedientiam integram Legi, hoc est, in natura hominis esset lux firmius fixata de Deo, & essent motus omnes consentientes Legi Dei. Nunc autem natura hominis oppressa morbo originis, plena est dubitationibus de Deo, nec vere timet Deum, nec vere confidit ei, nec ardet dilectione, & multæ flammæ sunt vitiosorum affectuum. Cum igitur manifestum sit, naturam hominis nequaquam satisfacere legi Dei, quæritur quid & quantum facere voluntas possit.

Primum igitur respondeo: Cum in natura hominis reliquum
 inditum, & delectus quidam rerum, quæ sunt subiectæ rationi aut
 sensui, reliquus est etiam delectus exteriorum operum civilium:
 Quare voluntas humana potest suis viribus sine renouatione aliquo
 modo externa legis opera facere. Hæc est libertas voluntatis, quam
 Philosophi recte tribuunt homini. Nam & Paulus discernens iusti-
 cum carnis à spirituali, fatetur non renatos habere delectum ali-
 quem, & facere aliquæ externa legis opera, manus à cæde, à furto, à
 rapina continere, & hæc vocat iusticiam carnis. Imò hæc di-
 sciplinam etiam non renatis præcipit Deus, & eius violationem tri-
 stissimis penis in hac vita regulariter punit, vt ostendunt supplicia
 homicidarum & incestorum. Ideo dicitur: Lex posita est iniustus, id
 est, ad coercendos non renatos, & ad puniendos contumaces. Item:
 Lex est pedagoga, id est, coercens & docens, & quidem additur (in
 Christum) quo præconio disciplina honorifice ornata est. Etsi enim
 disciplina non meretur remissionem peccatorum, nec est iusticia qua
 coram Deo iusti dicimur, tamen res necessaria est, vt de Christo in-
 terim doceri possimus. Nec est efficax Spiritus sanctus in contuma-
 cibus, qui perseverant in delictis contra conscientiam. Sed de causis
 cur necessaria sit disciplina postea dicemus. Nunc hoc tantum ostend-
 emus ex illis testimonijs, quæ loquuntur de iusticia carnis esse ali-
 quem delectum, id est, libertatem in non renatis, ad externa Legis
 opera faciendam. Sed tamen hic sciendum est, hæc ipsam li-
 bertatem duabus causis valde impediri, videlicet ab infirmitate quæ
 non solum nascitur, & à Diabolo. Nam quia vitiosi affectus in homi-
 nibus sunt acres stimuli, & magna animorum incendia, homines sæ-
 pe obediunt illis contra consilium mentis, etiam cum possent se co-
 libere, si anniterentur, vt Medea inquit: Video meliora, proboq;
 Detiora sequor. Et Paulus inquit Ephe. 2. Diabolum efficacem esse
 in impijs. Hic quoq; disciplina refectionem in tota vita multipliciter
 impedit, ac impellit multos, vt ruant cæci & furentes in tristissima
 maria. Sicut de Saule & de Iuda manifeste scribitur. Intrauit in eum
 Sathanas. Et illi magni furores in cultu idolorum, scuitia Tyranno-
 num & bellorum civilium, vt cum Xanthij & alij multi suas ciuitates
 ipsi accenderunt, & sese & coniuges, & paruos liberos in ignem con-
 buerunt, sunt manifesta opera Diaboli. Est ingens igitur imbecillitas
 generis humani, vt omnium temporum historia & quotidiana expe-
 rientia docet, in qua tantum horribilium miseriarum cernitur, vt sa-
 pientes Ethnici omnes valde mirati sint, vnde tantum sit in hac præ-
 stanti natura confusio, & tristissimorum casuum. Sed tamen in-
 ter hæc impedimenta manet aliquis delectus, aliqua libertas in me-
 diocriter sanis, regendi externos mores.

SECVNDO. Sed in Ecclesia Dei non tantum dicitur de externis moribus, sed de integra Legis impletione in corde. Mens in non renatis plena est dubitationum de Deo, corda sunt sine vero timore Dei, sine vera fiducia, & habent impetus ingentes contra Legem Dei. Deniq; natura humana oppressa est peccato & morte, nec magnum huius mali conspicitur humano iudicio, sed in verbo Dei reuelatur. Hic certum est, homines non habere libertatem deponendi hanc peccitatem nobiscum nascentem, aut deponendi mortem. Hæc magnum præcipua generis humani mala intueamur, cum extenuatur libertas voluntatis. Non potest voluntas exuere nascentem nobiscum peccitatem, nec potest Legi Dei satisfacere, quia Lex Dei non tantum in externa disciplina & de umbra operum concionatur, sed postulat integram obedienciam cordis, vt Lex dicit: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & omnibus viribus, &c. IUDICATA damnat Lex peccatum in natura hominis, non tollit. Et sicut mortem abijcere non possumus, ita peccitatem nascentem nobiscum, quæ pugnat cum Lege Dei, non possumus exuere. Hæc mala agnoscenda sunt, vt è regione beneficia Christi conspiciantur, qui tollit peccatum & mortem, & instaurat naturam humanam. Dixi iam de præcipua malis, quæ non potest tollere voluntas humana. Eatenus igitur voluntas est captiua, non libera, scilicet ad tollendam naturam peccitatem & mortem. TERTIO de actionibus spiritualibus quaeritur. Nam ab initio mundi viua membra Ecclesie fuerunt, & sunt, quæ reguntur non solum humanis viribus, aut humana diligentia, sed in quibus Spiritus sanctus accendit motus spirituales, agnitionem Dei, timorem, fidem, dilectionem, & alias virtutes, in alijs magis, in alijs minus excitaras. Rident hæc Philosophi & Pelagiani, sed tamen verissimum est, effundi Spiritum sanctum in corda credentium. Sicut in Zacharia dicitur: Effundam super domum David Spiritum gratie & precum. Et sciamus amplissimam consolationem nobis proponi, quæ in tanta nostra imbecillitate semper in conspectu nobis esse debet. INGENS & inenarrabile beneficium Dei est, quod promittitur nobis auxilium Spiritus sancti. Sicut Christus inquit: Quanto magis pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus? Nisi iuuaremur Spiritu sancto, multo tristiores lapsus, & atrociores confusiones morum acciderent, vt fuerunt, & sunt Ethnici & Anabaptistici furores. Hæc autem sententia tenenda, & vera est: Voluntas humana non potest sine Spiritu sancto efficere spirituales effectus, quos Deus postulat, scilicet verum timorem Dei, veram fiduciam misericordie Dei, veram dilectionem Dei, tolerantiam & fortitudinem afflictionibus, in adeunda morte, vt superarunt mortem ingentis dolore Stephanus, Laurentius, Agnes, & alij innumerabiles.

TESTIMONIA colligenda sunt, & vt refutentur Pelagiani, vt nos ipsos accendamus ad petendum auxilium Spiritus sancti. Item, vt discamus eos qui non reguntur Spiritu sancto, non esse viua membra Ecclesie. ROMAN. 8. Qui ducuntur spiritu Dei, hi sunt filij Dei. Item: Si quis spiritum Christi non habet, is non est Christi.

Hæc duæ sententiæ satis perspicuæ sunt, & plane testantur hæredes vitæ æternæ donari & regi Spiritu sancto. Et certum est spiritum Dei in his dictis non significare rationem, sed Spiritum sanctum à Deo Patre & Domino nostro Iesu Christo procedentem, & missum in corda piorum, & accendentem agnitionem Dei per Euangelium, & motus congruentes Legi Dei. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Significat enim ψυχικός homo, viventem vita naturali, hoc est, sensu & ratione naturali, sine Spiritu sancto. Sic enim eo loco discernit Paulus animalem à spirituali. Quamquam enim homini naturaliter impressa est noticia quædam Legis diuinæ, tamen accedunt magnæ dubitationes de providentia, & multo tristior dubitatio est de Euangelio, an recipiamur, an exaudiamur, de quibus tenebris suum quisque cor consulat, an vere statuat Deum irasci peccatis, an vere statuat se recipi, exaudiri, iuuari in afflictionibus. In hac consideratione securi & otiosi animi, aut fugiens Deum, intelligitur dictum Pauli: Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, id est, non vere statuit Deum irasci peccato nec sentit iram, nec vere timet Deum, vt David committens adulterium, nondum sentit iram Dei, sed postea sentit, rursus accensus à Spiritu sancto. Item, Saul fugit Deum, non inuocat, non statuit se iuuari à Deo, non confidit Deo.

IOHAN. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest intrare in regnum Dei. Iohannes. Nemo potest venire ad me, nisi quem pater traxerit. Item: Sine me nihil potestis facere. ET IESA. 59. Veniet Sion redemptor ijs qui redierunt ab iniquitate in Iacob. Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui in sempiternum. Hæc verba dulcissimam Ecclesie descriptionem continent, ac docent quæ sit, & vbi sit Ecclesia, & quæ habeat propria beneficia Dei. Ille locus est Ecclesia, qui sonat Euangelium traditum Prophetis & Apostolis, & ibi sunt viua membra Ecclesie, habentia Spiritum sanctum, & hæc habet propria beneficia, verbum Dei, remissionem peccatorum, Spiritum sanctum & vitam æternam.

SCIENDUM est autem, Spiritum sanctum efficacem esse per vocem Euangelij audientem, seu cogitatam, vt Galat. 3. dicitur: Vt promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Ac sæpe dictum est, cogitantes de Deo oportere ordiri à verbo Dei, non querere Deum sine suo verbo. Cumque

ordimur à verbo, hic concurrunt tres causæ bonæ actionis, verbum Dei, Spiritus sanctus, & humana voluntas assentiens, nec repugnans verbo Dei. Posset enim excutere, vt excutit Saul sua sponte. Sed cum mens audiens ac se sustentans non repugnat, non indulget dissidentia, sed adiuuante etiam Spiritu sancto conatur assentiri, in hoc certamine voluntas non est oriosa.

VETERES dixerunt: Præterea gratia comitante voluntate, bona opera fieri. Sic & Basilus inquit: *μόνον θέλωσθε, κῆ δεός προαπαυτῶ*. Tantum velis, & Deus prooccurrit. Deus anteuertit nos, vocat, mouet, adiuuat, sed nos volumus, ne repugnemus. Conitat enim peccatum oriri à nobis, non voluntate Dei. Chrysostomus inquit: *ὁ δὲ ἔλαωρ, τὸν βολήτωρ ἔλαψ*. Sic & in illo ipso loco Iohannis dicitur: Omnis qui audiat Patre, & discit, veniet ad me. Discere iubet, id est, audire verbum, non repugnare, sed assentiri verbo Dei, non indulgere dissidentia.

HÆC sunt perspicua, si in veris doloribus, in vera inuocatio ne experiamur, qualis sit lucta voluntatis, quæ si se haberet vt lucta, nullum prorsus certamen, nulla lucta, nulli angores essent in sancto. Cum autem sit certamen ingens & difficile, voluntas non est oriosa, sed languide assentitur, & nisi promissionibus & exemplis interuocandum subinde commonefieret, ac iuaretur à Spiritu sancto, rueret in desperationem. VIDI multos non Epicureos, qui tunc essent in aliquo mœrore propter suos lapsus, disputabant, quomodo sperem me recipi, cum non sentiam in me transfundi nouam leuitem, & nouas virtutes: Præterea si nihil agit liberum arbitrium, interea donec sensero fieri illam regenerationem, de qua dicitur, indulgebo dissidentia, & alijs vitiolis affectibus. Hæc Manichæa imaginatio horribile mendacium est, & ab hoc errore mentes abducendæ sunt, & docendæ, agere aliquid liberum arbitrium. Pharao, Saul, non coacti, sed volentes & libere repugnant Deo, toties tam illustrata testimonia suæ præsentia ostendenti.

Nec admittendi sunt Manichæorum furores, qui fingunt aliquem esse numerum hominum quos vocant *ὄλικονε κῆ χοίκονε*, qui conuerti non possunt. Nec fit conuersio in Dauide, vt si lapis in ficum verteretur. Sed agit aliquid liberum arbitrium in Dauide, cum audiuit oburgationem & promissionem, volens iam & libere fatetur delictum. Eragit aliquid eius voluntas, cum se sustentat hac voce, Dominus abstulit peccatum tuum. Cumq; conatur se hac voce sustentare, iam adiuuatur à Spiritu sancto, iuxta illud Pauli: Euangelium est potentia Dei, ad salutem non repugnanti, id est, non contemnenti promissionem, sed assentiens & credenti. Item: Euangelium est ministerium Spiritus. Item: In promissionem Spiritus accipiamus per fidem.

Si tantum expectanda esset illa infusio qualitatum sine vlla
 actione, sicut Enthusiastæ & Manichæi finxerunt, nihil opus
 esset ministerio Evangelico, nulla etiam lucta in animis esset. Sed in-
 terius Deus ministerium, ut vox accipiatur, ut promissionem mens
 cogitet, & amplectatur, & dum repugnamus dissidentia, Spiritus san-
 ctus simul in nobis sit efficax.

Si igitur illis qui cessationem
 suam excusant, quia putant nihil agere liberum arbitrium, respon-
 deo: Imo mandatum Dei æternum & immortum est, ut voci Evange-
 lio obtemperes, ut Filium Dei audias, ut agnoscas mediatorem. Quam
 terra sunt hæc peccata, nolle aspiciere donatum generi humano me-
 diatorem Filium Dei? Non possum inquires: Imo aliquo modo po-
 teris, & cum te voce Evangelij sustentas, adiuvati te à Deo petito, &
 sentio Spiritum sanctum efficacem esse in ea consolatione. Seno velle
 Deum hoc ipso modo nos convertere, cum promissione excitati lu-
 ctamur nobiscum, innocamur & repugnamus dissidentia nostræ, &
 alijs vitiosis affectibus. Ideo veteres aliqui sic dixerunt: Liberum
 arbitrium in homine facultatem esse applicandi se ad gratiam, id est,
 ad promissionem, & assentiri conatur, & abiicit peccata contra
 conscientiam. Talia non fiunt in Diabolis. Discrimen igitur inter
 Diabolum & genus humanum consideretur. Fient autem hæc illustri-
 ora, considerata promissione. Cum promissio sit vniuersalis, nec sine
 in Deo contradictoria voluntates, necesse est in nobis esse aliquam
 discriminis causam, cur Saul abiicitur, David recipiatur, id est, ne-
 cesse est aliquam esse actionem dissimilem in his duobus. Hæc dextre
 intellecta vera sunt, & vsus in exercitijs fidei, & in vera consolatione,
 cum acquiescent animi in filio Dei monstrato in promissione, illu-
 strabit hanc copulationem causarum, verbi Dei, Spiritus sancti, &
 voluntatis.

PRÆTEREA si de tota vita piorum loquamur,
 est et ingens imbecillitas, tamen aliqua est libertas voluntatis, cum
 quidem iam à Spiritu sancto adiuuetur, & agere aliquid in externis
 actibus cauendis possit: Cum Ioseph resisteret illecebris adulteræ,
 conturbabant hæc causæ, Verbum Dei, & Spiritus sanctus mouens
 mentem, ut verbum ardentius cogitaret: Mens cogitans quanta rui-
 na secutura esset, si Diabolo obtemperaret, videlicet, amissio dono-
 rum, æterna ira Dei, pœnæ in hac vita & futura, præterea multi la-
 psum, & multa scandala, his cogitationibus mota voluntas assentiebat,
 & confirmabat eam languentem Spiritus sanctus, & flammam in
 corde reprimerebat, & excitabat timorem Dei & fidem, quæ acquiesce-
 bat in Deo, adibat pericula, & petebat gubernationem & exitus bo-
 nos. Hæc voluntas non erat otiosa, sed repugnabat ipsa illecebris, &
 manifestabat oculis & pedibus, ut vitarent occasionem lapsuum. Hæc ex-
 empla declarant causas bonarum actionum.

IDEO autem hæc omnia dicta sunt, ut fiat utrumque, videlicet, Spiritus sancti auxilium amplificetur, & acutur nostra diligentia, sicut Christus inquit: Dabit Spiritum sanctum petentibus, non autem aspernantibus, otiosis, repugnantibus, petulanter ruentibus ex alijs sceleribus in alia. Et alio loco inquit: Habenti dabitur, & à non habente etiam id quod habet, auferetur. Et Paulus iubet cauere, ne frustra gratiam acceperimus.

SAPERE multumque repetas in dictum Christi: Dabit Spiritum sanctum petentibus, & diligenter cogita, quantum munus promittat, & quorfes quam ardentem petere: Petite, inquit, & accipietis. Hoc si faciemus, proficere non experiemur. Accendetur enim fides ad petendum, & animaduertemus nos propter diffidentiam negligentes petere. Diffidentia autem dicitur, quia negligimus cogitationem huius præcepti, & huius promotionis Christi.

QUANTO. Consideranda est & querela de objectis & successibus extra nos. Aliud est enim de illis loqui, aliud de qui de electione voluntatis in re quam prospicit. Multa enim accidunt homini inextricabilia humano consilio, quæ non tantum à nobis oriuntur, ut cum David pellitur in exilium scelere filij. Item multi sunt errores humani in deliberatione, ut Iosias putat se recte fore, quod bellum infert AEgyptio.

DE his periculis concionatur multa dicta in Prophetis, ut Ierem. 10. Scio Domine, quod non est hominis via eius, & viri dirigere gressus suos. Viam intelligit gubernationem, de qua manifestum est non posse prospici omnia pericula, & euentus ac successus non esse in nostra potestate. Vocatur Moyses, ut ducat populum ex Agypto, sed nequaquam præuidet totos quadraginta annos in locis desertis tantam multitudinem vagantem esse, ubi deerant aquæ & frumentum, & propter peccata populi, & propter seditiones gubernationem fore inquietam, & sciebat se successus non habere in manibus, sed à Deo regendos esse. Ideo inquit Ieremias: Viam hominis non esse in nostra potestate, id est, gubernationem non posse regi tantum humanis consilijs, seu humana diligentia, nec felicem esse gubernationem, nisi Deus adiuuet.

SIC & Baptistia inquit. Non potest sibi homo quicquam sumere, nisi datum sit ei de cælo. Ezechias est felix in gubernatione, quia à Deo adiuuatur. Achas non est felix, quia non adiuuatur à Deo. Antonius vult sola dominari, sed non erat ei datum de cælo, sed dabatur Augustus. Hæc dicta non tollunt libertatem voluntatis, quod ad electionem attinet in his quæ præuisa sunt: Sed loquuntur de objectis extra nos, & de euentibus, ad quos concurrunt aliæ plures causæ, præter nostram voluntatem, ut sola Pompeij voluntas non potest esse causa victorie.

QUANTUM igitur est aliqua libertas in electione, tantum interim & hæc impedimenta consideremus, ut discamus deponere

induciam, & petere auxilium à Deo. Valde multa accidunt hominibus inextricabilia humanis consilijs. De his discamus precationem prophetar. 2. Paralip. 20. Cum ignoramus quid faciendum sit, oculi nostri ad te Domine respiciunt. Et Christus ideo inquit: Non relinquit vos orphanos. Item: Dabo vobis Spiritum paracletum, &c. Item: Deus, & inextricabilia expedit, & sanat errata, sicut inquit Filiius: Prope est Dominus inuocantibus eum in veritate. Item: Alatur Dominus omnes qui corruunt. Item: Commenda Domino viam tuam, & ipse faciet.

Et Paulus inquit: Deus qui efficit vobis vias, efficiat etiam vt perficiatis, vt ipsi grata fiant. Hæc admonitio & consolatio semper animis inculcanda est: Es magistratus, gubernas Ecclesiam, aut iuuentutem, aut familiam, præuidebis quædam, & hæc recte administrabis mediocri diligentia, sed scito, in eo ipso successus bonos secuturos esse, si te Deus adiuuet, vt dicitur: Nisi Dominus ædificauerit domum, &c. Præter hæc etiam multa pericula accidunt improuisa, quæ non poteris discutere, hæc à Deo discere petas. Incident & errata quædam, hæc sanari petas, vt mirando modo correxit Deus erratum Ionæ. Hæc impedimenta libertatis quotidie experimur.

Sed ideo de hac quæstione confusora sunt iudicia, quia homines magna ex parte tanquam ebrijs, sine disciplina, sine diligētia, sine vllis exercitijs fidei & inuocationis viuunt. Tales quomodo possunt discernere gradus actionum, aut discrimina virtutum? PAVLI est, ne accersat sciens corruptelas doctrinæ per ambitionem, vel auaritiam. Hæc aliquo modo sunt in potentate eius. Sed vt sit vocatio felix & efficax, solius Dei donum est. Est hoc Dei donum, ne ignarus vel errore implicetur corruptelis doctrinæ, aut alijs vitijs, ideo magna cura orat, se à Deo regi & iuuari.

Nunc dicam de dicto Ecclesiastici, Deus reliquit hominem in manu consilij sui. Amplissima laus est, si cum aliqua moderatione inuigiletur. Certe nunc in hac naturæ infirmitate multa sunt impedimenta libertatis.

PRIMUM naturæ corruptio, propter quam uocatio de Deo in mentibus nostris obscura est, & voluntas & cor à Deo aberrant, nec habent acrem sensum timoris Dei, nec ardent fiduciam & dilectionem Dei, & rapiuntur multis vitiosis motibus.

SECUNDUM impedimentum est Diabolus, qui horribili odio Christi optinet occasiones, quibus implicat homines varijs laqueis & peccatis, & admittas flammæ cupiditatum auget, vt in Cain, Saule, Iuda, & alijs.

TERTIUM impedimentum est in hac vitæ confusione motus ipsa negotiorum & periculorum, in quibus quotidie multa improuisa & inextricabilia præter opinionem hominum offeruntur, vt David non præuidit seditionem filij. Et vulgo dicitur: Nescis quid vespere serus vehat.

Cum igitur tanta sint impedimenta libertatis in hac corrupte naturæ, illa gloriola oratio: Deus reliquit hominem in manu consilij sui, non est sine aliqua interpretatione accipienda. Verum quidem hæc laus libertatis de integra natura. Tunc fuisset homo in manu consilij sui, id est, non fuisset impedita libertas, nec natura tenebris & prauitate, nec à Diabolo, nec à negotiorum fluctibus, sed electio & facultas recte agendi fuisset liberrima. Nunc vero hæc imbecillitate interiores motus congruentes legi Dei, non accipiuntur sine Spiritu sancto. Imo etiam exterior disciplina sapere debet, ut supra dictum est. Quare si quis contendit dictum Ecclesiæ de præsentij natura accipiendum esse, necesse erit addi magnum restrictionem, videlicet, Deus reliquit hominem in manu consilij sui, scilicet, ut per sese ruere possit ad malum, & adiutus à Spiritu sancto recte facere possit. Nam & tunc voluntas non est otiosa, nec habet se ut statua, ut Ioseph experitur, qui ipse luctatur secum, nec impeditur ei motus spiritualis ut statua. Fit autem voluntas, adiuuatur Spiritu sancto, magis libera, id est, circumspicit & constantius regens, & ardentius inuocans Deum.

POSTREMO hic notanda sunt duo dicta Hieronymi, quæ sæpe citantur, & indigent interpretatione. Alterum est: Anathema sit, si quis dixerit Deum impossibilia præcepisse. Quæcumque fuit occasio huius dicti, certe illi qui citant & inculcant, ostendunt se non cogitare causas, sed Dei lata sit. Politica sapientia iudicat, leges ferri tantum modo ut fiant. At lex Dei lata est præcipue ob hanc causam, ut exerceatur Dei aduersus peccatum, Deus vult conspici iram suam, & vix Legis ostendit nobis peccata nostra. Iustum erat, diligere Deum in toto corde: Quia igitur tales non sumus, iudicat & accusat nos lex & iram nobis denuntiat. Altera deinde causa est, ut incoerentur Lex Dei in his, qui iam agnoscunt mediatorem, & reconciliati sunt, & in hac incoerentia, adiuuantur Deo.

ITAQUE cum audis hanc vocem, Lex est impossibilis, non consulenda est politica sapientia, nec cogitandum de disciplina externa, sed negat Paulus tolli iram Dei per Legem, negat & Legi satisfieri in hac imbecillitate naturæ. Ita Rom. 7. Non iustificabitur ex operibus legis omnis caro. Hic iustificari opera. Est ergo quod ad illa externa opera attinet, lex possibilis, sed negat propter hæc opera hominem iustum esse, aut Legis satisfactum esse. Non enim auferunt peccatum & iram Dei, vel tenentur in mente, & auersionem à Deo in voluntate & corde. Et si igitur offenduntur viri politici, cum Lex Dei dicitur impossibilis, quæ id dictum verum est de hac corrupta natura, & necesse est dicere Ecclesiæ, ut discrimen legis Dei, quæ iudicat interiora peccata, & legum humanarum, quæ tantum loquuntur de externa disciplina,

estimatur. Item, ut magnitudo beneficiorum Christi agnoscat, tollit peccatum, quia lex non tollit, Ideo est mediator, ut propitius sumus iusti: Quia Lex non sumus iusti. Ideo donat nobis Spiritum sanctum, ut in tanta infirmitate tamen incoeretur Lex, & fiat gratia salutaria nobis & alijs, & reprimatur Diabolus insidians uni generi humano.

Nunc & alterum dictum consideretur: *Lex non tollit peccatum*. si quis dicit, Legem posse fieri sine gratia. Breuitas huius dicti etiam postulat explanationem. Nam gratia non tantum intelligitur de auxilio Spiritus sancti, sed utrumque complectamur, gratuitam imputationem, quae fit propter Christum, & auxilium Spiritus sancti. Primum enim oportet operibus praeferre agnitionem Christi, & fidem in Christum.

Si ergo primum intelligatur gratia. Lex Dei fit per gratiam, id est: Quia fide propter Christum recepti sumus, & facti membra Christi, certo iam placemus Deo, perinde ac si Legem accepisset. Hæc est ingens bonitas, ita sepeliri peccatum, & non indignos recipi.

Deinde intelligatur gratia etiam de auxilio, quo multipliciter opus est. Mentis sunt accendenda luce vera, & remouenda in verbo Dei. Mores fidei in corde excitandi sunt, motus etiam mentes sunt, ut suscipiant salutaria nobis & alijs, ut David mouebatur ad exitiosa, cum suo aliquo humano consilio cogitasset de numerando populo. Semper igitur petamus, ut & Deo placeamus, & utilia nobis & Ecclesiae faciamus. Ac neutrum fieri potest, nisi Deo adiuvante & gubernante. Certum est autem, velle cum nobis esse, & operi ferre, cum petimus, ut Christus clare inquit: Quanto magis Pater vester celestis dabit Spiritum sanctum petentibus?

Hæc si in vita experiremur, multo clarius intelligi doctrina posset. Sed quia pauci petunt auxilium, imo quadam desperatione negantes Deum, quarunt humana consilia: ideo non perueniunt ad agnitionem harum promissionum & beneficiorum Christi. Quare hæc rogationem & dispendium excutimus, & agnoscentes magnitudinem nostrarum miseriarum & periculorum, excitemus nos ad veram invocationem. In hac sentiemus promissiones Dei veras esse, sicut dicitur: Petite & accipietis. Item: Prope est Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.

Ut autem iam in dicto Hieronymo complexi sumus, Lex fit per gratiam, id est, imputatione propter Christum, & auxilio Spiritus sancti. (Nam etiam cum incoeretur est obedientia, tamen adhuc procul absumus à perfectione legis, sed placemus propter Christum.) Ita utrumque complectamur in hoc dicto: Lex per fidem stabilitur. Primum imputatione: Quia propter Christum accipimus reconciliationem, sine qua lex tantum non est damnationis. Deinde, quia fide accipitur Spiritus sanctus, & operatur & placet obedientia propter Christum.

ET si omnes gentes vident horrendam confusionem, viam & calamitates tristissimas generis humani, ac sentiunt onus peccati, tamen sola Ecclesia Dei docet, & vnde sit, & quid sit peccatum, audit verbum Dei de ira diuina, & de penis presentibus & æternis. Et quanquam sapientia humana docet regere mores, improbitatem facta contra rationem, tamen non agnoscat hoc quod est proprium peccati ratione, videlicet, reatum coram Deo, seu iram Dei. Vnde Alexander se turpiter fecisse, cum interfecit Clitum, & dolet propterea, quod contra naturam iudicium fecit, sed non dolet quod Deum offenderit, non dolet se reum esse coram Deo. Sed Ecclesia docet iram Dei, & docet, longe maius malum esse peccatum, quam humana ratio. Nec arguit Ecclesia tantum externas actiones, peccantes cum lege Dei, aut ratione, sicut Philosophia, sed arguit rationem & fructus, interiorum caliginem mentis, dubitationes de voluntate Dei, auersionem voluntatis humanæ à Deo, & contumaciam contra legem Dei. Arguit & ignorationem & contemptum filij Dei. Hæc sunt tristitia & atrocia mala, quorum magnitudo enarrari non potest. Ideo Christus inquit: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, eo quod non credunt in me, & de iusticia, eo quod videri aliter, & de iudicio, eo quod princeps mundi iam iudicatus est.

HÆC est concio prorsus aliena à politicis iudicijs. Ideo argui mundum à Spiritu sancto, voce Euangelij, non humanis & civilibus iudicijs, & argui de hoc peccato, videlicet de contemptu filij Dei, quod Euangelium & beneficia Christi aspernentur homines, nec cedant ad Deum fiducia filij Dei, sed maneant in perpetuis dubitationibus, & fugiant Deum, aut fingant cultus & idola horribili audacia.

DE I N D E inquit: Etiam arguet mundum de iusticia. Non sapientes putant iusticiam esse, qualemcumque disciplinam, seu obedientiam vniuersalem, ut vocant, iuxta leges. Sed longe aliam iusticiam affert Euangelium. Nam disciplina illa humana nec peccatum & mortem tollit, sed iusticia coram Deo, qua Deus nos reputat iustos, & hæredes vitæ æternæ, abolet peccatum & mortem. Inquit: Hæc est meus transitus ad Patrem, id est, mea pro vobis interlatio & satisfactio, & transitus ad regnum, in quo pro vobis sum perpetuus mediator, sanctifico & viuifico vos ad vitam æternam, & abolet peccatum & mortem. Hic transitus ad Patrem, & hoc regnum Christus iustificat nos. **T**ERTIO addit, De iudicio. Mundus hunc movit & mouebit ingentia certamina contra hanc doctrinam, & damnauit & damnabit Filium Dei, & Diabolus incitat sua opera.

Altera iudicia & crudelitatem, sicut hæreses, blasphemia, & sacrilegia omnium temporum ostendunt. Sed hi furores Diaboli non debent Ecclesiam. Semper enim confirmabit Spiritus sanctus Ecclesiam, ut opponat se impijs iudicijs, & vincit Ecclesia tandem, quia Diabolus condemnatus est. Quare eius iudicia & furores Deus confundit.

Cum igitur Spiritus sanctus, voce ministerij Euangelici aperit mundum, & ostendit unde & quid sit peccatum, & quantum malum sit, necesse est audire Spiritum sanctum docentem, nec intelligi beneficia Christi possunt, si ignoretur quid sit peccatum. Imo propter hanc ipsam causam Deus & voce ministerij & ingentibus calamitatibus concionatur Ecclesie, ut agnoscamus iram aduersus peccatum, & co-fugiamus ad filium Mediatorem. Et Christus doctrinam in Ecclesia ita comprehendit: Ite prædicantes penitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo. Complectitur autem agnitionem peccati id est, pauores qui existunt agnita ira Dei aduersus peccatum. Et Paulus in epist. ad Romanos præcipue hoc agit, ut hoc tres locos declaret, quid sit peccatum, quid Lex efficiat, quid gratia Christi sit & efficiat. Sciamus igitur doctrinam horum locorum oportere perspicuam, sinceram & explicatam in Ecclesia extare.

VITATUM est autem in docendo à definitionibus ordiri, quare & peccati definitio primum constituenda erat. Sed video scriptores, qui ediderunt quæstiones in Longobardum, non tradidisse rem communem definitionem, conuenientem peccato, originis & peccato actuali, fortassis quia ita cogitarunt, non posse tradi communem definitionem: Quia peccatum actuale facit reos propter nostrum factum, at originale reos tenet tum propter alienum lapsum, tum propter nostram immundiciem, quæ nascitur nobiscum.

DEINDE fingunt ipsi & hoc, Legem Dei tantum actualia peccata damnare, quod falsum esse constat ex septimo capite ad Rom.

NO MINUS ratio in Scripturis manifesta est, peccatum proprie significare quiddam reum ac damnatum à Deo, nisi fiat remissio.

Hæc generalis descriptio conuenit peccato originis & actuali. Sed quia tantum fit mentio relationis, scilicet reatus, quærit mens etiam propter quod homo reus est. Ideo hæc definitione vtor, & optarentur aliquam in Ecclesia, multorum doctorum & pijs iudicijs

compositam: Peccatum est defectus, vel inclinatio, vel actio pugnans cum lege Dei, offendens Deum, damnata à Deo, & faciens reos æternæ iræ, & æternarum pœnarum, nisi sit facta remissio. In hæc definitione genera sunt, defectus & inclinatio, quæ congruunt ad malum originis. Actio comprehendit omnia actualia, interiora & exteriora.

DIFFERENTIA communis est, pugnans cum lege Dei. Lex non tantum concionatur de actionibus, vt dicunt aduersarij,

sarij, sed etiam damnat tenebras, defectus, & prauas inclinationes in natura hominis, vt Rom. 7. Paulus acerrime contendit. Deinde addita sunt propria, damnata à Deo, offendens Deum, & faciens reos iuxta & pœnarum, &c. Hanc proprietatē Ecclesia præcipue incultat. Nam ratio intelligit vitia contra legem Dei esse, sed iram Dei postea intelligit. Præcipua igitur hæc proprietates consideranda est, quoties conatur peccatum, vt sciamus intelligi quiddam reum & damnatum à Deo.

SYMTA est autem hæc definitio ex his verbis: Maledictum non manet in omnibus, quæ scripta sunt in Lege. Peccatum dicitur inobediētiam maledictam à Deo. Et intelligatur inobediētiam in actu actualis, sed vniuersa quæ est in natura hominis aduersus legem. Est autem atrox additio, dici maledictum à Deo, id est, quiddam quod Deus iratus reijcit, & propter quod creaturam abiecit in horribiles pœnas. Congruunt etiam cum hac definitione verba Pauli Rom. 9. Reuelatur ira Dei de cælo super omnem impietatem, &c. Et Rom. 1. inquit Paulus: Per legem peccatum fit excellenter peccatum, scilicet, Lex monstrat iram Dei, quæ agnita, intelligimus nostram immunitatem non esse leue malum, sed esse quiddam reum, damnatum, maledictum à Deo, quod comitantur horribiles pœnæ. Quoties ergo nominatur peccatum, discernatur hæc appellatio in Ecclesia, à prophetica appellacione vitij: Nam Ecclesia conacionatur de iudicio, à ira Dei.

Si quis imaginatur peccatum originis tantum esse reum propter lapsum Adæ, sine prauitate in nobis, errat. Si quis autem contendit, nascentes esse reos & propter Adæ lapsum, & propter prauitatem nobiscum nascentem, non impedio, quo minus ad hæc particulam definitioni, quod peccatum fit reum reatus propter Adæ lapsum, tum defectus vel inclinatio, vel actio pugnans cum lege Dei, &c. Sed nolo tenuissime omnia limare. Hoc constat, propter Adæ lapsum posteritati deesse eam lucem, quæ fuisse in natura imærgit, & rectitudinem voluntatis & cordis, ac propter hæc mala nascentes esse reos, non dubium est.

CONSTITUTA autem de definitione peccati in genere, deinde de speciebus dicatur de originali, & alicui, nec seramus λογισμῶν & cauillationes verborum, sed res necessarias in Prophetica & Apostolica scriptura, & testimonij scriptorum veterum traditas retineamus, quas si alij melius explicant, libenter ipsorum sermone vtamur. Non enim de verbis pugnamus, sed res necessarias exponimus. Mihi non displicet retinere helmi descriptionem.

DE PECCATO ORIGINIS

PECCATVM originis est carentia iusticiæ originalis, dicitur esse. Sed hæc descriptio breuis & obscura, indiget longioribus

Neceſſe eſt enim quæri quid ſignificet iuſticia originalis: ſed hanc declarationem nec eſſe eſt: Iuſticia originalis fuit ac-
tio humani generis coram Deo, & in ipſa natura hominum lux
quæ firmiter aſſentiri verbo Dei poterat, & conuerſio volun-
tatis ad Deum, & obediencia cordis congruens cum iudicio Legis
quæ menti inſita erat.

Hæc omnia complexam eſſe iu-
ſticiam originis, intelligi poteſt ex hoc dicto: Homo conditus eſt ad
imaginem & ſimilitudinem Dei, quod interpretatur Paulus, ac do-
ctum imaginem Dei eſſe mentem agnoſcentem Deum, & voluntatem
liberam, iuſtam, & congruentem cum Lege Dei, ſicut Ephel. 4. dicitur.
Conditus homo in iuſticia & ſanctitate vera. Veram ſanctitatem
vocat omnes virtutes, vero corde relatas ad hunc finem, vt Deo obce-
dientia præſtaretur, vt Deus diligeretur & celebraretur. Poſtquam
igitur conſtitutum eſt, quid ſignificet iuſticia originalis, deinde oppo-
ſita priuatio vtunq; declarari poteſt.

PECCATVM originis
eſt carencia iuſticiæ originalis, id eſt, eſt in natis ex virili ſemine
auctio lucis in mente, & auerſio voluntatis à Deo, & contumacia
cordis, ne poſſint vere obedire Legi Dei, ſecuta lapſum Adæ, pro-
pter quæ corruptionem nati ſunt rei & filij iræ, id eſt, damnati à
Deo, niſi fuerit facta remiſſio. Si quis vult addere, natos etiam pro-
pter lapſum Adæ reos eſſe, non impedio. Reuera autem perpetua Ec-
cleſia ſententia eſt, Prophetarum, Apoſtolorum, & ſcriptorum vete-
rum, Peccatum originis non tantum eſſe imputationem, ſed in ipſa
hominum natura caliginem & prauitatem, vt dixi. Idq; copioſius de-
clarabo in testimonijs, & congruent Auguſtini, Hugonis, & Bona-
uente dicta ad hanc ſententiam, etiamſi alij recentiores magis
proprietati, nonnihil diſceſſerunt à veteri ſententia, & inextricabiles
circulationes ſinexerunt. Sed Hugo præclare dicit: Peccatum originis
eſt ignorantiam in mente, & inobedienciam in voluntate.

TESTIMONIA.

POSTquam tradita eſt definitio, testimonia addamus, quæ
firmant, omnes homines naſcentes ex virili ſemine afferre ſecum
peccatum, vt ſeiant hanc doctrinam non ex diſputationibus recen-
tium ſcriptorum natam eſſe, ſed vere traditam à Spiritu ſancto, per
Prophetas & Apoſtolos.

ESTQUE proprius locus huius do-
ctrinæ in 5. Cap. ad Romanos: Vnius delicto omnes mortui ſunt, et
quod alij ſunt rei propter Adæ lapſum. Et ne intelligatur ceteros reos
tantum eſſe ſine aliqua propagatione corruptionis, addit: Moſ per-
tinet in omnes, quia omnes peccauerunt. Hebraica phraſis eſt Pecca-
uerunt, id eſt, rei ſunt, & habent peccatum, rem malam & damnatam.
Et tantum a ſualia delicta eſſent peccata, vnusquifq; tantum reus
ſuis

esset sui facti. Nunc cum clare dicat, nos reos esse propter Adæ delictum, testatur aliud quoddam in natura peccatum esse, præter actualia delicta. Et ne id peccatum intelligatur tantum imputatio seu reatus, verborum pondera observanda sunt. Omnes peccaverunt, id est, in omnes propagatum est malum, quod est peccatum.

I T E M : Peccatum regnavit, Mors regnavit, id est, homines oppressi sunt ira Dei, sunt sine luce diuina, & ruunt in horribiliterres & æternum exitium. Sicut Roman. 3. dicitur: Omnes sunt gloria Dei, id est, ea gloria, quam Deus iudicat esse gloriam, hanc vivificat.

S E D multo clarius ex 7. & 8. Cap. ad Roman. videmus, Peccatum originis non tantum esse imputationem seu sententiam, qua ad mortem obligati sumus, sed etiam in ipsa natura hominis propagatum malum. Roman. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Vocat enim legem membrorum quiddam in nobis repugnans Legi Dei, videlicet defectus & pravas inclinationes.

E T Roman. 8. Sensus carnis inimicitia est adversus Deum. Nam Legi Dei non subijcitur, nec subijci potest. Hæc est tristis & horribilis descriptio generis humani. Nam verba clare ostendunt, non dici de actuali malo tantum, sed etiam de malo hærente in ipsa natura, quod vocat inimicitiam adversus Deum. Quid atrocius dici potest, quam naturam hominis inimicam esse Deo? hoc est, circumferre secum assidue caliginem & dubitationes de Deo, securitatem negligentem Deum, dissidentiam fugientem Deum, & multiplicem contumaciam. Hæc arcana mala non intelligunt securi & prophani, sed Ecclesia in contritione aliquo modo cognoscit.

E P H E S. 2. Erasmus natura filij iræ, sicut & carnis. Hebraica phrasis est, Filij iræ, id est, rei seu damnati. Afirmat ergo & posteros Abraham, & cæteros homines damnatos esse, non tantum propter actualia delicta, sed etiam propter naturæ malum, quod et ipsa propagatione nobis suum afferimus, non accersimus exemplo. Et quale sit hoc naturæ malum, declarant sententiæ, quas citavi ex 7. & 8. Capite.

I O H A N. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnum Dei. Cum necessaria sit regeneratio, manifestum est, veterem naturam ream & immundam esse.

A D D A N T U R & Prophetarum dicta, Psalm. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Deplorat enim non matris peccatum, sed suum. Ego ita conceptus sum, ut statim cum formarer, in mea massa, ac in me ipso fuerit peccatum, id est, non reatus tantum, sed mecum nascens averfus à Deo, prava inclinatio. Testatur ergo, in hominibus peccatum esse, quod nascens secum afferunt. **G E N E S. 8.** Cogitatio humani cordis mala est à pueritia. Afirmat non tantum consuetudine accendit.

sed in ipso corde prauitatem esse hærentem in pueris iam natiuam. Nam verba sunt magis illustria in Hebraica lectione. Opium humani cordis, seu $\omega\lambda\acute{\alpha}\sigma\mu\alpha$, seu fabricatio, est mala, id est, ipsa ipsa cordis corrupta, aut certe omnes motus, seu impetus, seu passiones in corde sunt res malæ, id est, auersæ à Deo. Sic & Psalmus peccata iuuentutis vocat totam illam molem, quam pueri natiuitate afferimus, caliginem in mente, auersionem à Deo in voluntate, & contumaciam cordis. IEREM. 17. Peruersum est humanum cor super omnia, & miserum, & inderutabile, id est, auersum à Deo, & plenum dolorum, qui inde oriuntur, quod humanæ mentes ignorat & fugiunt Deum: quæ mala quanta sint, nemo satis intelligit.

Hæc dicta ostendunt, congruere Prophetarum & Apostolorum dicta. Sed breuitas quasi præteruolat aures hominum, præsertim cum in hac caligine nostrâ & securitate, non videamus magnitudinem nostræ miseræ. Homines otiosi, ebrii voluptatibus, aut elati gloria, leuiter corant iram Dei, & sibi ipsi blandientes, extenuant hæc mala, Dubitationes de Deo, neglectiorem Dei, fiduciam suæ sapientiæ ac potentie, superbiam, ambitionem, & alias flammæ cupiditarum. Ideo hæc breues conciones parum mouent animos, quæ tamen ueritatem doctrinam de peccato, & de causis humanarum calamitatum continent. Nam uetus docendi consuetudo fuit, talibus breuibus sententijs, tanquam gnomis includere insignes articulos doctrinæ, quæ Ecclesiæ ministerio Euangelij euoluere & explicare debet, ut aliquo modo ostendat amplitudinem rerum, quæ in eis continentur. Sicut breue dictum est: Semen mulieris conculcabit caput serpentis, sed Ecclesiæ explicans, uideat aliquo modo, quantas res contineat: ita de hoc articulo, de peccato, & de causis calamitatum humanarum, traditæ sunt multe breues $\gamma\upsilon\omega\mu\alpha$, quæ summam eruditissime complexæ sunt, in quibus uerborum proprietas & pondera diligenter considerentur.

EXPENDERE quæso, quam apte congruant Ieremias & Pauli dicta. Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum, nam legi Dei non subditur, nec potest subdi. Plana & perspicua sententia est, quæ affirmat in homine esse, & in hac mortali uita manere quiddam negligens, aut fugiens Deum, & irascens ei, & quod uicissim Deus improbat, ac declaratio addita est. Hæc infirma natura, inquit, non potest subijci legi Dei, nunquam ei satisfacit, semper languet dubitose, securitate, dissidentia, & varijs flammis cupiditarum. Quid potest autem tristius dici, quam in homine esse inimicitiam aduersus Deum? Sed hanc sepelire in credentibus Mediator Dominus noster Iesus Christus, ut suo loco dicetur. Non potest uerbis explicari amplitudo dicti Paulini. Sed cogitatio immoretur, & nos ipsos intueamur,

b

mur,

natur, agnoscamus & deplemimus nostras sordes, & queramus Evangelium de Mediatore. **N**unc conferas dictum Ieremias: Peruersum est cor hominis super omnia, & miserum, & inscrutabile. Primum nominatur peruersum, id est, auersum à Deo. Hoc prorsus cum Paulo congruit, qui ait, cor esse inimicum Deo. Nam auersum esse, et non regi luce Dei, vexari dubitationibus, non agnoscere iram & misericordiam, non habere timorem Dei, fiduciam & dilectionem, amari, delectari & confidere nostra sapientia, fingere opiniones de Deo, habere impetus vagos, aberrantes à Lege Dei, ambitionem, cupiditatem vindictæ, & alias flammæ. Deinde defectuum pœnæ defertur, cum ait: Miserum, seu plenum dolorum. Cor spoliatum sui & consolatione Dei opprimitur doloribus, desperatione, moestitia æterna: In his pœnis implicita sunt multa horribilia peccata, & tantum est mali, ut à nobis aut alijs creaturis non satis intelligi magnum possit. **E**adem est sententia dicti: Ego dixi in exultatione mea, est, in consternatione seu pauore meo, Omnis homo mendax est, cum territus sum agnitione mearum sordium, & ira Dei, agnosco omnes homines esse mendaces, id est, non recte de Deo sentire, dubitare de Deo, nec iram satis metuere, nec satis confidere misericordiam.

Recensentur testimonia, & breues explicationes artigi, ut commonefacerem lectorem, ne eludi ea propter breuitatem sinat, sed retineat simplicem & natiuam sententiam aduersus Pelagianos, & multos alios leues spiritus. Pelagiani vniuersam doctrinam de peccato originis negant, nomine etiam sublato. Recentes ut Occam & multi alij, nomē retinent peccati originis, sed rem extenuant. Negant illa mala esse res pugnantem cum Lege Dei, caliginem in mente, concupiscentiam in voluntate & corde, quæ vocatur concupiscentia. Sed aperte refutantur Pauli testimonio Rom. 7. & 8. ut infra rursus dicam. Ipsi hæc mala tantum pœnas vocant peccati originis, cum simul fiat pœnæ primi lapsus, & peccati in singulis nascentibus. Ut igitur pœnæ magis fiat perspicua, causas & effectus recitabo. **C**ausas efficiences primum lapsum sunt, Diabolus, & voluntas Adæ & Eas, assentiens Diabolo, ac auertens se sua libertate à mandato Dei.

Dicuntur autem & efficiences causæ, quæ merentur illi quid. Sic Adam & Eua sunt causæ efficiences, qui sibi & posteritati sunt reatum, & hos ipsos defectus seu prauitatem, quæ lapsum subeunt, excussa luce Dei. Postquam enim primi parentes delinquerunt, amiserunt firmam illam noticiam Dei, quæ mentibus insinuerat, & rectitudinem voluntatis, & convenientiam cordis cum Lege Dei. Et quales ipsi post lapsum erant, tales procreauerunt. **E**st peccatum originis? In anima & in potentijs sentientibus, & in totum organis. Quia in mente est caligo, in voluntate auersio à Deo.

inordinatus & multiplex prava inclinatio, & in corde cō-
traria contra rectum iudicium mentis. Ita loco morbi, vt sic dicam,
obiecto monstrato, quod vocant materiam in qua, propius aspici
potest.

DE formali, eruditus facile est iudicium, etsi in-
diti varie de hac quæstione tumultuantur. Non volo autem serere
quæ quæ in Ecclesia, sed plane & sine sophistica, & sine perplexi-
tate exponam veram sententiam. Recte cruditi sciunt vniuersaliter
formale peccati esse reatum, seu condemnationem personæ quæ est
viti. Sed hæc relatio alicui malo accidit. Querendum est ergo funda-
mentum proximum huius relationis, seu vt vocant, materiale pro-
pinquum. Est autem fundamentum huius reatus, ipsum in homine vi-
tium nobiscum nascens, quod vocant vel defectus vel prauas inclina-
tiones, vel concupiscentiam. Nam his appellationibus omnibus ead-
em mala significantur, seu potius magna confusio malorum. Intelli-
gendum est enim concupiscentia non de appetitionibus in natura con-
ditis, sed de ἀταξία omnium appetitionum. In his vitijis scit Diale-
cticus suum quoddam formale esse, proprium vitij, scilicet defectum
rectitudinis aberrantem à Lege Dei, seu ἀταξίαν.

IGNORA-
tionem Dei, dubitationes, esse sine timore Dei, sine dilectione, mani-
festum est defectus esse. Est & defectus ἀταξία in amore nostri, quod
videlicet conturbato ordine Saul magis amat sese quam Deum. Sic
de alijs prauis inclinationibus iudicetur. Hanc ἀταξίαν omnium
appetitionum scriptores vocarunt concupiscentiam.

EST QVÆ
videlicet discernenda ἀταξία ab ipsis appetitionibus, quales à Deo
conditæ sunt, vt infra copiosius dicam. Cum igitur queritur, quod sit
formale peccati originis, recte respondetur, reatus. Deinde vero quæ-
ritur est fundamentum huius relationis. Id vero est, vt dixi, ipsum
viti nobiscum nascens, quod est malum pugnans cum lege Dei,
quod cum sit magna confusio malorum, perinde ac si quis dicat mul-
tos morbos simul esse, facile intelligi potest, formale harum confusio-
nis esse defectus. Insuper autem accedit reatus, cum peccatum non
remissum. Sed cum remissum est, manet tamen in hac vita adhuc
viti illa magna ex parte, manent igitur defectus, qui sunt eius
confusionis formalia.

HÆC plana sunt, & nihil continent per-
plexitatis. Monachi inerudite omiserunt reatum, & dixerunt forma-
le peccati esse defectum, & hunc tolli in renatis, ac manere materiale
quod intelligebant appetitiones ipsas conditas à Deo, quæ sunt res
bonæ. Sed quid dicerent, non intellexerunt. Cum enim morbi mane-
re scilicet dubitationis, negligentia, contumacia, facile intelligi
potest, defectus manere. Nam illa nomina morborum qui manent, si-
gnificant defectus.

INCIPIT Spiritus sanctus sanare naturam, sed non subito totus morbus tollitur. Vt Samaritanus in Cap. 10. Lucæ, sanctum non subito curat, sed primum vulneribus vinum infundit, vt cruorem abluat, deinde infundit balsamum, vt mitiget dolorem, & glutinatur vulnus incipiat, postea obligato vulnere, agrum imponit iumentis, & curari eum deinceps in diuersorio mandat: Ita Christus nos sanatori imponit, quia peccatorum nostrorum pœnas sustinuit, & vulneribus nostris infundens Euangelium, deinde ea obligat, regni admittit peccata nostra. Sed morbos tamen adhuc in Ecclesia curari assiduis exercitijs crucis & inuocationis. Hæc imago obstat, in remissione peccati originis, tolli reatum, sed non subito sanari vulnera. Vt autem vulneris formale est partium laceratio, quæ debant esse continuæ: ita & in hac prauitate mentis, voluntatis, & cordis lacerationes quædam sunt, vt ita dicam, profecto tristes & sanæ, quarum formalia Dialecticus satis intelligit esse defectus, seu præteritos, seu *signæ*, videlicet *ærafæ*, aberrantes à Legge Dei.

De finali causa hoc loco cum dicitur, pœnæ referendæ sunt, & effectus. Pœnæ peccati originis sunt, mors corporis, & aliæ ingratæ calamitates, quæ ex humana ignorantia, & omnium virum fragilitate oriuntur. Item ira Dei & æterna damnatio. Sicut Paulus inquit: Eramus natura filij iræ. I T E M tyrannis Diaboli, qui imbecilles naturas horribiliter impellit, vt ex alijs malis in alia ruat, vt Oedipus ignarus fit interfector patris, postea ignarus ducit matrem uxorem. Hinc nati filij de regno dimicant, & mutuis vulneribus interficiuntur: Pater effossis oculis pellitur vrbe, & postea aboletur hiatus terræ. Tam terra accidit homini, cum non defenditur ab uersus grassantem Diabolum. Nec quisquam est hominum, qui non aliquem insignem & dirum morsum Diaboli sentiat, vnde descendit hæc sententia: Serpens insidiabitur calcaneo eius. Sed rursus discimus promissionem: Conteri caput serpentis à Domino nostro Iesu Christo. S V N T pœnæ primi lapsus, multiplex ignorantia humana, & hæc contumacia appetitionum, quam vocant concupiscentiam. Sed hæc simul & pœna est primi lapsus, & in nascensibus peccatum ipsum, id est, quiddam reum & damnatum à Deo. Nec vobis hanc inclinationem prauam, quam vocant fomitem, tantum pœnam Monachi esse dixerunt. Hæc recitatio causarum & effectuum fluctuosos adiuuabit, vt sine perplexitate doctrinam Ecclesiæ de peccato originis intelligant. N V N C admonendus est lector de quibusdam dictis: Nihil est peccatum, nisi sit voluntarium. Hæc sententia diuinitibus delictis tradita est. Nam iudicio forensi puniuntur tantum voluntaria delicta, vt fortuita cædes non puniuntur à prætoribus. Sed transferendum est hoc dictum ad doctrinam Euangelij de peccato.

officium Dei. **AVGVSTINVS** argute inquit, & peccatum voluntarium esse, quia eo delectamur. Sed hæc interpretatio longe recedit ab illa prætoris sententia. Dexterius est non deesse incompete politicas sententias & Evangelium. Satis est præ hoc respondere, sententiam illam loqui de forensi iudicio.

STATVR & hoc dictum: Naturam bonam esse. Id verum est, quantum reliquum est opus Dei. Sed natura hominis horribiliter iusta & contaminata est. Sicut pingit imago vulnerati, **Lucæ 10.** Spoliati sumus donis naturæ integræ, id est, firma Dei noticia, sapientia, iusticia, & insuper hæc reliqua natura vulnerata est, scilicet, prava concupiscentia, morte, & varijs malis animæ & corporis.

DISCERNANTVR autem ea quæ sunt opera Dei reliqua in homine, à per se vitiosis, ut noticia numerorum est res bona, quia à Deo insita est homini. Sic sentiendum est de omnibus veris officijs, suo ordine. Est igitur res bona, & noticia Legis naturæ. Est enim post lapsum Adæ cæpit esse obscurior, & assensio conturbatur distractionibus, tamen quantum eius lucis reliquum est, res bona est, & Dei opus. Artes igitur & leges veræ inde extractæ, res bonæ sunt.

De interim accedunt multæ dubitationes, an Deus curet nos, an puniat, an exadiat, an velit opitulari, recipere nos, dare nobis æternam gloriam, &c. Hæ dubitationes sunt per se vitiosæ, quia sunt mala pugnantia cum Lege Dei.

SIC duplices sunt affectus, Alij præcepti Lege Dei, ut amor sobolis, coniugum, parentum: Alij prohibiti Lege Dei, ut contemptus Dei, fremitus aduersus Deum, inuidia, amor coniugem alterius.

ETSIAm in hac corruptione natura etiam affectus præcepti Lege Dei contaminantur, & sunt per accidens vitiosi, quia non reguntur dilectione Dei, sicut sæpe propter liberos delinquent homines aduersus Deum, tamè ipsa φιλοσοφία à Deo mandata est, & manere in renatis, & purior fieri debet. Abraham videnter amat filios Ismaël & Isaac, sed tamen antefert mandatum Dei.

NON igitur imaginandum est, ex homine omnes affectus tollendos, aut omnes eodem modo damnatos esse, ut fanatici Antipriscæ iactant Stoicam & πᾶσα. Imo nulla est vita sine moline appetitione, sine aliquibus affectibus, & Lex Dei præcipit de vitiosis: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Dilige proximum sicut teipsum. Et Roma. 1. Inter atrociora crimina recensetur ἄσος γία.

FVissent igitur in natura integræ affectus, sed ordinati & puri, Amor Dei, parentum, sobolis, coniugum, fratrum, & aliorum hominum, læticia in agnitione Dei, & suo ordine in vni creaturarum, odium aduersus Diabolum, & erit in vita æterna læticia ingens in contuitu Dei, & amor Dei, & omnium celestium.

Ita fuerunt in Christo veri affectus, sed ordinati & puri, amor Dei, amor matris, discipulorum, amicorum, lætitia, dolor, ira, ut Maria dicitur: Circumspexit iratus. Et de misericordia significanter dicitur, viscera Christi mota esse. Et de ingenti mœrore dicitur, Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. Fatendum est ergo dicitur à Deo in natura hominum conditos esse, quos & ipse Deus in natura homo diligit sobolem, vere misericordia afficitur nobilitus, cum vider lapsum in æternam miseriam, quam ipse intelligit ut nos natura afficimur misericordia calamitose sobolis, sicut inquit Christus: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret pro nobis. Et Iohannes inquit: Deus caritas est, id est, genuis vera dilectione erga nos, non volens perditionem, Et Paulus Titum 1. Apparuit bonitas & φιλαυθροπία Saluatoris nostri Iesu. Quare diligenter consideranda & recte regenda sunt. Nam

enim post lapsum temere vagantur & contaminantur, quod eo magis dolendum est, quia data fuerant, ut nos de voluntate Dei commonefacerent. Sed tamen à prohibitis affectibus discernenda sunt. Sogya is à contentu Dei, à fremitu aduersus Deum, ab inuidia, læticia in scelere, ut lætantur in vindicta Herodias, Fulvia, &c. Et ab alijs furoribus qui enumerari non possunt. Ac sciendum est, affectus Legis Dei prohibitos, per se vitiosos & extinguendos esse.

Hæc de dicto vilitato, quod ait, naturam esse bonam, respondet, ut discernantur res conditæ, & deprauatio non condita. In Achille ira Heroica est res bona, quia vere opus Dei est sed contaminata, quia non regitur agnitione Dei, & implicata est fiducia sui, nec prælucent in uocatio & fiducia Dei. Hi defectus non sunt leuia peccata, ideo etiam bona res contaminata rejicitur, & fit rea. Et nota similis ira in Dauide purior est, in quo accedunt, agnitio, timor, inuocatio, fiducia Dei. Sic sciamus in renatis manere Sogya is, sed reuocari eas regi & reuocari in ordinem, & intra metas suas, & reuocari periores. Reliquum est, ut de quaestione vilitata dicatur, an post deprisimum recte dicatur, peccatum esse in infantibus, seu concupiscentiam esse peccatum. Item, an recte dicatur, in renatis adultis esse peccatum. Respondeo de renatis adultis, omnes concedere coguntur reliqua esse peccata. Quare Iohannes dicit: Si dicemus quod peccatum non habeamus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Fatentur ergo multas flammæ cupiditatum in renatis esse, quia dicunt esse peccata, quia simul rapiant aliquem voluntatis conditum subitum, quem sæpe difficile est excutere. Et si autem hæc

malum extenuant hæc ipsa mala, & profitentur se tantum loqui
 abstractum actionum, scilicet, morbum nascentem, qui reliquus est
 immatis, id est, pravam inclinationem, dicunt prorsus non esse pec-
 catum, nec esse malum pugnans cum lege Dei. **C O G I T A** au-
 tem quanta audacia sit, negligere hæc mala, scilicet, dubitationes de
 Deo, securitatem negligentem iram Dei, dissidentiam fugientem De-
 um, & alias multas pestes, quæ etiamsi non semper conspiciuntur, ta-
 men allunt, & sepe erumpunt, vt in calamitate prorsus mergitur Ca-
 sa in tenebras, & negat esse prouidentiam: Saul irascitur Deo tam
 duriter punienti. Hæc peccata agnoscenda sunt, non obscuranda, vt
 discamus repugnare, & petere auxilium aduersus ea.

Item sic respondemus: In baptismo tolli peccatum, quod ad
 reatum seu imputationem attinet, sed manere morbum ipsum, qui est
 malum pugnans cum Lege Dei, dignum morte æterna, nisi remitte-
 retur, vt dicitur: Beati quorum tecta sunt peccata. Nec de nomine
 peccati litigamus, rerum dissensio est. Aduersarij contendunt, hunc
 morbum, qui reliquus est in renatis, non esse malum pugnans cum
 Lege Dei. Hunt errorem taxari necesse est. Sunt autem perspicua
 Pauli testimonia, Roma. 7. & 8. clare inquit Paulus, In membris leg-
 esse pugnantiem cum lege mentis, & cum Lege Dei. Hæc testi-
 monia nullis prestigijs eludi possunt. **S**ed aduersarij multas
 falsas hypotheses ponunt. Primum de caligine mentis, & de vitijs in
 voluntate nihil dicunt. Deinde concupiscentiam tantum intelligunt
 de sensibus, & intelligunt eam esse appetitionem naturalem, cum de-
 bent eam intelligere *ἀταξία* appetitionum, & simul complexi
 caliginem mentis, & male voluntatis. Tertio & hanc hypothesin sal-
 sam addunt, quod Lex Dei tantum damnet actualia peccata. Hæc opi-
 nio transformat Legem Dei in Philosophiam, quæ tantum de nostra
 disciplina loquitur. Postea hæc hallucinationes obscurant doctrinam
 de gratia. Fingunt enim, hominem iustum esse propter legis imple-
 tionem, & amittunt lucem doctrinæ de fide.

Sed tota doctrina Prophetarum & Apostolorum clamat, ho-
 mines non satisfacere legi Dei, & in omnibus hæerere peccatum, &
 requirit mediatorem, propter hunc ait nos recipi, & iustos pronun-
 tari fiducia ipsius. Agnoscenda est igitur nostra miseria, vt Christi
 beneficia intelligantur. **S**ed hæc dissensio non potest dirimi
 iudicij hypocritarum. Semper hypocritæ à vera Ecclesia de hæc
 questione dissenserunt, & dissentient. Quia ratio humana sine luce
 diuina non cernit quantum malum sint hæc interiora peccata, etsi ex
 legem confusione vitæ & magnitudine calamitatum vtique, aestima-
 re ea debebat.

D E P E C C A T I S
A C T V A L I B V S.

ORIGINALI malum est, ut dixi, caligo in mente, avertio voluntatis à Deo, contumacia cordis aduersus legem Dei. Harum non vocantur actiones, sed ex eis oriuntur actualia peccata interiora, & exteriora, in mente assidua dubitationes, blasphemia, in voluntate securitas & neglectio Dei, diffidentia, admiratio sui, inferre nostram vitam & voluntates mandato Dei. Deinde ingenuus fusio, & moles vitiosorum affectuum. Nec imaginemur otiosam esse malum originale. Nam etsi pauci quidam homines honesta disciplina fruantur, tamen in animis esse magnas dubitationes & multos motus à Deo aberrantes, & varie ruentes contra legem Dei, manifestum est, sicut Ieremias inquit: Pratum est cor hominis, & innotum, & inuestigabile. **I**TA QUAE semper cum malo originali simul sunt actualia peccata, quae in non renatis omnia sunt mortalia. Estque tota persona cum his fructibus damnata, sicut inquit Iohannes: Qui non credit in Filium, manet ira super eum. Etsi igitur sint magnae virtutes, Aristidis, Fabij, Pomponij Attici, & similibus, tamen sciamus in eis & malum originale mansisse, & corda fuisse plena dubitationum, & multorum vitiosorum affectuum, & defuisse agnitionem Christi, & nullam fuisse veram inuocationem Dei. **D**E TERTIO & hoc consideremus, plurimos summos viros, in quibus fuit excellens virtus, tamen pollutos esse insignibus flagitijs, quae ex re intellegi potest, fuisse eos in potestate Diaboli, ut quanta turpitudine fuit in moribus Herculis, Themistoclis, Pausaniz, Alexandri, & multorum aliorum, cum initio fuissent modestissimi. Hæc exempla commonefaciant nos, ne extenuemus Christi agnitionem, sicut multi faciunt, qui Ethnicos in caelum tollunt: Imo eo magis timeamus iram Dei, cum illos videmus reiectos esse, & varie ac horribiliter contrarios, cum tamen in eis fuerint multae excellentes virtutes. Nec contemnamus filium Dei, nec fingamus homines sine filio Dei saluos esse, nec conculemus sanguinem Filij Dei. Hæc de non renatis profati sumus, in quibus omnia actualia peccata sunt mortalia, sicut originale. **S**ED cum de reconciliatis dicitur, postea discernuntur venialia & mortalia, ac venialia peccata vocantur ipsum malum originale, & actualia multa interiora, pugnantia cum lege Dei, quibus tamen renati repugnant, & multa peccata ignorantiae & omissionis. Nec extenuemus hæc mala, ut Sententiarij sinxerunt veniale peccatum esse quiddam præter Legem Dei, non contra Legem Dei. Hæc error necessario taxandus est. Nam hæc quae vocantur venialia, sunt

actio mala, pugnancia cum lege Dei, quæ essent sua natura mortales, propter quæ damnaretur homo æterna ira, nisi propter filii Dei reconciliatis condonata essent. Necesse est autem discernere actus, quæ in renatis in hac vita manent, ab illis peccatis propter quæ damnantur, gratia, Spiritus sanctus, & fides. Est igitur actuale peccatum, in labente post reconciliationem, actio interior vel exterior, pugnans cum lege Dei, facta contra conscientiam. Talis enim actio facit reum æternæ iræ. Quod enim aliqui imaginantur electos peccare contra conscientiam, non effundere Spiritum sanctum, manifestus est error, & necessario reprehendendus. Nec de peccato iudicantes, seruemur electionem, sed intueamur verbum Dei nobis traditum, ut voluntatem Dei monstret, & expauescamus, agnoscentes iudicium Dei propositum in verbo, & in exemplis, nec confirmemus in illius securitatem & cæcitatem.

A D A M & **E U A** erant electi, & tamen reuera amiserunt Spiritum sanctum in lapsu, auersi à Deo, & facti sunt rei æternæ iræ, Sicut Paulus inquit: Per vnus peccatum in omnes homines peruenit condemnatio. Et Deut. 9. Aduersus Aaron valde iratus est Dominus, ut deleteret eum, sed pro eo deprecatus est Moyses. Non eludamus tristissima verba Spiritus sancti, cum ait: Deum valde iratum fuisse, nec fingamus Deum saxeum & Stoicum. Est enim aliter irascitur Deus, aliter homo, tamen vere sentiamus fuisse iratum Aaroni, nec Aaronem fuisse tunc in gratia, sed reum æternarum poenarum. Horrendus lapsus erat Aaronis, qui meminerat furiosus, qui Aegyptium cultum instruebant. Hoc exemplum non confirmemus securitatem, sed agnoscamus electos & reos posse horribiliter labi, sed lapsos iram Dei debere agnoscere, & rursus ad Deum conuerti, nec magnitudine lapsum deterreamur, qui minus redeamus ad Deum. Nam gratia exuberat supra peccatum, ut suo loco dicendum est. Et hæc Aaronis historia testatur, agentibus penitentiam magna & atrociam peccata remitti. Sic de Dauidis, Salomonis & Manassis lapsibus sentiendum est. **E T** Iohannes dicitur: Nemo vos decipiat, qui facit iusticiam, iustus est, qui facit peccatum, ex Diabolo est. **E T** Ephes. 5. Propter hæc verba Dei super inobedientes.

M A N I F E S T V M est igitur actus & renatos posse amittere gratiam ac discernenda esse peccata, quæ manent in omnibus renatis in hac vita, nec excutiunt Spiritum sanctum, ab alijs lapsibus, propter quos amittitur gratia.

A C Paulus discrimen tradidit Roman. 8. Si secundum carnem vitare, moriemini: Si vero actiones carnis spiritu mortificabit, vitare. Facere esse in sanctis actiones carnis, id est, multas vitiosas actiones, dubitationes, securitatem, diffidentias, errantes conscientias, prauos affectus. Sed his ait repugnandum esse spiritui, id est,

b 5 Spirituali

spiritualibus motibus, inuocatione Dei, timore, fide, tolerantia spiritali inueniente Deum, castitate inueniente Deum. Et manent in gratia renati, etiam si sunt in eis illi vitiosi affectus, si tamen repugnant, & fide agnoscunt condonationem propter Christum. Sed si non repugnant, ait morituros esse.

Ut autem intelligi possit, quare non repugnant, gradum constituit, videlicet delinquentes contra conscientiam, hoc est, eos qui scientes & volentes indulgent, etiam obtemperant in externa actione vitiosis illis motibus humanis. Quare diligenter docendi sunt homines de hoc discrimine, & caueant lapsus contra conscientiam, & ut lapsi rursus ad Deum uertantur. At Stoicæ illæ disputationes execranda sunt, quas ferunt aliqui, disputantes omnia peccata paria esse, electos solum retinere Spiritum sanctum, etiam cum lapsus atroces admittunt. Sed autem nolo rixas de uocabulis serere, tamen uile est admonere diuos, quod uisitate nominant peccatum mortale, dici posse peccatum regnans, seu dominans. Cum enim Paulus inquit Rom. 6. Non regit peccatum in mortali corpore uestro, prorsus hoc ipsum discrimen peccatorum tradit, de quo hic dictum est. Fateatur in reatus esse peccatum, sed non regnans, non dominans, donec retinent fidem & bonam conscientiam, id est, donec non obtemperant peccato, sed repugnant. At si regnet, affert æternum exitium, & emphasis uocabuli ostendit atrocitatem & efficaciam peccati.

DOMINATVR peccatum cum reatus non remissus est, sed accendit iram Dei, & hominem a Deo auellit, & homo desertus à Deo impellitur sua infirmitate, ad diabolo, ut ex alijs malis in alia ruat, & cumulet scelera & peccata, ut Saul cum fuisset donatus Spiritu sancto, & ornatus pulcherrima uirtutibus, & insignibus uictorijs, succubuit primis flammis amulacionis, quas initio reprimere facile erat, sicut Aaron repressit amulacionem aduersus fratrem. Dominari igitur peccatum cepit, cum Saul indigeret, id est, reatus manet, & accenditur ira Dei, expellitur & conturbatur Spiritus sanctus, & mens deserta à Deo, fit imbecillior, & magis cedit affectui, & diabolus auget furorem, sequuntur caedes, Sacerdotum, & clades publicæ multæ, donec tandem exercitu amisso, Spiritus interficitur, & ruit in æternas pœnas. Hæc imago tristissima iape notuenda est, ut cogitemus magnitudinem iræ Dei aduersus peccatum.

OMNES historiarum plenæ sunt tristissimorum exemplorum, quæ cum legimus uel audimus, ueniat in mentem, his exemplis nos doceri, quid sit peccatum dominans.

REX Anabapeticus, uel seditionem prætextu religionis, falso iactat diuinos afflatus, uel libidinibus, interficit coniuges, tandem captus laceratur caudæ ferro. Hæc sunt exempla dominantis peccati.

At uocabulum appellatio uerustior esse, Nam & Psalm. 118. dicitur: Gressus meos

ne dominetur in me omnis iniquitas, Quæ verba nobis in quocumque peccatione vsurpanda erant, & simul cogitandum, quam horribiles sit dominans peccatum. Gressus meos dirige, ne dominetur mihi peccatum, ne sim vas iræ, ne rejiciar vt Cain, Saul, Iudas, Iudas, Oedipus, Atreus, Thyestes, Nero, & aliæ pestes generis humani.

ARBITROR autem ex Moysæ suntam appellationem immutationis. Nam Genes. 4. dicitur: Si bonus fueris, eris acceptus, si autem malus, peccatum tuum quiescet, donec reuelabitur. Habere sit appetitus tuus, & tu domineris ei. Hæc concio legis diligenter consideranda est. Continet enim doctrinam de tribus insignibus vitiis. Primum tradit discrimen iustitiæ interioris & sacrificiorum. Sacrificia ita placent, si es bonus, id est, sacrificia, si mens sit impia, non placent Deo. Secundo concionatur de venturo iudicio, & describit severitatem mundi, cum ait: Peccatū quiescet, id est, non agnosceretur, non incuteret terrores, donec mens opprimitur sensu iræ Dei, & penis. Sic securissime indulgent fororibus suis Nero, Caligula, & insana multitudo hominum, donec veniunt pœnæ: Est autem hæc cœca vniuersalis, quare docet restare vniuersale iudicium. Cum enim impiorum scelera in hac vita non puniantur, necesse est restare aliam iram, & aliud iudicium, in quo omnia punientur. Ira in hac prima concione doctrina de venturo iudicio tradita est: Tertio præcipitur de incerta obedientia: Sub te sit appetitus tuus, & tu domineris ei. CUM autem de iudicio Dei dixisset, quæri potest Quid iugiter faciam, cum intrus accensa sit praua cupiditas? Hic respondet, vniuersam legem proponit præcipit vt repugnemus vitiosis affectibus, sed non satis est legem nosse, scire etiam oportet, an diligentia illa iudicandi affectus Deo placeat, & quomodo in tanta imbecillitate resistere Diabolo, & vinci naturalis imbecillitas possit. Hæc discuntur ex clara promissione: Semen mulieris concubabit caput serpentis: Sicut non dubium est, patres contulisse promissionem, ad hanc executionem legis, & docuisse filios, vnde sit orta affectuum contumacia, & quod reconciliatio propter semen venturum promissa sit, & quod propter illud Deus imbecillitati nostræ opitulaturus sit, & resistens Diabolum.

SIC Vt Iohannes eruditissime interpretatur de promissione, inquiens: Filius Dei venit, vt destruat opera Diaboli, id est, vt liberet nos à peccato, & iuuet nos, vt Deo obedire possimus, ac defendat nos contra Diabolum. Imo tandem profus aborat peccatum & mortem, & restituat iusticiam & vitam æternam. Ita patres docebant non modo legem, vt coercerentur affectus, sed etiam proponebant doctrinam, quomodo in tanta imbecillitate præstari obedientia possit, quomodo placeat Deo, quæ omnia significantur verbo Domini. Non enim sine auxilio mediatoris dominari possumus,

mus, id est, liberari à reatu, & vincere Diabolum & imbecillitatem nostram. IDEO ad hanc doctrinam partem adiungenda sunt, quæ in Evangelio de remissione peccatorum, de fide, de auxilio Spiritus sancti dicuntur. Sicut alias doctrina de noua obedientia propius explicatur, unde cum summa rei ad hæc loca Genesis continetur, sunt & hæc breuia dicta illustriora. Hæc de vocabulo Domini peccati, monuisse satis est. Illud etiam alias copiose dicitur. Arbitramur ignorantiam, & affectatam omissionem, etiam esse peccata. Statim ab initio edita est promissio de venturo liberatore, cuius memoriam conservare omnes gentes oportuit. Postquam propagata est inter gentes. Deinde Evangelium multis illustris testimonij sparsum est in toto orbe terrarum, & sonuit vox dei. Hunc audite. Nemo igitur excusatus est ignorantia Evangelij, in hoc peccatum præcipue arguit Spiritus sanctus, sicut inquit Christus Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quia non crediderunt in me.

DE LEGE DIVINA.

LEX Dei est doctrina à Deo tradita, præcipiens quales nos esse, & quæ facere, quæ omittere oporteat, & requirens perfectam obedientiam erga Deum, ac pronuntians irasci Deum, & puniri æternæ morte, non præstantes perfectam obedientiam. Hæc definitio ex ipsa lege Dei, & multis concionibus Christi sumta est. Continet enim lex præcepta & promissiones, quibus addita est conditio implere legis. Item comminationes: Præcepta concionantur de integra obedientia: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus viribus. Item: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Item: Non concupisces. Comminatio ait: Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Item, Matth. 25. Disceditis à me maledicti in ignem æternum, &c.

Hic primum monere necesse est, ingens & infinita differentiam esse inter leges humanas, & diuinas. Sed ut non poterat populus videre fulgentem Moysi faciem, ac velatam aspiciebat, ita omnium hominum mentes atque oculi procul aspiciunt legem Dei, nec intuentur quale iudicium sit, sed vixque doctrinam de externali obedientia esse existimant, sicut de Phocylidis aut Theognidis præceptis cogitant. Sed plures causæ sunt, & maiores, traditæ & reuelatæ legem diuinam, ut infra dicitur. Non sic aspiciamus legem Dei, ut tabulæ æneæ Romanas, quæ antè multa sæcula, cum sua curia deperierunt. Sed lex Dei est regula æterna & immota mentis diuina, iudicium aduersus peccatum, quod impressum est humanis mentibus, & sæpe Dei voce prædicatum, de quo dicit Christus: Non

legem, sed implere, &c. Hoc igitur discrimen consideretur. Huiusmodi leges tantum postulant aut verant externa opera.

Philosophia docet aliquanto amplius, videlicet, actionem honestam esse non tantum externum aut simulatum opus, sed interiore rectum iudicium, & in voluntate liberam actionem, seu propriam ad recte faciendum, inquit, accedere oportere. Moderationem igitur quandam interiore affectuum & actionum postulat, quæ proprie vocatur *idē*. Non autem accusat naturalem immunitatem, nec indicat illa summa virtia pugnancia cum prima tabula, dubitationem de Deo, cor vacans metu & dilectione Dei, diffidentiam, & similes morbos in natura hominis hærentes. At lex Dei non tantum requirit externa facta, aut illam diligentiam frænandorum affectuum, de qua Philosophi loquuntur, sed præcipit, ut natura integre obediat Deo, firmam de Deo noticiam habeat, verum & perpetuum timorem, firmam fiduciam Dei, ardentem amorem. Quia vero natura humanis non est talis, vox legis est iudicium Dei, damnans peccatum in natura nostra. Hoc sentit Paulus inquit: Lex est spiritualis, id est, non est tantum politica sapientia, præcipiens de externis actionibus in vita civili, sed est longe alia doctrina, flagitans spirituales morbos, firmam de Deo noticiam, ardentem & perfectam dilectionem, ut dicitur Lex: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde. Sed et monarchi de lege Dei, ut de civili disciplina locuti sunt, dixerunt legi Dei satisfieri per hanc disciplinam civilem seu Philosophicam, id est, per exteriora opera, & qualemcumque conatum voluntatis, etiam si in mente dubitationes, in voluntate & corde multæ prævæ inclinationes manent, & docuerunt eas dubitationes & prævæ inclinationes non esse peccata. Idem affinxerunt homines iustos esse, & Deo placentes propter opera, quia arbitrabantur legi Dei satisfieri, non docuerunt, homines iustos esse, id est, reconciliatos Deo, & placere Deo propter mediatorem Christum. Sed hæc Pharisæicos errores de lege, refutat Paulus, affirmat legi Dei hanc infirmam naturam humanam non posse satisfacere, nec placari iram Dei, nec tolli peccatum per opera legis, sed missum esse filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, ut tollat peccatum, & donet nobis iusticiam & vitam æternam, ut suo loco copiosius dicemus.

DIVISIO LEGVM.

PRIMUM recensentur hæc species: Lex diuina, Lex naturæ, Leges humane. Leges diuinae sunt, quæ à Deo traditæ sunt, quocumque tempore, & extant scriptæ passim in Moyse & libris Evangelij. Lex naturæ, ut infra dicam, est noticia naturalis de Deo, & de morum gubernatio-

bernatione, seu discrimine honestorum & turpium, diuinitas insita humano generi, sicut noticia numerorum diuinitas humanis moribus insita est. Ideo congruit cum ea parte legis Dei, quae dicitur Moralis, vt infra ostendam. Prius enim discernendae sunt species legis diuinæ. Etsi enim inde vsq; ab initio mundi sonuerunt in conscientia Dei vox legis, & vox promissionis gratiæ, tamen certo constitutum constituta est politia Israël itica, lex Dei promulgata est. Vnde enim Deus publico & manifesto testimonio instaurare noticiam illam, quam mentibus humanis in creatione indidit, vt suum malum aduersus peccatum ostenderet. Quia vero tota politia constituitur, non tantum leges de singulorum moribus propositæ sunt, sed etiam additæ sunt leges forenses & ceremoniæ. Tres igitur partes legis Mosaicæ vniuersæ: Leges Morales, Ceremoniales & Forenses, seu Iudiciales. Etsi, diligenter hæc distinctio consideranda, quæ etiam si politia Moysi iam deleta est, tamen discrimen legum considerari necesse est. Ceremoniæ Mosaicæ & forenses leges, nec manent sunt cæteris gentibus, nec obligant nos, & fuerunt ad tempus, ut populo Israël traditæ, vt politia ad tempus certum duratura erant, nec esset locus certus, in quo Christus nasceretur, & se patefaceret, crucionaretur, fieret victima, & palam incoaret vitam æternam.

Sed est alius gradus legum, quæ vocantur Morales, quæ sunt æterna Dei essentia & regula, nec mutantur temporibus. Semper enim æterno voluit Deus hanc propositionem: Creatura diligat Deum, Deum, Creatura rationalis sit casta. Sunt autem leges Morales, quæ præcipiunt de agnitione Dei in mente, & de obedientia cordis erga Deum, & de virtutibus erga homines, vt de iusticia, castitate, temperantia. Præcipuæ autem legum moralium simul in vna parte tabella miro consilio Dei comprehensæ sunt, quæ tabella vocatur Decalogus. Ideo vsitatum est nominare Decalogum, quando legem moralem significare volumus, quod dextre & sine λόγος γράμμα legendum est. Sunt igitur leges Morales, & quæ in Decalogo continentur, vt infra eum enarrabimus, & Decalogi repetitiones & explicationes vbicumq; in scriptis Prophetiis & Apostolicis legimus. Hæ cum sint æternæ regulæ mentis diuinæ, semper sonuerunt in Ecclesia etiam ante Moysen, & semper mansuræ sunt, & ad omnes gentes pertinent. Multa sunt autem naturalia in forensibus & ceremonijs, quæ etiam sunt perpetua, vt Lex quæ prohibet incestus continentudines, Leuit. 18. quia ad virtutes pertinet sanguinis reuerentia. Clare inquit Deus, deleri Cananæos propter incestus libidines. Igitur gentes ante promulgatam Moysi legem accusentur propter hæc flagitia, certum est ea æterna Dei lege & naturali iudicari.

EXPOSITIO DECALOGI.

TITISSIMA & saluberrima est meditatio Decalogi. Continet enim doctrinam tam copiosam & sublimem, ut nunquam sperari possit, quomodo exauriri possit. Quo magis infania illorum est, qui fingunt posse Legi Dei satisfacere, imo addunt, posse melius & meliora fieri, &c. Hæ voces non sunt humanæ, sed sparsæ à diabolo, qui hoc sarcasmo illudit humano generi, lapsus ex sua dignitate & puritate. Cum enim Deus ostendit in hac Lege, ad quid condita sit humana natura, unde lapsi sumus, in quas miseras ac tenebras decidimus, Diabolus quasi illudens nobis, sparsit voces irrisivas extollentes legem Dei. Sciant igitur pij hos errores Pharisæorum & monachorum non esse leues, & perant à Deo, ut nostris cordibus velum detrahatur, quod impedit, ne legem Dei propius aspiciamus, quam serio cogitemus, esse vocem Dei, longe maiora continentem, quam ut totam complecti possimus. Primum autem hæc quatuor de Lege cogitanda sunt. **P R I M U M**, Lex admonet, ad quid condita sit humana natura, & qualis fuerit hominis dignitas & puritas, in qua condita est. Talis enim futura erat humana natura, qualem huius describit, plena agnitione Dei, semper celebrans eum, semper obediens, semper in omnibus operibus eius præsentiam & gubernationem intuens, nullum ordinem in omnibus actionibus observans, sine illa præva cupiditate, sine ullis calamitatibus, sine morte. **S E C U N D O**, monet nos lex de præsentia miseria. Iam enim videmus naturam lapsam ex prima dignitate, pugnare cum lege, plenam esse tenebrarum, & contemptum Dei, sine ordine, plenam pravarum cupiditatum omnium generis, & peccatum causa est mortis, & infinitarum calamitatum. Nec tamen intelligimus iam miseriam nostram, nec Legem vere studimus, nisi cum in veris terroribus, aut pœnis agnosceamus iram Dei aduersus peccatum. Hic aliquantulum incipimus intelligere iram Dei, & humanam miseriam, Sicut David clamitat, iram Dei sustineri non posse, si Deus velit peccata pro merito punire: Si iniquitates observaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et plura sunt testimonia peccata in singulis, quam conspici possunt. Obserues autem scriptura in dicit: Quis sustinebit? Nullius est robur tantum, quod possit sustinere humanas calamitates, quæ sunt pœnæ peccatorum. Sicut David sensit pœnas adulterij sui, cædes filiorum, filij seditionem, polluta incesto coniuges, exilium, stragem civium, & alia infinita mala. In his pœnis didicit hunc versiculum: Quis sustinebit: Et tamen hæc præsentia mala ne quidem comparanda sunt ad æternas pœnas. Ideo quoties hunc versiculum recitamus, Si iniquitates observaueris Domine, Domine quis sustinebit: cogitemus veram &

incon-

incomprehensibile esse iram Dei aduersus peccatum, aspiciamus Legem, & agnoscamus nostram immundiciem pugnantem cum tota Lege, cogitemus quæ moles pœnarum imposita sit generi humano, intueamur nostras & communes calamitates, & oremus Deum, ut mitiget iram, quam nemo sustinere & perferre potest, quam si terat, succumbere homines, & perire necesse est in presentibus hinc pœnis. Ita similia dicta Psalmorum admonent nos de veritate iudicii Legis, & agnitione peccati nostri ac iræ Dei & pœnarum.

TERTIO, Lex tacite nos admonet de reparatione humani generis, & de vita æterna: Significat item ad quantam præstantiam nos vocemur. Quia enim Deus reperit vocem legis post lapsum nostram, vult certe legem aliquando fieri: Erit igitur reparatio generis humani, erit vita æterna. Quia in hac vita videmus non factam legem. Sed doctrina de reparatione in promissionibus clarius proponitur.

QUARTO, cum sic consideramus, quanta sit miseria homini generis oppressi peccato, ira Dei, & morte, & intelligimus vocem legis esse sententiam, vinculum, testem & nuntiam illius ingratæ iræ, semper è regione aspiciamus Filium Dei, & consideremus gloriam, quæ sola sustinuit iram pro nobis, subiit onus Legis, & placuit Patrem, & consideremus beneficium Filij Dei, quod excedat læpæ peccatum. Sciamus item vocari nos ab ipso Filio Dei, & gratiam in nobis incoctur hæc puritas in Lege descripta, vt infra suo loco dicemus.

DECALOGVS.

TABVLAE duæ sunt: Quarum prima continet opera, quæ immediate seu proprie cum Deo agimus, scilicet præceptum Dei, interiore & exteriori. Secunda continet opera erga homines, quæ etsi sunt vincula societatis humanæ, tamen sunt etiam iudicia Dei. Quia Deus ea suo verbo præcipit & pronuntiat esse cultus, si fiant propter mandatum Dei, vt docet Iesaias cap. 1. Item cap. 58. & Samuel: Melior est obœdientia, quam victima. Osee 6. Misericordiam magis volo, quam sacrificium. Et Christus ait: Mandatum de dilectione proximi esse simile primo, id est, postulare obœdientiam necessariam, sicut & primi mandati obœdientia est necessaria. Hæc obseruanda sunt, vt discamus qui sint veri cultus Dei, & quæ omnium præceptorum opera ad primum præceptum referenda sunt, ac finis constituendus in singulis, eo facienda esse principaliter. Deo præstetur obœdientia & honor. Est enim cultus Dei, quod præcipitur datum à Deo, quod principaliter eo fit, vt Deo præstetur obœdientia & honor, ac sit cum agnitione Christi hæc fide, quod præcipitur Patri placeas. Sicut Petrus iubet offerre hostias spirituales, quæ Deo per Iesum Christum.

DE PRIMO PRÆCEPTO.

Primum mandatum præcipit de eo opere, quod summum & præcipuum est, videlicet de vera noticia Dei, de vera & perfecta obedientia erga Deum, perfecta timore, fiducia & dilectione Dei. Comprehenditur autem duas maximas res, scilicet modum cognoscendi Dei, & verum cultum. Modus est, ut apprehendatur Deus per suum verbum & testimonium. Quia enim Deus est inuisibilis, necesse est de eo aliquod testimonium extare, per quod agnoscatur & apprehendatur. Veritas humana intuens mundi opificium, cogitat de autore Deo, sed hæc noticia nondum sufficit, quam & Ethnici & Mahometistæ tenent, quæquam hæc quoque multis à Diabolo exeuntur. Sed ut maxime asserat, manet tamen dubitatio, an ille conditor Deus nos curet, excuset, an sic velit coli, & quomodo velit coli. Hic opus est verbo Dei & testimonio: Ideo hic propositum est certum verbum & testimonium, Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Sciat igitur mens hunc esse Deum, qui se patefecit, dato hoc verbo in monte Sina, & qui professus est se esse Deum tuum, id est, qui te curat, respicit, iudicat, defendit, punit.

Ad id verbum est & testimonium, videlicet, gloriosa liberatio & defensio huius populi, cum educeretur ex Aegypto, &c. Etsi igitur Deus est inuisibilis, tamen mens humana agnoscit hunc esse Deum verum, qui se in suo verbo & testimonio admirandis patefecit, & ostendit, quomodo coli velit. Sic Adæ principio fuit datum verbum in Paradiso, & proposita natura, quæ esset testimonium de Deo: Sed postea cum lapsus esset, fuit opus consolatione de remissione peccati. Ideo additum est aliud verbum, scilicet promissio gratiæ, & accedebant signa, respiciuntur igne cælesti victimæ. Sic & nobis idem verbum Evangelii propositum est, & certum testimonium, scilicet Filius Dei crucifixus & resuscitatus. Hic ostendit nobis Patrem. Hoc Filio agnito inuenimus æternum Patrem, qui se in Filio patefecit, ut dicitur Iohan. 1. Nemo enim vidit vnquam, Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit deum: Qui videt me, videt Patrem. Et item Matth. 11. Nemo novit Patrem, nisi Filius, & cui Filius revelavit: Per hunc placatus est Pater propter eum exaudit. Christus ipse inquit, Iohan. 16. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Hunc ergo ita verum esse Deum, qui se patefecit dato filio, misso ut fieret victima, & sacrificium ut sit Mediator, Intercessor, Adiutor & Saluator. Item, qui dedit hunc Filio Evangelium de remissione peccatorum, & de virtute.

Hæc cinnocatio agnoscens Deum æternum, Omnipotentem,
 si dicitur

fiducia Christi per datum Euangelium, discernit inuocationem ueræ Ecclesiæ ab omnium gentium inuocatione. Ergo quoties meos clamat ad Deum, inuocet Deum, qui est Pater Domini nostri Iesu Christi, crucifixi & resuscitati, & fide cogitet Euangelium datum per hoc Filium, Quicquid perieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis: hinc modum agnoscendi Dei sepe Paulus nobis commendat. 1. Cor. 13. Quia mundus non nouit Deum in sapientia per sapientiam, per Deo per stulticiam prædicationis saluos facere credentes. In doctrina de Pontifice Christo intrante in sancta sanctorum, docetur. Reliqui homines non agnoscant Deum inuisibilem, sed in honorum & sanctorum sanctorum ingreditur solus filius Dei. Ideo ardeamus ad Deum agnoscamus hunc Pontificem, ducentem nos ad Patrem & perferentem nostras preces. Sicut inquit Epistola ad Hebræos: adhibentes hunc Pontificem, adeamus ad thronum gratiæ. Hæc de modo agnoscendi Dei necessario docendi sunt homines, ut recte inuocent Deum.

C V L T V S autem de quibus hic præcipitur, sunt Agnitio Dei, Credere uerbo Dei, uerus Timor, uera Fides seu Fiducia, & uera dilectio. Requirit enim timorem, cum ait: Ego sum Deus, sed zelotes, uisitans iniquitatem. Item: Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruiens. Requirit fiduciam & dilectionem, cum ait: Ego sum Deus tuus omnipotens, te respiciens, curans, defendens, saluans, &c. Item: Faciens misericordiam diligentibus. Item: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Nam hæc dicta ubique leguntur, sunt enarrationes primi præcepti.

Quæ autem requirat perfectam obædientiam, hæc uerba testantur. Deuter. 6. Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde, ex tota anima, ex omnibus uiribus tuis. Requirit igitur timorem, fiduciam & dilectionem Dei super omnia, & ita, ut hæc uirtutes sint puræ, hæretes & perfectæ, non admixtis uitijs cupiditatibus. Sed hæc perfectam obædientiam hæc corrupta natura hominum non potest præstare. Hærent in animis dubitatio de ira Dei, & de misericordia. Nemo tantum timet, quantum debet. Nemo sic flagrat dilectione, ut debet, & admixtae sunt multæ prauæ cupiditates. Ideo Paulus inquit: Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Nec leue malum cogit, cum nominat inimicitiam aduersus Deum. Semper igitur accusat & damnat hæc Lex omnes homines in hac corrupta natura, perfectam obædientiam nec præstant, nec possunt præstare.

I A M dicat aliquis: Atqui necesse est eos qui Deo plene agnitione Christi, & Euangelio, quia enim accusat & damnat omnes, & agnoscamus nos reos esse, & plenos contrarietatis hanc legem, ideo corda fugiunt Deum, non diligunt, non præstant.

nona petere. Sed audito Euangelio, cum agnoscamus nobis re-
 peccata propter Christum, & nos recipi in gratiam, fieri filios
 inquam indignos, hic agnita praesentia & misericordia Dei,
 incipimus nos ei subiecere, timere eum, & confidere
 in misericordia promissa, & diligere non otiosum, sed tanquam Pa-
 trem vere curantem & saluantem nos. Sicut ait: Ego sum Deus tuus.
 Oportet ergo praecipuum agnito Christo, Deinde est crescere obae-
 dientia debet, tamen nunquam satisfaciunt huic Legi etiam renati,
 sed reliquae peccati condonantur eis, ut suo loco dicitur, & ipsi repu-
 nantur iusti propter Mediatorem Christum. Sicut scriptum est, Chris-
 tus est consummatio Legis. Et cum sint iusti hac imputatione pro-
 pter filium Dei facta, placet incoata obaedientia, etiamsi non est in-
 tegra. Faciunt igitur renati hanc legem incoando, & credendo, quod
 propter Christum reputentur iusti, & quod propter eum condonentur
 reliqua peccata.

COMMODYM est autem docendi causa, his
 duobus verbis complecti omnia opera primi praecipii, videlicet ap-
 pellatione TIMORIS ET FIDEI, nam etsi fidem seu fiduciam
 misericordiae necessario comitatur dilectio, tamen dilectionis voca-
 bulo obliuiscitur est, quam timoris aut fidei appellatio. Timorem enim
 oportet nos subinde experiri in poenitentia, oportet & fiduciam expe-
 riri in consolatione.

RECENSVI opera primi praecipii,
 agnoscentem Dei, credere verbo Dei, timorem, fidem, seu fiduciam, di-
 lectioem Dei: Ad haec adiungi debet Patientia in afflictionibus. siue
 cum iniusta violentia tyrannorum aut aliorum vexamur, siue cum alia
 communis calamitates incidunt, morbi, mors, iactura rei familiaris,
 &c. In utroque genere requirit Deus obaedientiam cordis. Estq; opus
 primi praecipii & cultus Dei, obaedientia Ecclesiae in utroque genere
 obaedientium. Ut obaedientia Habel in nece, obaedientia omnium
 Martyrum in supplicijs, obaedientia Hiob, Dauidis, in domesticis ca-
 lamitatibus, &c. Nam de priori genere clare scriptum est: Qui vult
 esse sapiens, tollat crucem suam, &c. Item: Oportet nos fieri similes
 imaginis filij Dei. Item: Preciosa in conspectu Domini mors sancto-
 rum eius. Extant igitur clara mandata de hac obaedientia. Et vult De-
 us nos se metui, quam tyrannos: Deinde vult nos in ipsis supplicijs
 sentire dolore in desperationem, non putare, quod negligamur a
 Deo, sed retinere consolationem, quod Deus sit nobis propitius, & sit
 gubernaturus euentum.

DE altero genere, videlicet de commu-
 nibus calamitatibus scriptum est: Iudicium a domo Dei incipit. Siue
 agatur sine poenae, siue exercitia, Deus vult Ecclesiam subiectam esse
 talibus arumnis, propterea quod natura humana propter peccatum
 carnis in carne subiecta est morti, & puniuntur multa actualia
 peccata Ecclesiae, imo Sanctorum. Itaq; vult Deus Ecclesiam his
 arumnis

arumnis admoneri de poenitentia, præstare obædientiam, exercere fidem, inuocationem & spem, non ruere in desperationem, nos parere nos abijci aut negligi à Deo, sed retinere consolationem, quod Deus sit nobis propitijs, & sit gubernaturus exitum. Huc pertinet dicta, quæ præcipiunt, cum de obædientia præstanda in communibus calamitatibus, tum de retinenda consolatione per fidem. Nolle murare, id est, irasci Deo, quasi vel crudeliter exerceat nos, vel negligat nos. Item: Humiliamini sub potenti manu Dei. Item: Sicutum Deo spiritus tribulatus, &c. Item Psalm. 37. Subditus esto, & spera in eum. Item: Sacrificate sacrificium iusticiæ, & spera in Domino. A c vide, quam multa bona opera concurrant huic obædientia, quæ simul pertinent ad primum præceptum. Primum ipsa obædientia Deum intuens, per se est opus bonum, & in hoc præcepto mandatum, quod præcipit Deum magis timere, quam Tyrannos. Præcipit item sustinere poenas diuinitus impositas, mortem, & similes, vt dicitur: Iudicium à domo Dei incipit, vel: A Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Ad hanc obædientiam necesse est accedere fidem, quæ statuat, Deum non negligere, non proijcere afflictos, sed iam quoq; te respicere, tibi propitium esse, & gubernaturum hunc exitum, vt David sentiebat, cum esset eui. Hæc fides & spes sunt opera primi præcepti. Et ex his omnibus consistit virtus, quæ vocatur Patientia, id est, obædientia, quæ Deo operatur cum quadam tranquillitate animi, seu voluntate obædienti, quæ ex consolatione fidei oritur. Hæc omnia Paulus vocat pacem, vt Philipp. 4. Pax Dei, quæ superat omnem sensum, custodiat corda vestra, & mentes vestras, id est, sit in vobis talis pax seu tranquillitas animi, vt obædiatis Deo, & consolatione fidei sustentetis, & confortetis animos, vt aduersa tolerare possitis, intuentes in promissionem deuinam, in qua cum conspicitur admirabilis bonitas & misericordia Dei, existit etiam dilectio.

ANTITHESIS.

I A M consideremus humani generis contumaciam aduersus primum præceptum, vt & infirmitatem nostram agnoscamus, & quo modo discernere gradus peccatorum contra hoc præceptum discamus. Primus est Epicureorum & Academicorum, qui negant, & dubitant, an sit Deus, an curet humana, an hoc verbum, quod habet Ecclesia, sit traditum à Deo. Talis autem est maxima multorum hominum vbiq;, quæ prorsus ex animo deleuit omnem assensum Deo, indulget dubitationi, & eam confirmat. Magnæ igitur reuerentia sunt lapsum primorum parentum, & has tenebras postea confirmat malicia hominum, & adiuuat Diabolus.

SECUNDVS gradus est eorum qui idola colunt, hoc est, qui agunt multos Deos, & diuersam potentiam singulis attribuunt, vt Iuui, aut tribuunt diuinum honorem, id est, inuocationem creaturæ, vt qui inuocant sanctos mortuos, (Inuocatio enim tribuit omnipotentiam:) aut alligant Deum ad certas statuas, cum sine verbo non velit ad vllam rem alligari. Constat autem, mundum semper idem fuisse, & esse idolorum. Nec differunt ab Ethnicis moribus inuocatio sanctorum, & statuarum cultus.

TERTIVS gradus est Magorum, qui pacta faciunt cum Diabolis hostibus Dei, & eorum qui Magos consulunt, & eorum qui alijs superstitiosis obseruationibus dediti sunt, quibus tribuitur potentia sine ordinatione Dei. Quare si qui effectus sequuntur, Diabolus autor est, & fiducia nititur Diabolis: Hæc omnia prohibentur Leuit. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos & Ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.

QUARTVS est Iudæorum, Philosophorum, Hæreticorum & Mahometitarum, qui omnes sibi fingunt suos Deos, nec volunt agnoscere hunc esse Deum, qui se in hoc verbo suo per Filium Christum patefecit, cum sic tantum velit agnosci & inuocari. Ergo violant primum præceptum Manichæi, qui fingebant duos Deos, bonum & malum, pariter æternos. Item Samosatenus, qui affirmavit in Christo tantum esse humanam naturam. Sicut Mahometistæ impie sentiunt. Violant hoc præceptum & Arriani, qui negauerunt Filium Dei esse de substantia Patris. Item alij, qui dixerunt, Spiritum sanctum tantum esse motum in hominibus creatum.

QUINTVS gradus est eorum, qui non inuocant Deum per Mediatorem Christum, imo fingunt alios mediatores sanctos, aut Missas, aut satisfactiones, aut alia opera. Item, qui dicunt dubitandum esse de gratia Dei.

SIXTVS est desertorum, qui desiciunt à vera doctrina Evangelij metu vel odio, vt Iudas, Iulianus, &c.

SEPTIMVS est desperantium, vt Saul, & in hanc desperationem vtere omnes necesse est, qui non norunt Euangelium de fide in Christum.

OCTAVVS est, non discere Euangelium, non ex parte ad audiendam & cognoscendam doctrinam Christi, cum Patrem illis præceperit: Hunc audite.

NONVS est Hypocritarum, qui etsi vera profitentur, nec sunt polluti externis Idolis, tamen in corde sunt sine timore Dei, sine fide, & magis amant voluptates suas aut opes, quam Deum, vt Nabal. Talis semper magna multitudo est in Ecclesia, etiam habente puram doctrinam, vt monet parabola de semine.

DECIMVS est superbia, id est, admiratio & sollicitudo propriae potentiae, sapientiae, virtutum, sine agnitione propriae imbecillitatis, sine agnitione & petitione auxiliij diuini, vt Alexander

maximis rebus gestis, iudicat hoc pulcherrimum regnum partum esse consilij & dimicationibus suis, delectatur hac sua sapientia, sua firmitudine, incipit contemnere & premere inferiores, nec agnoscit tantas res gestas esse Dei auxilio, qui Persis eripiebat imperium, & eos puniret, sicut & postea Alexander factus nequior puniret. Talis describitur & Nabuchodonosor, qui castigatus agnoscit hanc arrogantiam, & se emendat: Sed Senacherib simili elatus fiducia sua, non emendatur, sed interficitur. Et historia ostendunt plerumque heros viros tandem opprimi tristissimis casibus. Id eo fit, quia hoc modo peccant, admirantur sese, & confidunt suis donis sine agnitione humana infirmitatis, sine agnitione & petitione auxilij diuini, & hinc mouent res periculosas aut etiam iniustas, ex priuatis affectibus fiducia sua potentia, vt Pompeius. Accedunt & alia vitia, luxuria, despectio & oppressio aliorum, vt Alexander securus hello abatur, tunc ciebat optime meritos duces, ideo sequuntur poena. Hoc ipsum poenitum esse furore, quia cum pater Telamon abeunti dixisset, vt pugnaret quidem strenue, sed a Deo victoriam peteret: respondit Ajax, etiam ignauos adiutore Deo posse vincere, se vero vel sine Deo. In his exemplis facile intelligi potest, quare heroici viri tandem in casibus opprimantur, & scriptum est de hac elatione & fiducia sua: Abominatio est coram Deo, quicquid est sublime coram hominibus. Et si autem in heroicis personis clarius conspici hoc malum potest, tamen omnes homines aliquid huius contagij habent. Multorum fiducia magis nititur opibus, amicis, industria, quam Deo. Hoc modo nos agnoscere discamus, vt emendemus, & fiducia vere nitatur Deo, sicut David clamitat. Respice in me, & miserere mei, quia uacuus & pauper sum ego. Item: Pater & mater dereliquerunt me. Dominus autem suscepit me. **H**ic etiam recensendi sunt Hypocritae, qui confidunt propria iusticia coram Deo, vt Phariseus Lucae 11. In his concurrunt multa peccata, videlicet quod non agnoscunt suam infirmitatem, non agnoscunt se dignos esse poenam coram Deo, quod vanam fiduciam habent, quod non inuocant per mediatorem Christum. Imo quod sua opera loco Mediatoris Deo proponunt. **H**ic supra attribui quintum gradum. **V**nde cimus est impietas, quae proprie aduersatur primo praeepto, quia voluntas recusat Deo obedire in poenis. Interdum etiam irascitur Deo, tanquam dicitur Domino, aut iniquo iudici, de quo affectu saepe admonet nos scriptura, vt: Irascimini, nolite peccare, id est, repugnatate dolori, & delectat animum, vt volens obtemperet Deo in ærumnis, sicut supra dictum est. Collegi gradus peccatorum, quae proprie pugnant cum primo praeepto, qui facile agnosci & iudicari possunt. Et quia Deo

Altera doctrina omnium virtutum, distribuamus & ipsas virtutes singula praecepta. Ad primum pertinet virtus, quae vocatur alias pietas, alias religio, sed facilius intelliguntur haec nomina, timor & fides seu fiducia dilectio Dei. Et quidam has partes necessario complectitur ea virtus, quae vocatur pietas. Pertinet huc & Patientia, internum nomen Pietas pene respondet nomini Iustitiae vniuersalis, vbi significamus eam obedientiam, quae Deo praestatur in omnibus eius mandatis, sicut postea dicemus, ad hunc finem, vt Deo obtemperemus, omnia opera referenda esse. Collocetur igitur huc & virtus, quae vocatur Iustitia vniuersalis.

DE SECVNDO PRAECEPTO.

Primum in primo praecepto dictum est de motibus cordis erga Deum, qui sunt praecipuus & interior cultus, quia Deus requirit obedientiam cordis non simulatam, iuxta illud: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde. Item: Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Deinde secundum praeceptum concionatur de externa professione: Quia Deus vult innotescere, vult voce nostra invocari. Et sicut per verbum se patefecit, ita vult hoc verbum voce propagari. Ideo postquam de motibus cordis dictum est, nunc praecipit de illa voce, in qua sonat nomen Dei & verbum Dei.

NON VSVRPABIS NOMEN DEI VANE.

In primo praecepto ponuntur affirmatiua & negatiua orationes: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Haec est affirmatiua, cui addenda sunt & alia affirmatiua: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde. Item: Dominum Deum tuum timebis. Constitutis affirmatiuis, etiam negatiua seu exclusiua addenda sunt: Non habebis Deos alienos. Ita in sequentibus cum audimus negatiuas orationes, semper prius affirmatiua in primo praecepto expressam mente inueniamur. Hic verat Deus ab usum in nominis, & tamen vult hanc vocem propagari & innotescere, Ego sum Deus tuus. Sunt igitur veri vsus nominis diuini, vera praedicatione, vera invocatio, gratiarum actio, & confessio. Haec quatuor generum praecepti hic sciamus, & huic loco inseramus affirmatiua definitiua de his operibus, vt: Ite, docete omnes gentes. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te, & celebrabis me, seu ages mihi gratias. Corde creditur ad iustitiam, & ore fit confessio ad salutem. Haec dicta propriissime de his generibus praecipunt. Pertinet autem ad invocationem iuratio: Quia iurans inuocat Deum, vt sit reus voluntatis ipsius, quod non velit fallere, & petit, vt Deus sit vltor, & punit fallentem, & ad hanc poenam se obligat. Hinc intelligi potest, quantum

quantum vinculum sit iusiurandum: Inuocas Deum, vt in te ipsam feriat eius ira, si sefelleris. Quid potest sibi homo tristius imponere, aut quomodo se ad maiorem poenam obligare potest? Ideo respondet euectus. Quia hæc obligatio est sancita & confirmata iure diuino hoc loco: Non habebit Deus infontem, quicumq; vane iusiurauerit nomen eius. Ideo etiam in hac vita horribiles poenæ committuntur periueros.

QVOMODO POSSIT FIERI
HOC PRÆCEPTVM.

VT autem supra diximus, non fieri opera primi præcepti sine agnitione filij Dei & fide, ita & de hoc præcepto sentiendum est. Satis constat, non posse fieri inuocationem, nisi agnito mediatore Christo, sic & de gratiarum actione sentiendum est. Item in ministerio te necesse est tradi Euangelium de filio Dei, &c. Deniq; vt supra dixi, oportet primum apprehendi reconciliationem per filium Dei donatam, postea vero placere incoactam obedientiam. Idem de cæteris præceptis sentiendum est. Et opera cæterorum præceptorum non placent Deo, & sunt cultus Dei, cum præcedunt opera primi præcepti, timor & fides. Sic reliqua sunt sacrificia laudis, & Deo placere, præcipue vero opera secundi præcepti. Sicut scriptum est præceptum de hoc genere, Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

PECCATA CONTRA SE-
CVNDVM PRÆCEPTVM.

ANTI THESIS eadem est, quæ est superioris præcepti, quæ vitia cordis, quæ supra recensuimus, proferuntur. Pugnant ergo cum hoc mandato sermones Epicurei, externi cultus impij, impie inuocationes Dæmonum, idolorum & mortuorum, falsa doctrina, perniciosa, execrationes iniustæ, sermones arrogantiam aut impatientiam declarantes, vt dixerat Aïax, se etiam sine Deo vincere posse. Item vitatissimum malum, prætexere nomen Dei, religionis, Euangelij, in iustis cupiditatibus, ambitioni, avariciæ, libidinibus, odijs. Papa titulo ministerij quæsiuit potestatem, mouit iniusta bella, instituit avaritia infinitæ pecuniæ, idola, & alia. Iam hæc ætas etiam titulo Euangelij sæpe priuatas cupiditates tegit. Pertinet huc & scandala omnia, quæ vel lauciant infirmas mentes, & fidem languesciunt, vel alioquin voluntates aliquorum ab Euangelio. COMMINGITIO tristissima vtriq; præcepto additæ sunt, quæ cum de corporali poenis loquuntur, etiam æternam iram significant, quia lex non committit remissionem peccatorum, sed in Euangelio clare declaratur.

ira aduersus eos, qui non agunt pœnitentiam: Discedite à me
 & mitti in ignem æternum, &c. Quod enim hic dicitur de pœnis in
 tertiam & quartam generationem sc̄uentibus, intelligitur de corpo-
 ribus. Et vt his prioribus præceptis additæ sunt pœnæ, ita sciamus
 sequentibus addi, vt Deut. 27. adduntur maledictiones omnibus
 præceptis. Nec dubitandum est, calamitates mundi, pœnas esse deli-
 corum omnium generis, iuxta dictum Psalmi: Propter iniquitatem
 accipis filios hominum.

DE TERTIO PRÆCEPTO.

VT in primo docentur opera interiora mentis, voluntatis & cor-
 dis erga Deum, in secundo professio externa: Ita hic in tertio
 traditur præceptum de Ceremonijs diuinitus institutis, sed harum
 præcipuum finis intelligendus est. Ceremoniæ traditæ sunt propter
 ministerium docendi, & sunt adminicula huius functionis. Ergo præ-
 ceptum de Sabbato præcipue concionatur de ministerio docendi, &
 administrandi ceremonias diuinitus institutas: Sicut textus non di-
 cit de solo cantum, sed nominatim de Sanctificatione. Vult eo die
 sancta opera fieri, id est, proprie dicata Deo, hoc est, doceri popu-
 lum, & ceremonias institutas diuinitus exerceri. Ad eam rem aliquis
 dies sit destinatus. Hæc principalis sententia pertinet ad omnes ho-
 mines, & omnia tempora, quia est lex naturæ. Cæterum de observa-
 tione septimi diei, constat, abrogatis ceremonijs Leuiticis, etiam
 hæc ceremoniam esse mutatam, vt clare dicitur Coloss. 2. Recte igitur
 dicitur, in tertio præcepto duas esse partes, vnam naturalem seu
 naturalem, seu genus, altera pars est ceremonia propria populo Israël,
 seu species de die septimo. De priore dicitur, naturale seu genus esse
 perpetuum, & non posse abrogari, videlicet mandatum de conseruan-
 di ministerio publico, sic, vt aliquo die populus doceatur, & ceremo-
 niæ diuinitus institutæ exercentur: Species vero, quæ nominatim
 de septimo die loquitur, abrogata est.

DISCAMS ergo vere hic præcipi conseruationem publici
 ministerij, & ceremoniarum quas Deus instituit, quod Deus vult con-
 seruari, vt maneat, & propageatur Ecclesia, vt Ephes. 4. dicitur: De-
 dit dominus quidem Apostolos, alios Prophetas, alios pastores, alios
 Doctores, vt ædificetur corpus Christi, vt non fluctuemus nec circum-
 deremur omni vento doctrinæ, id est, Dedit certum verbum per Pro-
 phetas & Apostolos publice sparsam, additis certis testimonijs, &
 instituit ministeria publica, in quibus sonet hoc verbum, vt habeam
 certam de Deo doctrinam, nec excogitemus ipsi nouas religio-
 nes sicut Ethnicis, aut nouos cultus, &c. Hoc tantum Dei donum ama-

amare, venerari, & suo quisq; loco adiunare debet. Sicut dicit Christus: Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Ac Propheta deplorantes solitudinem in Sabbato, queruntur abolitum hoc ministerium ducendi. Sunt igitur opera huius præcepti, pie surgere hoc ministerio, audire recte docentes, & pie vti Sacramentis, & omnium usum adiunare exemplo & frequentia nostra, obtemperare sceleratibus, alere, honore afficere, & defendere pios Doctores, ad studia necessaria Ecclesiæ. Non quare allegoriam huius præcepti, sed trado propriam & præcipuam sententiam. Nec enim leuissimum opus est conservatio ministerij diuinitus instituti. Penam contra hoc præceptum hæc sunt, omittere aut abolere munus velle docendi, falsa docere, deprauare ceremonias, nunquam aut rursus esse publico ministerio, in cætu, vbi Ecclesiæ recte docentur. Non abducere alios vel exemplo, vel alijs modis à publico ministerio, quod non est contaminatum impietate, sicut Donatistæ abducebant suos cætus: non obcedere ministerio veræ doctrinæ, excipere opera feruiles, id est, impediens ministerium die constituto ad publicum ministerium: conferre dies illos in ludos & helluaciones, aut alia vitia: contemnere, afficere contumelia pios ministros, non velle conferre ad eos alendos & defendendos: non tegere eorum inuicem, si tamen sint sani in doctrina, sicut Cham deridebat nudum patrem, non iuuare studia Ecclesiæ. Vt autem supra dictum est, huius præceptum omnibus reliquis includendum esse, quæ cum sine reuerentia Dei, necesse est agnosci autorem, & obediendam referri ad ipsam. Ideo timor Dei & fides, sunt seu vita aliorum operum, & ad omnes operibus aliorum præceptorum debent. Quare ut fiant opera huius præcepti, necesse est accedere agnitionem filij Dei, ut possimus in fide & inuocatione Dei huic præcepto obcedere. Item, cum hoc præceptum de ministerio & ceremonijs concionetur, necesse est complecti Euangelium: Quia legis ministerium, tantum est ministerium mortis: Euangelium vero annuntiat remissionem peccatorum, & vitam æternam propter filium Dei. Item ceremoniarum diuinitus institutarum, sunt typi Christi. Ideo, nec Iudæi poterant recte facere opera huius præcepti, sine agnitione vera Christi. Et apud monachos & clericos, quia doctrina de fide, vera inuocatione, & de veris ceremonijs ignota est, multa peccata concurrunt in ipsorum ceremoniarum. Falso putant esse cultus opera traditionum humanarum, Cæstra Domini deprauant multipliciter, & has ipsas vitiosas ceremonias conferunt in quæstum. Hæc peccata etiam cum hoc præcepto pugnant, & pollunt sabbatum. Appellationes virtutum, quas ceteris primum præceptum, etiam ad duo sequentia pertinent.

DE SECUNDA TABULA.

Si tamē tantum politica vita hic institueretur, tamen agnoscere humanam rationem oporteret, optimam formam politicae hic populi. Primum sancitur imperium, praecipitur obediētia. Deinde dicitur pax: Non occides. Muniuntur coniugia: Non moechaberis. Haec sunt dominia rerum: Non furtum facies. Postea constituuntur iudicia, & sancitur veritas in contractibus & pactis: Non dicas falsum testimonium. Hi sunt fontes legum politicarum. Sed nos sciamus hanc quidem politicam vitam, sed duo adiungi. Primum meminere Deum autorem esse & harum legum, & vitae politicae. Ideo sciamus propter Deum obediētiā praestandam esse, & includamus omnibus peritum praecipitum, ut obediētiā in ceteris etiam regant timor Dei & fides. Secundo sciamus praecipere non tantum externa opera, sed interiore obediētiā. Sic debebat esse ordinata natura hominis, ut haberet inclinationes, affectus, aut opera contra hunc ordinem, in quo condita est, & qui in lege declaratur, ac praecipitur.

APPARET autem contumacia & confusio ordinis in natura hominis, maxime in hac politica vita. Qualis est contumacia in gubernatione? quam multa iniusta caedes, iniusta bella, quantum odiorum & insipientia? Deinde vagae libidines, inordinatae flammæ, & fures amantium infiniti sunt. Postea furta manifesta sunt innumerabilia, in imposturis negotiationum, in vfuris & alijs. Item, quis non videt avariciā? quis suo contentus est, & suas res recte & pie collocat? Postremo omnes deplorant sophisticam & mendacia pastorum, contra scripturam, & iudiciorum. In his exemplis manifeste cernimus confusionem ordinis instituti à Deo. Ideo discamus in lege Dei non tantum de externis factis dici, sed accusari totam contumaciam naturae humanae, seu confusionem ordinis interiore & exteriori: Quare in lege addita sunt praecipita de concupiscentiā, quae clare loquuntur de interiore contumacia. NUNC igitur percurramus reliqua praecipita, cum sint politica, Primum scias Deum praecipere, ut in hac politica societate vivamus, in qua vult innoscere, vult nos exercere fidei & invocacionem in communibus periculis & laboribus, vult exercere dilectionem erga homines, & singulos subiectos esse communi servituti propter ipsum, vult ibi lucere confessionem nostram, ut alij doceatur & inuitentur ad agnitionem & timorem Dei, sicut scriptum est: Luceat lux vestra coram hominibus. Non vult Samuelem in solitudine latere in specu aliquo, & tantum arcanis meditationibus vacare, sed vult eos in medijs fluctibus & procellis gubernacionis versari, & ibi circumferre doctrinam diuinitus traditam.

Vult

coningium & politicum ordinem esse opera & beneficia Dei, sceleris mortuum & temporum, & multos viros etentus considerantem politijs, vnde ratiocinati sunt, Deo curæ esse genus humanum. Interim tamen has ipsas res à personis, & à Diaboli operibus discernant, qui quo maiora sunt Dei opera, eo furiosius ea deformant, contemere, & euertere conatur. Amabat igitur Paulus politiam, hoc est, leges imperij Romani, & his obtemperabat. Sed Caligulam & Neronem non amabat, imo execrabatur tanquam organa Diaboli, maledicta à Deo, quorum sceleribus contaminari totam rem naturam videbat. Hæc distinctio de rebus & personis obseruanda est, vt opera Dei ab operibus Diaboli discernantur. Ac magis amabit & reuerentur ipsas politias & leges, qui poterit res & personas discernere, & intuens in tantam confusionem imperiorum, quæ oriuntur à Diabolo & eius organis, maiori cum dolore spectabit Diaboli potentiam, qui in summo loco gubernationis maxima petulantia & atrocitate declarat odium aduersus Deum, & contentum generis humani, & scitiam suam. Quid enim monstruosius, turpius, & abominabilius cogitari potest tyrannis omnium temporum, & quam pauci tantis reatibus fuerunt & sunt vel mediocres Principes? Hæc tanta mala intelligenda & deploranda sunt, & petendum à Deo vt ipse reuocet & seruet politias. Nec prætextu operis diuini excusanda aut excusanda sunt vitia, nec propter loci dignitatem toleranda sunt manifeſta & atroces iniurias, impietates, & flagitiosæ libidines tyrannorum sine fine grassantium, sed reliqua politia, cui Deus gladium deus iuste facit, cum Caligulas & Neronem, & similia portenta remouit à gubernatione. Sicut honestissime Traianus ad magistrum equitum dixit, tradens ei gladium: Hoc gladio pro me vtaris, si iusta imperio: Sin vero iniusta, contra me vtaris. Sed si gubernatores sunt iusti, hoc est, mediocriter student officium facere, & plerumq; iusta agunt, & lapsi respiciunt, tolerandi sunt, & eorum errata vel tegenda vitanda sunt. Tales fuerunt Dauid, Salomon, Iosaphat, qui cum fuerint excellentissimi Principes, habent tamen suos lapsus, qui deſeruntur, vt admoneamur difficilimam & periculosissimam rem esse gubernationem. Nam Diabolus cum sit homicida, molitur dissipationem politiarum, & vel gubernatores euertit, vel habet sua organa in populo, sicut Saulem funditus perdidit, qui tamen initio res magnas & viles gesserat. Dauidi laqueos iniecit, ex quibus vix eluſus est. Deinde incendit filium Absolonem, cuius scelus ingentem ruinam traxit. Turbat igitur Diabolus politias, & natura hominum pro se infirma est in gubernatoribus & in populo: Ac vtriq; licentiam naturaliter amant, & oderunt legum & disciplinæ vincula. In oculis Diaboli insidijs, & tam multiplici infirmitate hominum reuerentur

nere mediocrem statum, magnum & singulare Dei opus est, sicut et
 re dicit Salomon: Ut oculus videat, & auris audiat, Deus facit vnan-
 que, id est, ut gubernator habeat felix consilium, & respondeat obe-
 dientia subditorum suo loco, Dei opera sunt, hæc imperit per filios
 gubernatores, quorum alij alijs præstant. Nulla humana sapientia vi-
 gilia aut virtus par est tantis rebus. Ideo Paulus inquit 2. Cor. 1.
 Sufficiens nostra ex Deo est. Item: Non sumus idonei, ex nobis
 cogitare quidem: Sed in ipsis personis fidelitatem, id est, animam
 recta faciendi requirit, 1. Cor. 4. Cæterum hoc requiritur in in-
 stris, ut fideles sint. Cum igitur medioeris status est politiarum, ap-
 scamus eum esse beneficium Dei, quod per aliquos fideles ministrum
 impertit, & Deo autori politiarum obædiamus. **DE** **IN** **DE**
 ipsis gubernatoribus pro sua fidelitate & ingentibus laboribus, qui
 comitatur omnem gubernationem tribuamus honorem, hoc est, ap-
 scamus eos adiuvare diuinitus, esse organa, per quæ Deus nobis bonum
 suppeditat, amemus eos ac nos eis subijciamus, & debere fatamur
 pro ipsorum sedulitate gratiam, & aliquos lapsus ipsis condonemus,
 sic tamen, ne contra mandata Dei faciamus. Hæc æquitas magna vir-
 tus est & difficilis. Breuiter annotavi, quas res complectatur vocatio-
 lum Honoris, quod diligenter expendendum est, & dixi de discrimine
 rei & personarum. **CONTINET** autem hoc præceptum
 opera superiorum & inferiorum. Officia superiorum significata sunt
 in vocabulis patris & matris: Item in integro Decalogo, quoniam
 saliter est forma regiminis, & complectitur omnes virtutes & omnia
 officia boni patris & boni gubernatoris, sicut vera illa vox est, quæ
 admodum Xenophon inquit: Bonus princeps nihil à bono patre dis-
 fert. Prima sit igitur cura gubernatoris de prima tabula, id est, curam
 recte doceri Ecclesias. Pater curet doceri liberos suos de Deo, deus
 sit iustus & fortis in defensione, sit castus, sit beneficus in iudicando
 bonis, habeat zelum & acre odium turpitudinis, sit verax in dictis
 & factis, sit candidus, non suspicax, &c. Sit diligens in facultatibus
 recte collocandis, ne defint sumtus rebus necessarijs. Denique, ut dicitur,
 totus Decalogus est forma gubernationis, & si gubernator habet
 affectum paternum, erit in eo studium harum virtutum. Vicissim in-
 ferio tribuat honorem superiori, id est, agnoscat Dei opera esse
 litias, obtemperet propter Deum, & condonet quædam errata. De-
 tinent huc virtutes, iusticia vniuersalis, quæ est obedientia legum
 erga magistratus. Item cura vocationis. Item **ERRATA** in dispo-
 landis aut sanandis superiorum errata, ne pax publica turbetur
 opposita vitia seu peccata facilius conspiciuntur, ut contumacia
 versus superiores, quæ vocatur inobædientia, & est vniuersalis
 vitia, inu-

item seditio, negligentia obeundæ vocationis, *ωολυπζαγμοδ*
 id est, ingerere se alienæ vocationi. Hoc vitio & superiores &
 inferiores sæpe peccant. Ideo & Petrus prohibet esse *ἀλλοτριεπι-*
σημωγ, ingerentes se alienæ gubernationi. Præterea ut supra dixi,
 imperijs discernendas esse res & personas, ita rerum etiam disceri
 observandum est. In monarchijs cæteris gubernatio præcipue
 spectatur ad civilis & honestæ societatis defensionem, etiamsi erat
 ignota religio. Sed in regno Antichristi leges perpetuæ & præcipuè
 regni sunt de novo cultu contumelioso in Christum & damnato di-
 vitibus, & finis principalis eius regni est, deleri nomen Christi, &
 hoc ipso prætextu conditum est regnum, quasi gloriæ Dei intersit, ex-
 terpare nomen & doctrinam Christi: Tale est regnum Mahometi:
 Lex ipsa Mahometi est manifesta contumelia adversus Christum:
 Deinde est mandatum de latrocinio, quia iubet interfici eos, qui cre-
 dunt Christum esse filium Dei. Præcipit item propagari suos errores
 glorio. Hæc prædicta sunt apud Danielem cap. 7. de parvulo cornu:
 Sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret:
 Tertio conceditur lege multiplex turpitudine libidinum, & re ipsa nul-
 la sunt Mahometistarum connubia, quia concedunt ducl, dimitti, &
 dimittas recipi privatis arbitrijs, sine vllis causis, concedunt & lege
 flagitiosas libidines, propter quas Deus evertit Sodomam & alias
 multas civitates. Ergo in eo regno nec lex est à Deo, sed est diaboli-
 cos furor, quem grassari Deus extremo tempore fuit, ut puniat mon-
 tum. Sicut crescentibus peccatis inde vsq; ab initio crevit servitus,
 & imperiorum asperitas & confusio. Quare differentia inter reliquas
 monarchias & regnum Mahometi observanda est. Daniel poterat
 esse magistratus in regno Babylonico, Iudæi poterant militare sub
 Alexandro, Christiani poterant militare sub Romanis principibus,
 ut sub M. Antonio fide militum Christianorum magna victoria par-
 tati in Pannonijs: quia finis militiæ erat honestum regimen politici-
 cum. Sed non licet militare cum Turcis, quorum finis est non regi-
 men politicum, sed confirmatio & propagatio legis, quam proficien-
 tes. Servitutem pati, Christianis licet, vna militare cum Turcis, non
 licet. Quia clare inquit textus, Sanctos Dei conteret.

QUINTVM PRÆCEPTVM,
 NON OCCIDES.

PROHIBET non solum externas corporum iniuriâs, & privâ-
 tam vindictam externam, sed etiam in animis malevolentiam,
 invidia, invidentiam, privatam cupiditatem vindictæ. Sicut Christus
 clare

clare enarrat hoc præceptum Matth. 5. E contra vero postulat erga omnes homines benevolentiam, misericordiam, zelum, candorem oppositum malevolentia, mansuetudinem, patientiam, acquiescentiam, quæ remittit aliquid de summo iure, propter probabiles causas, videlicet ut sanabiles reuocentur in viam. Item: Ne ex priuatis discordijs oriantur publica dissidia. Quia de priuatis offensionibus solum seuerè præceptum esse: Remittite & remittetur vobis. Item: Vindicta non est res priuati impetus, sed Deus eam sibi relinquit, ut latet, & metas circumseripit. Ideo inquit, Mihi vindictam. Quæ autem, quantos motus sæpe excitet priuata cupiditas vindicta. Quæ & discamus quid de vindicta præceperit Deus, & mandato diuino obtemperemus.

Iam hic addendum est, Magistratum potestatem habere mandatum diuinum de legitima vindicta. Ac per hoc officium Magistratus ad hanc ipsam vocem: Mihi vindictam, egere tribuam, ego puniam, vel mea manu, vel permissione, vel legitimo officio Magistratus. Quia Deus imperia & politia constituit, mutat & mutat, sicut ait Daniel capite 2. Deus transfert regna & constituit. Sunt igitur diuina vindicta legitima pœnæ, quibus Magistratus afficit latrones, adulteros, periuros, grassatores iudicij contumaces. Ad Magistratus officium & legitima bella pertinent, ut cum Constantinus repressit armis seuitiam Licinij. Sed ut summus gradus potestatis politicae bellum, ita in maximo abusu est, ac rarissimum iusta ac legitima bella. Sed Diabolus cum sit homicida, & inimicus politico ordini & disciplinae, sæpe leuissimis occasionibus excitat ingentia bella, incensis animis vtrinque iniusta cupiditate. Hæc licentia tolerat Deus, ut puniantur vtriusque partis scelera. Sicut bellum Peloponnesiacum, quod fuit exitiosum toti Græciæ, ex leuissima causa ortum est, casu quodam luco, qui ritibus Ethnicis habebatur pro consecrato, & quod Pericles incanduerat conuiuij offensionem, quæ erant dicta in Aspasiam. Nec summum ius, præsertim in causa bellica, satis iusta causa est inferendi belli, sicut dicitur: Sape summum ius, summa est iniuria. Sed accedat æquitas, quæ etiam si qua incidit offensus, tamen potius sanare eam curet, quam propter paucorum iniuriam scruat in innocentes, noceat in infinitum Ecclesijs & reipublicæ. Sciant gubernatores bella debere esse vindictam diuinam, non debere seruire humanae cupiditati, aut temerariae iracundia. Sicut et Abigail ad Dauid: Quia prælia Domini præliaris, non incedunt in te malum.

DE SEXTO PRÆCEPTO,
NON MOECHABERIS.

I Ngens est confusio publica ordinis diuinitus instituti in hunc

quam prohiberi omnes intelligunt. Addit autem Christus
 rationem Matth. 5. quæ ostendit non tantum externa delicta
 prohiberi, sed etiam pravam inclinationem, & vagos ac errantes mo-
 do contra hoc præceptum. Vt autem supra dictum est, prohibitioni-
 nae includi quasdam affirmationes: ita & hic obserues sanciri & con-
 temari legitimum coniugium. Quia hac lege munitur, quæ & con-
 iugium legitimum approbat, & contra damnat omnem concu-
 situm extra legitimum coniugium, ac minatur pœnas in hac vita,
 & æternos cruciatus post hanc vitam. Sicut epistola ad Hebræos di-
 citur: Scortatores & adulteros iudicabit Deus. Item, Ephes. 5. Om-
 nis scortator aut contaminatus non habet hereditatem in regno
 Christi & Dei, propter hæc enim venit ira Dei super inobedientes.
 Dixi autem muniti coniugium his legibus, quia etiam cum mundus
 non punit adulteria, aut alias libidines, tamen Deus punit, nec sinit
 iram esse suas comminationes. Sicut exempla omnium ætatum
 ostendunt, etiam non scripta. Quædam vero Deus scribi voluit, vt de
 regulis ad noneant, Deum vere irasci omnibus pollutis, & vel da-
 mnet castigare respicientes, vt David castigatus est: vel profus de-
 lere non respicientes, vt delata sunt Sodoma. Nec tantum vrbes illæ
 propter hanc causam delatæ sunt, sed multis alijs exitio futu-
 rarum libidines omnis generis, vt omnibus Græcis ciuitatibus, The-
 bis, Athenis, Sparta. Nec tantum Troia propter adulterium punita
 est, sed plurimi reges tragicis casibus interierunt propter libidines,
 vt Agamemnon, Clytemnestra, Macedonici reges fere omnes, Arche-
 las, Philippus, Alexander, Demetrius, Ptolemæi, Cæsares plurimi.
 Sæpe etiam ingentibus bellis regna mutata sunt propter hanc causam,
 vt fere tota tribus Benjamin delata est propter stupratam vxor-
 em Leuitæ. Hæc exempla intueamur, & ad comminationes diuinas
 consideremus, nosq; excitemus ad obediendam in hoc præcepto, ac re-
 pugemus illicitis flammis, Virtutes hic requiruntur, Pudicitia, seu
 Castitas, seu Continentia, Verecundia, Temperantia, Sobrietas. Nam
 in Temperantia tueri Pudicitiam nemo potest.

DE SEPTIMO PRÆCEPTO,
 NON FURTVM FACIES.

Et hic primum affirmatiua requirenda est: Sancitur enim Domi-
 norum distinctio, quam hæc ipsa vox præcepti testatur, ordina-
 tionem Dei esse. Quia enim prohibet furti, vult sagulos tenere res
 suas. Hoc testimonio refutantur deliria fanaticorum hominum, qui
 magis & pernicioso errore contendunt, in Euangelio tolli rerum
 proprietatem. Deinde & prohibitio obseruanda est, ne aliena app-
 etamus.

d

tamus.

tamus. Et quia contractus diuinitus inilituti sunt, vt homines inter se mutuis officijs declarent obedientiam suam erga Deum, pie & late esse exercendi sunt. Nam & iniusticiam in contractibus punit Deus, non solum pœnis magistratuum, sed etiam alijs cladibus, vt inquit Iesaias, Væ prædanti, quia vicissim spoliaberis. Deut. 25. Pœnis iustum habeas, vt longo tempore viuas. Et experientia comprobata vtitam regulam, Male parata, male dilabuntur. Continet hæc lex multas virtutes pugnantes cum auaricia, ignauiâ, prodigalitate, scilicet iusticiam in contractibus, liberalitatem, sedulitatem, pœnitentiam. Quia ignaui & prodigi omnes sunt fures, nisi enim ex animo rapiant, non possunt suum otium & sumtus tolerare.

DE OCTAVO PRÆCEPTO.
NON DICAS FALSVM TESTIMONIVM.

HÆC Lex munit iudicia & pacta, & continet virtutem omnium pulcherrimam, Veritatem, cuius vtilitas latissime patet in iudicijs, in pactis, in conuersatione. Violant enim hoc præceptum omnes corruptelæ doctrinarum, quæ sunt fraude, aut perlantia ingeniorum, omnes calumniæ forentes, omnes elusiones honestæ negotiorum seu sophismata, omnes qui hypocriti sua insillunt alijs, & non ingenue ostendunt quod sentiunt, & qualis sit natura. Hæc quam late pateant in vita, diligenter considerandum est, vt non & acriter odisse sophisticam discamus.

DE NONO ET DECIMO
PRÆCEPTO.

NONVM & Decimum addunt declarationem, vt sciamus Legem Dei non solum de externis operibus præcipi, sed accusari & damnari etiam vitium hærens in hac deprauata hominum natura, quod vocant concupiscentiam. Non enim tantum damnat hic vitiosos affectus, ad quos accedit Consensus, vt vocant, sed etiam ipsam prauam inclinationem, quæ est perpetua quædam auersio à Deo, & contumacia repugnans Legi Dei, & gignit infinitam consultationem & petitionum, etiam si non semper accedit consensus. De hoc perpetuo malo inquit Paulus: Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum. Legi enim Dei nec subijcitur, nec subijci potest. Nec leue malum intelligatur inimicitia aduersus Deum, multas enim pestes comparatur, dubitationes de Deo, auersionem à Deo, fremitum aduersus Deum cum punimur. Deinde vagos & errantes motus infinitos contra Legem Dei, scilicet confidentiam propriæ sapientiæ aut viriæ, &c.

omnem aliorum, inuidiam, ambitionem, auariciam, flammam li-
 timam, cupiditatem vindictæ. Hæc omnia Paulus complectitur
 in inuicem, in quo etiam reatus intelligendus est. Hæc repu-
 tatur Deo, & Deus vicissim irascitur his vitijs, etsi propter filium
 possit credētibz. Quod autem Paulus vocat inimicitiam aduersus
 Deum, id alibi concupiscentiam nominauit, quæ significat prauam
 inclinationem & deprauationem omnium appetitionum. Hinc per-
 scriptum est, nullum hominem in hac corruptione natum, legi Dei sa-
 tisfacere: Quia in hac mortali natura manet concupiscentia vitiosa,
 quam esse peccatum testatur Paulus Rom. 7. Et postea vocat inimici-
 tiam aduersus Deum, & addit, non posse eam Legi Dei subijci, quare
 hic in Deologo damnatur. Hæc moneri necesse est, vt conspici ma-
 gis modo gratia, & intelligi doctrina de Iusticia fidei possit.

CÆTERVM & hoc obseruandum est. Etsi non in singulis
 præceptis sit mentio præmiorum aut poenarum. Tamen sciendum est,
 & promissiones & comminationes ad singula præcepta pertinere, &
 alibi sæpe repetitas esse. Summa promissionum in his verbis est:
 Qui fecerit hæc, viuet in eis. Minarum summa est: Maledictus, qui
 non permanserit in omnibus quæ sunt scripta in Lege. Sed sciendum
 est omnes promissiones Legis conditionales esse, id est, requirere
 conditionem, ne quid contra legem fiat. Cum autem Lex semper ac-
 cuset nos, hæc promissiones fierent irritæ, nisi ex Euangelio discere-
 mus, quomodo reputemur iusti, & quomodo placeat incoacta obædi-
 entia iuxta legem. Fiunt igitur iusti fide propter Christum & Legis
 promissiones rata, quia Deus recipit obædientiam. Ideo & præmia
 tribuunt corporalia & spiritualia, iuxta illud: Date & dabitur vobis.
 Item Psal. 32. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.
 Verum infra copiosius dicendum erit, de discrimine Legis & Euange-
 lij promissionum Legalium, & eius promissionis, quæ est Euange-
 lij propria. Illud etiam memineris, quia ordo politicus vere est opus
 Dei, hæc ordo motuum cœlestium, ideo Deus in politica iusticia re-
 gulatione præstat promissiones & minas. Externa & atrocita scelera
 conuincunt manifestæ poenæ, etiam si cessent magistratus. Homicidæ
 quæcumq; effugerunt manus magistratum, tamen mirabiliter ad
 supplicia retrahuntur. Periuros, adulteros, & pollutos incestis libi-
 dinibus, etiam si magistratus non punit, tamen opprimi varijs cladi-
 bus videtur historix, & quotidiana vita. Sed Lex testis est, hæc di-
 cuntur fieri, iuxta illud, Non habebit infontem, &c. Item, Fornicato-
 res & adulteros iudicabit Deus, &c. Econtra iustos gubernatores ad-
 iurat Deus, vt constitutio regnorum & exitus bellorum regulariter
 ostendunt. Ideo addita est promissio corporalis quarto præcepto,
 quod constituit politias: Si vis longæuus esse super terram, &c.

VT lumen oculis diuinitus inditum est: Ita sunt quædam noticiæ mentibus humanis inditæ, quibus agnosunt & iudicant. Philosophi hoc lumen vocant noticiam principiorum, vocant *ἐννοίας* & *προληψίας*. Ac vulgaris diuisio nota est, alia esse principia speculabilia, vt noticias numerorum, ordinis, syllogismi, principia Geometrica, Physica. Hæc omnes fatentur esse certissima, & vtiliter maximarum utilitatum in vita. Qualis enim esset vita sine numeris, sine ordine? Alia sunt principia practica, vt totum discrimen naturale honestorum & turpium. Item, Deo est obediendum. Agebant quidem hæc practica principia, tam illustria nobis esse debent, quam sunt noticiæ numerorum: tamen quia propter labem originis accessit quædam caligo, & cor habet contrarios impetus discerni honestorum & turpium, ideo homines non tam constantiter sentiuntur his noticijs, Deo obediendum est, Adulterium est vitium, Honesta pacta sunt seruanda, sicut huic noticiæ, Bis quatuor sunt octo. Manet noticia Legum, sed assensus est infirmus, propter contumaciam cordis. Noticia testimonium est nos à Deo oratos esse, ac Deo obediendum debere, & accusat inobedientiam. Dubitatio vero & contumacia illustre signum est, naturam hominis non esse integram. Sicut idem significant mors & calamitates infinitæ humani generis, & multa prodigiosa vitia. Hæc Paulus Rom. i. his verbis exposuit: Veritatem in iniusticia detinent, id est, etsi impressa est hominibus vera noticia, quod sit Deus vna quædam æterna mens, creator, ditrix & conseruatric rerum, sapiens, bona, iusta, &c. & quod Deo obediendum sit iuxta discrimen honestorum & turpium, tamen hæc veræ noticiæ detinentur in iniusticia, id est, captiue tenentur, non regnant, sed regnat iniusticia, pugnans cum his noticijs, scilicet auersio voluntatis à Deo, contemptus Dei, fiducia propria, vitium deniq; varij impetus pugnantem cum lumine diuinitus infuso mentibus: Ideo & assensus infirmior est, ac

Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.

I D E O Philosophi cum viderent infirmam assensionem esse, rapi homines magno impetu ad diuersas voluptates, quæ sunt vtrum iusta & iniusta, natura vel opinione discernantur. Quæ de dubitare, turpe & flagitiosum est, perinde ac si quis quærat an taurus vel casu bis quatuor sint octo. Lumen diuinum in mentibus non extinguendum est, sed potius excitandum, & confirmandum animi, agnoscat principia practica, eaq; amplectatur, & statuat res certæ & firmæ esse, quam sunt speculabilia, imo pariter esse

imago illius Dei. Sicut & Paulus concionatur Roman. 1. inquit, ipse ostendit. Item Roman. 2. Opus Legis scriptum in mentibus eorum. Vocat item has noticias ius diuinum, Roma. 1. Qui cum Dei norint. Est ergo vera definitio Legis naturæ, Legem naturæ, & noticiam Legis diuinæ, naturæ hominis iustitiam. Ideo enim dicitur homo ad imaginem Dei conditus esse, quia in eo lucebat imago, hoc est, noticia Dei, & similitudo quædam mentis diuinæ, id est, discrimen honestorum & turpium, & cum his noticijs congruebant vires hominis. Voluntas erat conuersa ad Deum ante lapsum, ardebat & in mente veræ noticiæ, & in voluntate amor erga Deum, & asseuerabantur corda sine vlla dubitatione veris noticijs: Ac statuebant nos conditos esse ad agnoscendum & celebrandum Deum, & ad obediendum huic Domino, qui nos condidit, alit, impressit imaginem sui, qui iusta postulat & approbat. Econtra vero damnat & punit iniustitia. Quamquam autem in hac naturæ corruptione deformata imagine Dei, non ita fulgent noticiæ, manent tamen, sed cor repugnat, & innotant dubitationes, propter quædam quæ pugnare videntur cum illis noticijs. Quia enim pœnæ differuntur, & bonis male est, & malis bene, ambigit ratio de prouidentia, hoc est, de ipsa prima Lege, An Deus benefaciat bonis, & puniat malos. Item, Omnes naturaliter dubitant se audiri in inuocatione. Nec tamen extincta est penitus noticia naturalis de Deo. Ideo prima Lex naturæ reipsa est agnoscentia, quod vnus sit Deus, mens æterna, sapiens, iusta, bona, conditrix rerum, benefaciens iustis, & puniens iniustos, à qua ortum est in nobis discrimen honestorum & turpium, & quod ei iuxta hoc discrimen obediendum sit, quodq; hic Deus sit inuocandus, & expectanda ab eo bona. Hanc Legem naturæ Paulus & citat, & sic enarrat Roma. 1. Et congruere eam cum primo præcepto manifestum est. Iam huc referantur veræ disputationes Xenophontis, Ciceronis, & similibus, qui secum naturale iudicium, hanc Legem contra Atheos sæpe inculcant & defendunt.

A 2^o secundum præceptum pertinent Leges & dicta de iururando, & de pœnis periurij: Item de pœnis eorum, qui sunt malefici aduersus Deum. Nam & ratio iudicat pœnas sequi, & experientia omnium temporum quædam exempla ostendit. Huc innumera dicta pertinent, de pœnis periurij, vt apud Tibullum:

Ah miser, & si quis primo periuria cælat,
 Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

A 3^o tertium præceptum pertinent, si qua leguntur probabilia dicta de honestis ceremonijs, vt apud Athenienses iurabant ciues: Pugnabo pro sacris & solus, & alijs iuuantibus, quod fortasse sumtum est a patribus, qui de ceremonijs diuinitus traditis, hoc iururandum intellexerunt. Posteritas deinde impia audacia finxit nouas ceremonias,

nias, & nouas opiniones, vt fit, quando amittunt homines regulam
coelestem, quæ prohibet institui nouos cultus humana autoritate. Ad
tales impias ceremonias non accommodandum est vetus dictum.

HACTENVS recensui Leges naturæ convenientes cum pri-
ma tabula, quæ sunt obscuriores quam sequentes, quæ de ciuili soci-
tate loquuntur. Intelligit ratio naturaliter, discrimen esse in ho-
minum ac pecudum vitam: intelligit iusticiam, castitatem, ver-
tatem, temperantiam, modestiam, beneficentiam, & alias virtutes. In-
telligit item genus hominum ad societatem legitimam coadun-
esse, & intelligit virtutes propter Deum colendas esse, etiam si
moueremur vilitate. Quamquam Deus euidentes vilitates etiam ad-
didit in hac societate.

PRIMUM igitur agnoscit ratio, in hac
societate, ordine & gubernatione opus esse, & primus fons gubernationis
est parentum autoritas. Ad hanc imaginem postea traditur
potestas magistratibus, qui totam societatem regunt & defendunt.

AD quintum pertinet dictum, quod prohibet omnem iniuriam
violentiam, Neminem ledere. Est autem vilitas manifesta est in ho-
re, (non enim posset incolumitas vitæ retineri, si grassari impune
liceret) tamen ratio non solum has iniurias propter vilitatem ob-
tandas esse docet, sed etiam propter iusticiam, cuius intellectus in-
inditus est homini. Et vt præcipit iusticia tueri innocentes ver-
nes, ita iubet per magistratus coerceri & tolli noxia membra. Nec
difficile est prudentibus colligere multas rationes naturales huius
sententiarum, sed hæc est præcipua, quod intellectus iusticia in-
tuitus est hominibus, vt noticia numerorum, estis aliter
propter contumaciam cordis est imbecillior, quod odij, cupiditatis
vindicte, ira flagrans, non audit monitricem rationem. Nec pri-
mum hæc Lex de non facienda iniusta cæde in tabulis Moysi in-
pta est, sed statim initio Deus addidit iudicio naturæ illustre testi-
monium, cum maledicitur & punitur Cain propter interfectum fra-
trem. Promulgatur & postea Lex, Genes. 9. quæ prohibet homici-
dia, & punire præcipit per magistratus.

HÆC enim sunt
verba in textu: Quicumque fuderit humanum sanguinem, funderet
sanguis illius per hominem, id est, per Magistratum. Ad imagi-
nem Dei quippe factus est homo, id est, vt Deum intelligat, reuerentur,
celebret, sit iustus. Hunc suum cultorem & sacerdotem Deus non
vult violari, sed potius defendi & adiuuari, vt Deum colat & im-
petet. Estq; Deus ipse vindex violatæ imaginis, violati cultoris & sa-
cerdotis. Ita subinde Deus illustria testimonia addidit Legibus
naturæ, ne in hac caligine humani cordis exstinguerentur.
Sextum pertinet iudicium rationis, quod discernens hominum ac
pecudum vitam, iubet homines certis legibus matrimonium con-

improbat vagos concubitus & adulteria. Hoc iudicium esse in
 one, coniugia testantur. Etsi contra hunc ordinem in hac corru-
 pte naturæ multis modis peccatur, sed Deus sanxit Legem de
 nobis statim in paradiso. Et postea vagas libidines diluuiio pu-
 nit, & alijs exemplis, vt de hac Lege naturæ nos doceret.

A d septimum pertinet dictum, Suum cuiq; tribuere. Videt ra-
 tio distinctionem dominiorum conuenire huic naturæ hominum, &
 res per contractus communicandas esse, vt mutuis officijs homines
 inter se deuincantur, & exercent iusticiam, & beneficentiam. Hoc
 naturale iudicium vocant Philosophi Legem naturæ, seu ius naturæ,
 quod longum acutum demonstrationum, & multos gradus comple-
 ximur. Ideo Iurisconsulti paulo aliter loquuntur, etsi ius Gentium ni-
 hil aliud significat, nisi commune hominum iudicium, hoc est, princi-
 pia practica & demonstrationes ex illis collectas. Nec Platonica illa
 consilio conuenit huic naturæ hominum, in qua necesse est distincta
 esse imperia, & distinctas ciuitates, vt coerceri mali possint, quare &
 res distingui necesse est. Discamus autem in his officijs exercendis
 non tantum vtilitatem intueri, sed potius ordinem à Deo institutum
 & naturæ monstratum, ac propter Deum seruemus meras iustas con-
 uentum, nec defraudemus alios, sed potius adiuuemus, vt tene-
 re suam possint. De hac æqualitate extant eruditissima disputatio-
 nes Philosophorum & Iurisconsultorum, quæ sunt testimonia iuris
 naturæ, id est, iudicij naturalis de hac materia.

DE octauo mandatum est rationi humanæ inditum esse iudicium, quod statuit
 mandam & tuendam veritatem esse, & vitanda mendacia. Hic rur-
 sus apparet communis vtilitas huius Legis & officij. Quia non essent
 impet doraturi contractus, nulla essent foedera & vincula pacis,
 frustra fide pactorum, frustra exercerentur iudicia, nisi veritas in-
 quiretur in artibus, vt in Medicina & alijs: Quanta pernicies vitæ
 esse solita pro veris tradere, venena pro remedijs commendare? De-
 mag. infinitas vtilitates Deus semper admiscuit suis Legibus: At-
 que non tantum vtilitates intueamur, sed multo magis ordinem à
 Deo institutum, & hunc ordinem, videlicet veritatis conseruationem
 propter Deum amemus, & constantèr tueamur.

RECEM-
 mus Leges naturæ iuxta seriem Decalogi: Nam hæc series perspi-
 cuit, & viam quam ratio monstrat, recte sequitur: Verum quo-
 que modo numerentur, res ipsæ congruent, nisi aliena misceantur.
 Deinde eo prodest sequi hunc ordinem, vt consensus Legum natu-
 ræ cum Decalogo appareat, quem conspici multis de causis est vti-
 lissimum. Primum vt intelligamus ipsas Leges naturæ diuinas
 esse, & veram earum explicationem, demonstrationes, & congruen-
 tias sententias, seu apud Philosophos, seu apud Legumatores magni
 d 4 faciamus,

faciamus, contrarias vero detestemur. Ideo autem de celo sonat Lex diuina, vt Deus testaretur se autorem naturalis noticiæ, & pollulare obædientiam iuxta eam noticiam, & accusare genus humanum propter contumaciam. Voluit enim Deus extare vocem iudicij sui aduersus peccatum. Postremo sanctis etiam prodest extare testimonium Dei, quæ opera requirat & probeat, ne in hac infirmitate hominum ratio aberreret, sicut in multis Legumlatoribus abierat, quorum aliquæ sunt vitiosæ Leges.

DE VSV LEGIS.

NON dubium est lege diuina flagitari interiorem & perfectam obædientiam, iuxta illud: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde. Cum autem hæc corrupta natura hominum non possit præstare integram obædientiam, sicut clare testatur Paulus Roman. 7. & 8. & maneat in hac vita peccatum, scilicet dubitatio, diffidentia, non satis timere & diligere Deum, & infiniti motus errantes contra legem Dei, sequitur homines non pronuntari iustos, id est, accessum coram Deo propter Legem. Ideo Paulus de hac controuersia acriter disputat, ac detrahit legi iustificationem. Etsi autem humana ratio aliter iudicat de peccato & de iusticia, & ex hac dissimilitudine humani iudicij, & Euangelij, certamina oriuntur: tamen nos ratio vocem Euangelij oportet, quæ clamitat inde vsq; ab initio, remitti peccata hominibus, & reconciliatos placere, seu iustos, id est, receptos esse propter mediatorem Filium, sicut Roman. 5. dicitur: Per hunc habemus accessum ad Patrem fide.

EX ORITUR ergo quæstio: Quis sit vsus Legis, si legis opera non merentur remissionem peccatorum, aut si non sumus iusti lege? Hic sciendum est, quod esse legis officia, seu triplicem usum.

PRIMVS est pedagogicus, seu politicus: Vult enim Deus coerceri disciplina omnes homines, etiam non renatos, ne externa delicta committant. De hoc officio loquitur Paulus 1. Tim. 1. Lex est iniustus posita, scilicet, vt coercerentur, & vt hæc disciplina seuerè defendatur, præfecit Deus humano generi magistratus, vult legibus & doctrina regi homines, vult coerceri hominum furores, & puniri supplicijs à magistratibus, vt Deus 19. dicitur: Auferes malum, vt audientes reliqui timorem habeamus non miserearis eius. Et supra hæc addidit Deus carcerem multo maiorem, videlicet calamitates vniuersas generis humanarum: Chamo & Gog maxillas eorum constringe, qui non accedunt ad te. Ac diligenter attendi sunt homines de disciplina, & hæc quatuor causæ proponuntur.

PRIMA, quod necesse sit eam præstare propter mandatum Dei.

obediencia. **S E C U N D A**, ut poena vitentur, qui
 et magistratus, vel Deus punit atrocía delicta. **T E R T I A**,
 propter pacis causa, quia Deus flagitat disciplinam, ne grassetur in
 eorum corpora & fortunas, vult munitam esse pacem, & tranquillitatem,
 ut regi & doceri homines possint. Et hic monendi sunt homines,
 vitam & mores nostros non tantum nobis, sed alijs etiam seruire
 debere, & multa scelera, non tantum corporibus & fortunis aliorum
 nocere, sed etiam polluunt alienas mentes. Hæc damna non faciuntur
 tantum, sed diuinitus poenæ comitantur. **Q U A R T A** causa est, quia
 disciplina est pædagogia in Christum. Cæteras causas etiam vide-
 runt Ethnici modeliores, & magnus futor est nihil moueri metu ca-
 lumitarum & poenarum: Sed quarta causa grauior est, & magna laus
 est disciplinæ, quod pædagogia dicitur in Christum, videlicet eo,
 quod in illis, qui non desinunt se pollucere sceleribus contra conscientiam,
 non est efficax Christus, sicut clare dicitur 1. Corinth. 6. Fornica-
 tores, idololatæ, adulteri, &c. regnum Dei non possidebunt. Et
 in eadem sententiam inquit Iohannes: Omnis qui peccat, ex Dia-
 bolus est. Necessè est igitur frænare cupiditates, ne repugnemus Spiritui
 sancto mouenti corda. Accedit & hoc, quod disciplina pars est,
 vobis & discere Euangelium per quod Spiritus sanctus est efficax.
 Hoc utilitates disciplinæ meminisse, plurimum refert, sed tamen non
 obliuendi sunt errores illorum, qui docuerunt hanc disciplinam me-
 tri remissionem peccatorum, aut sine peccato esse, aut esse imple-
 mentem legis, aut iusticiam coram Deo.

H A C T E N U S de vsu politico seu pædagogico legis dictum
 est. Nunc de secundo vsu dicendum est, de quo præcipue concionatur
 Paulus, ut errores humani iudicij de peccato & de iusticiâ emender.
 Et igitur alius vsus legis diuinæ, & præcipuus, ostendere peccatum,
 corripere, perterrefacere, & damnare omnes homines in hac corrumpente
 natura. Est enim Lex perpetuum Dei iudicium, damnantis
 peccatum in toto genere humano, pæfactum hominibus, & quia nota
 Legis naturæ est indita mentibus, & quia subinde varijs modis
 pronuntium est voce & exemplis, ut in paradiso arguit Deus inobedi-
 entiam, & addit poenam, scilicet mortem, & cæteras calamitates, ut
 essent testimonia iudicij aduersus peccata. Postea secuta sunt multæ
 conuictiones & exempla, ut de Cain, de diluio, de exitio Sodomorum,
 & ceteris. Estq; immutabile iudicium Dei opprimens æterna
 ira omnes, qui non liberantur per agnitionem Filij Dei. Non igitur
 inueniatur, legem Dei rem leuem & mutabilem esse, ut fuit Laconica
 lex, tantum ut ferreo summo in terra Laconica vererentur: Sed
 est iudicium Dei, in quo horrenda ira Dei aduersus peccatum ostenditur
 omnibus temporibus, quod quidem semper sonat, & sentitur in

conterent, & fiducia filij Dei repugnant peccato, & vincunt terrenis peccati. Interim tamen docenda est lex, quæ reliquias peccati vincat, ut crescat agnitio peccati & pœnitentia, & simul sonet Evangelium de Christo, ut crescat fides. Item: Lex renatis ideo proponenda est, ut doceat cetera opera, in quibus Deus vult nos exercere obedientiam. Non enim vult nos Deus nostro consilio excogitare opera sua cultus: Sed vult nos verbo suo regi, sicut scriptum est: Frustra colunt me mandatis hominum. Item: Lucerna pedibus meis verbum notum, &c. Et ratio humana cum non regitur verbo Dei, facile errat. Rapitur enim pravis cupiditatibus, ut approbet vitiosa opera, ut apparet in Ethnicis legibus. Ac manet immutabilis ordinatio divina, ut Deo obtemperemus. Ideo etsi liberati sumus à lege, videlicet à damnatione, quia iusti sumus fide propter Filium Dei, tamen quod ad obedientiam attinet, manet Lex, videlicet, quia manet ordinatio divina, ut iustificati obediant Deo: Et quidem habent incoartam obedientiam, quæ quomodo placeat, suo loco dicemus. Hæc de triplici vso Legis satis sit breuiter monuisse. Nam de secundo & tertio vso infra rursus dicetur.

DE DISCRIMINE CONSILIORUM ET PRÆCEPTORUM.

IN SCITIA iusticiæ fidei multos errores peperit. Hinc etiam manavit imaginatio eorum, qui sixerunt in Evangelio tria consilia, de non vindicando, de desertione facultatum, seu de paupertate, & de virginitate. Longum autem esset omnes errores recensere, qui in hoc deliramento continentur. Attingam igitur præcipuos. Primum deploranda est cæcitas, quod sic extenuarunt legem Dei, ut mendicitatem, aut simile opus non mandatum ornauerunt maioribus titulis, quam legem diuinam, cum nullum opus cogitauerit in illa creatura maius possit, quam quod in primo præcepto flagitatur: Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde. Deinde de prohibitione multa ab eis absurda dicta sunt. Præterea falso purant legem Dei tantum de externa disciplina concionari, ut hac lege: Non occidas, prohiberi iniustam cædem, non prohiberi priuam cupiditatem, maliciam, maleuolentiam, iniusta odia, & similes affectus vitiosos. Christus igitur Matth. 5. hunc errorem reprehendit, ac docet legem Dei integram & perfectam obedientiam, & iustum ordinem requiri omnium virtuum hominis interiorum & exteriorum actionum. Quod ipse ostendi & damnari naturæ humanæ immundiciem. Quæ & pernas addit de interiore prauitate: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicij. Item: Omnis qui videt mulierem ad concubescendum eam, iam merchatus est. Hæc dicta non sunt stoicæ hyperbole.

bolæ, vt multi existimant, quæ tantum erant otiosæ cogitationes, quæ nec actionem in vita, nec iram Dei significabant, sed hæc dicta Christi testantur Deum vere irasci prauitati naturali hominis, cuius vere peccatum esse. Idq; eo dicitur, vt intelligamus nos non fatiscere legi, & querendam esse misericordiam, & confugiendum ad iudicem.

DE VINDICTA.

CAETERVM loci de vindicta vbiq; leguntur, sunt præcipue, sed alij concionantur magistratibus de officio, alij loquuntur de priuata vindicta, malevolentia, & perniciosis certaminibus, quæ sunt præsertim in acris & vehementibus ingenijs ex cupiditate vindictæ, vt exarsit in Mario, in Sylla, in C. Casare, in Pompeio, in eundia: Et in Ecclesia non minus est exemplorum, quam in cæteris regnis. Multi malevolentia & cupiditate vindictæ mouerunt negotia certamina, vt de Arrio nominatim scribitur. Discernenda est etiam vindicta. Alia est publica, quæ fit mandato Dei à magistratu. Hæc dicitur Rom. 13. Vindex ad iram malefacienti. Nec dubium est, magistratum mandato diuino cogi, vt puniat delicta. Ac scire oportet, se debere obædientiam Deo: Magistratus puniat non priuata cupiditate, sed propter voluntatem Dei: Reus subeat penas, vt mandatum Dei obtemperet, qui iussit delicta puniri. Nec prohibet Euangelium hanc publicam vindictam seu officium magistratus, nec conditionem dat, vt omittatur, imo approbat & confirmat officium magistratus, nec vult eum ignauium & negligentem esse officij sui, præsertim cum sit diuinum. Sed quia tanti muneris dignitatem & voluntatem Dei non consideramus, ideo hypocritæ sinxerunt illa deliramenta de non vindicando. Et fons idem est contumaciæ hominum. Ideo generatim obtemperant homines in penis, quia non intuentur mandatum Dei, quod pariter præcipit magistratui & fonti. Alia est vindicta priuata, id est, quæ non fit per magistratus ac leges. De hac priuata dicitur Matth. 5. & Roma. 12. Non vindicantes vosmetipsi. Suntq; hæc præcepta vere præcepta: Quia Deus sanxit ordinem, vt siue lege, siue iudices, his subiecit genus humanum. Vult igitur hos esse vindictam, hunc ordinem non vult conturbari. Ideo prohibet vindictam priuata, externam, & interiorem, vult te vero animo cedere vindictam Deo, & legibus, ac iudicibus. De hoc ordine concionatur Christus Matth. 5. enarrans legem, & refutans hypocrisis, quæ putat se legem Dei satisfacere, cum tamen huius ordinis confusio manifestetur hominibus. Sicut in Satyra dicitur:

At vindicta bonum vita iucundius ipsa.
HANC confusorem vult Christus agnosci, & cohiberi.

cupiditatem vindictæ, præsertim cum nunc natura hominum rea
 subiecta morti & pœnis. Quare nostra peccata accusamus in
 aliis rebus, non tantum videamus aliena peccata. Sicut David de
 reia inquit: Sinite ut mihi maledicat, quia dixit Deus: Si forte
 dixerit Deus afflictionem meam, & reddet mihi bonum pro his ma-
 ledictis. Et insigne exemplum est animi cohibentis vindictæ cupidi-
 tatem, David cedens & parcens Sauli, cum posset eum sine vlllo tu-
 multu interficere, sed noluit regnum occupare, nisi traditum à Deo.
 Hæc exempla diligenter consideranda sunt, ut legem Dei rectius in-
 telligamus, ut nostram infirmitatem agnoscamus, & magis frænare
 possimus. Estq; hæc peculiaris doctrina Spiritus sancti. Nam histo-
 ricæ gentium non habent exemplum simile Dauidi. Teneamus ergo
 regulam præcipi magistratibus, ut iuxta leges exercent vindictam,
 & displicere negligentiam in officio, ut dicitur Deut. 19. Auferes ma-
 lam, ut ceteri timorem habeant, nec miserearis eius. Econtra vero
 præcipitur præcipi, ne exercent vindictam, nec turbent ordinem à D. o
 indotum, seu manu, seu animi motu. Hæc regula utilis est vitæ, ac
 moeni imperia & pacem, Quanta vero sit absurditas deliramenti mo-
 ratorum, hinc intelligi potest. Si consilium est de non vindicando,
 concedent magistratibus, ne puniant sceleratos, tursus etiam priva-
 tos concedent vindictæ causa mouere seditionem. Cum igitur hæc sa-
 tuæ imaginationes falsæ & perniciosæ sint, prorsus eas ex Eccle-
 sia expellamus. Fuit & hæc causa, quare Christus toties prohibet
 vindictam, quia Apostolis voluit eximere falsam persuasionem, qui
 vocabant regnum Messie fore mundanum, & armis gentes domandas
 esse. Christus contra inculcat, Apostolos non sumpturos esse arma,
 sed Evangelij præcones fore, & sine humanis præsidijs, sine armis Ec-
 clesiam collecturos esse, & hanc sæuitiæ tyrannorum obnoxiam fore,
 & omni habituram esse diuinas liberationes. Ita erigit doctores om-
 nium temporum, ut suum officium recte docendo faciant, & pericula
 deprecendent, nec nitantur humanis præsidijs, nec extra septa
 rationis suæ erumpant, nec constituent sibi regna prætextu Evan-
 gelij, sicut Anabaptistæ Monasterienses fecerunt. SÆPE di-
 citur de hoc dicto vulgari, Vim vi repellere ius naturale conce-
 dit: Ius dicti quæ sit sententia, primum considerandum est. Nam si
 est naturalis notitia aut cogitatio, quærendum est, quomodo sit ordina-
 ta, ut depreuetur aliquo prætextu, aut admitta iniusta cupiditate.
 Nam iura naturalia non sunt vagabundi imperus, sed certæ quædam
 in natura ordinationes. Recte igitur & Iuriscōsulti circumscripte
 hoc dictum certis metis. Intelligatur ergo de manifesta violen-
 tia, & de necessaria defensione aduersus subitam vim, ut si latro via-
 trem tranquillum in via adoriatur, aut si inferat aliquis bellum in-
 iustum.

iustum, aut si aliqui tumultuantes oppugnent aedes alterius. Hic opus
 abest iudex seu magistratus, ideo defensio conceditur. Et aliud
 est inter defensionem & vltionem, seu pœnam sceleris. Ricta ra-
 tio, vt iudicat nemini nocendum esse, ita iudicat corpus proprium
 contra iniustam vim tuendum esse, vel ordinarijs & legitimis magi-
 stris, vt in bello iusto, vel propria defensione, cum opulari magi-
 stris non potest. Inest enim naturæ iusta *σοφία*, appetitio conser-
 uationis sui aduersus iniustam violentiam. CVM ergo sic
 dicitur dictum de propulsanda manifesta violentia, eo ordine
 modo, sicut recta ratio censet, & sicut ipsæ leges declarant, vera est
 sententia, quod liceat vim vi depellere. Nec pugnat cum Euangelio
 cum hac voce, Diligite inimicos vestros. Nam Euangelium non
 let ius naturæ, & vincula politicæ societatis, hoc est, leges redre-
 ctioni consentaneas. Imo hanc ipsam ob causam tam varijs officijs
 hac societate Deus colligauit homines, vt sit occasio exercendi
 declarandæ fidei, obediendæ & dilectionis. Paterfamilias debet
 defensionem suæ coniugi & suis liberis, ergo in oppugnatione ad
 facit officium dilectionis, & luceat in animo eius fides. Sic
 defensionem subditis in causis iustis. Quare cum iustum bellum
 perit, facit officium dilectionis, & luceat inuocatio Dei in periculo.

Hæc non pugnant cum Euangelio, quod vult vnumquemque, patens
 legitime vocationi, nec pugnant cum hoc dicto: Diligite inimicos
 vestros. Nam dilectio, defensio, ac punitio, nequaquam inter se pugnant.
 Nam dilectio, defensio, ac punitio, nequaquam inter se pugnant.
 Nam dilectionis finis hic constitutus est, vt propter Deum diligamus
 & anteferamus dilectionem Dei. Cum non potest diligere vt
 matrem propter Deum, quæ colebat idola, afficit eam perit. Sic
 Constantinus si tulisset Licinium scruientem in Ecclesiam, præstitisset
 officia non placentia Deo. Ideo reprimat eum armis.

HÆC recitant de hac sententiâ: Vim vi repellere licet, vt
 diosi considerent quatenus valeat, nam ex hoc fonte iura bellorum
 sumuntur. Est autem conferenda cum altero dicto: Qui gladium
 cepit, gladio peribit: Accipere gladium est, non datum à legibus
 stringere. Ergo qui vim iniustam infert, accipit gladium, contra
 ro qui iusta defensione vritur, non accipit gladium, sed stringit
 à legibus. Cæterum Christus hoc loco præcipue discernit officia
 magistratum, & ministerium Euangelij: Magistratum Deus gladium
 tradidit ira, vt in officio legitimo eo vtratur, Si aburitur, vt
 lacundia aut furori morem gerat, vt Nero, peccat. Econtra
 ministerium Euangelij Deus non vult esse regnum mundanum: In-
 terat Apostolos præliari. Officia discernuntur in hoc dicto. Ely
 genter hoc discrimen considerandum, vt discant doctores
 non nisi humanis præsidijs, non capiant arma contra suos magi-

ut sciant Ecclesiam Deo curam esse, & expectent ab ipso auxilium. Ecclesiam liberauit Deus à sauitia Pharaonis, Chaldaeorum, Assyriorum, & aliorum tyrannorum. Itaque non solum doctrina tradita hoc dicto de diuersis officijs, sed etiam recte significatur Ecclesia diuinitus defendi & liberari. Hæc sententia pijs magnam consolationem affert. Et hæcenus de vindicta.

DE PAUPERE.

Cum Euangelij confessio multa pericula vitæ & fortunæ hominum afferat, cum studia Euangelij sint in odio, nec sint quaestuosissima, denique cum in hac vita communi inter cæteras communes calamitates, vulgare onus sit etiam paupertas, eaq; sæpe duriter exerceat pauperes Ecclesiam: opus est nobis doctrina & consolatione, ne exultimemus nos propter paupertatem à Deo negligi. Ideo tam multæ sunt conuersiones de paupertate in Prophetis & in Euangelio. Traduntur præcepta de constantia, ne per hæc paupertatem, abijciamus Euangelium, ne cupiditate opum & potentia sinamus nos pertrahi ad malitiam rerum societatem. Traduntur & consolationes, in quibus promittit Deus se opitulaturum esse egentibus, vt, Qui reliquerit agrum, recipiet centuplum, &c. sed addit, Cum tribulatione. De his magnis rebus concionantur dicta Euangelij, & doctrinæ illarum de magnis exercitijs fidei, & aliarum virtutum continent, ne forte ad monachorum hypocrisim, aut desertionem facultatum & ordinarum ordinis politici detorquenda. Euangelium enim nec præcipit, nec consulit discedere à facultatibus, si non eripiantur: Nec consulit res in commune conferre, imo cum tertium sit, distinctionem dominiorum & proprietatem, esse ordinationem Dei, & placere Deo proprietatem, & totam hanc legitimam rerum distinctionem & commutationem. Vult enim Deus in his ciuilibus conspici fidem nostram, & exercere dilectionem, & alias virtutes. Denique illa ipsa discessio à facultatibus aut mendicitatem affert, quæ in valentibus & otiosis furti species est, aut appetit culinam ætalem in monasterijs, quæ certe habent proprium. Nullus enim creatur necesse sine proprio potest. Vocabula alia fingi possunt, sed res naturæ non possunt. Quod autem Euangelium approbet distinctionem dominiorum & proprietatem, & diuitias, plurima sunt testimonia. Primum lex dicit: Non furtum facies. Hic Deus ipse sua voce facit & approbat distinctionem dominiorum. Item certissimum est, reges & principes hæredes vitæ æternæ fieri posse, & aliquos esse iustos, & Deo placere in ipsis imperijs, quales fuerunt Ioseph, Daniel, Nabuchodonosor, Cyrus, Cornelius, Centurio, & alij. At regna sine

epibus

opibus teneri non possunt. Item 1. Corinth. 7. conceduntur emptiones & venditiones. Sed utraq; res magnam artem, magnam curam & virtutem postulat, scilicet, recte tenere res, & pauper tatem recte ferre. Ut recte teneas, sit bona conscientia, quæ sciat hanc odiosissimam opus Dei esse, ut sit rerum distinctio. Et non conturbes animi defraudandis, vs sæpe diuites crescunt iniquis contractibus: Sicut ues æqualitatem propter Deum, qui iussit te ab alieno abstinere, quare gratitudinem tuam in tuenda æqualitate declares. & sepulchrum gratias, qui attribuit tibi, & conseruat facultates. Sicut scripsit. Benedictio Domini diuites facit, Secundo, Scias & liberalitatem dicit esse egentes, ut sæpe præcipit Christus: Date & dabitur uobis. Etq; addita promissio propter duas causas, uidelicet, ut sciamus pijs liberalitatem mereri præmia, & ut sciamus flagitare Deum in officia, ut fides exerceatur expectatione præmiorum. Vtraq; conlucet in exemplo Sareptanæ uiduæ: Hæc pauit Eliam, & expectat a Deo victum: Itaq; Deus aluit mulierem, & ornauit alijs magnis præmijs, & ipsa egregie fidem exercuit, cum reliquias, quæ habebat, totas tradidit Elizæ. Cæterum modus communicationis deservitur secunda Corinth. 8. Non ut alijs sit ignauia, uobis afflictio. Et uenustissima sententia de proprietate, & de modo liberalitatis præmijs extat in Salomone: Bibe aquam è tuis fontibus, & uisum riuulos bibe. Fontes tui foras deriuentur, & riuus effluat in partem. At tu Dominus esto horum solus, nõ alieni tecum. Benedictio riuorum fontibus tuis. Præceptum est economicum, grauissimam doctrinam figura uerborum dulcissima proponens, uetat rapere ex alieno: Hæc inquit: E fontibus tuis bibe. Approbat & proprietatem: Tu Dominus eorum esto. Adiungit & præceptum de liberalitate: Fontes tui deriuentur foras, id est, de fructibus tui fundi largire alijs. Oblat & modum liberalitatis: Nolo, inquit, dissipari hereditates, tuas te ex fundis tuis. Hic sic modus: Tu fundum teneas, conserues hereditatem propter liberos & rempub. Sed de fructibus benigne largire egentes. Hæc de proprietate & de officio liberalitatis dixit. Postmo addit & doctrinam de præmijs, & de fide: In his officijs exerce fidem. Si agnosces Dei donum esse facultates & earum conseruationem, & neminem defraudabis, & eris liberalis, expecta à Deo benedictionem. Hæc est uera Ecclesiæ Christi doctrina de hoc negotio. Suntq; fugienda deliramenta illorum, qui Platoniam communitatem rerum fingunt in Euangelio præcipi uel laudari. Sed magna ars est, recte tenere facultates, sic etiam magna artem dignum decus est, recte ferre pauper tatem. De qua primam agnoscenda est uoluntas Dei, quod Deus uelit nos subiectos esse his conditionibus afflictionibus, ut, morbis, morti, ita & inopia: Et hæc afflictio

esse signa pijs, quod abijciantur à Deo, sed esse exercitia, quæ
 ad liberationem de peccato, proptor quod natura subiecta est morti,
 de peccato & de inuocatione. Scias igitur obediendum esse
 quæ sit sic exerceri voluit, sicut hæc obediencia generaliter in
 omni re requiritur, iuxta illud: Humiliamini sub potenti manu Dei.
 de constantia accedat, ne fugiendæ paupertatis causa faciamus
 precium contra Deum. Hanc constantiam prædicat Christus, cum
 ait: Beati pauperes spiritu, quia Deo obediunt in paupertate seren-
 ti, & non faciunt contra Deum fracti paupertate, & cæteris difficul-
 tibus, quæ comitantur inopiam: Non enim leuia onera sunt, quæ
 accedunt, premi & contemni à potentibus, esse obnoxium iniuriæ &
 contumelijs, videre miserias liberorum, Inter hæc mala retinere ani-
 mi constantiam, non querere præsidia, vel populi vel potentum, ma-
 lis consilij, non inopia moueri ad turbandam rempublicam: Hæc
 animi magnitudo lucens inter illas ærumnas, ingens decus est. Sic
 erant pauperes, Ieremias & multi Prophetæ, Baptista, Christus, Apo-
 stoli, & multi martyres summo loco nati exculti ex facultatibus, vt
 Ananias. Eodem modo affecti erant & pij, qui tenebant facultates,
 Ios, David, & similes. Sciebant oportere aliquos esse diuites, pare-
 bant vocationi suæ, nec tamen diuitias anteponebant confessioni, &
 cum amississent, in ea vocatione etiam Deo volentes obediabant.
 Hæc obediencia item constantia in confessione laudantur, & sunt
 virtutes Dei. **S E D** Monachi manifestam iniuriam dicto Christi
 faciunt, quod prætextunt suæ hypocrisis, videlicet Matth. 19. Qui reli-
 quit domum, aut patrem, aut matrem, &c. Duplex est enim deser-
 uentia sit mandato Dei, in confessione aut vocatione, vt cum ty-
 ranni iubent aut Euangelium abijcere, aut cedere ex possessionibus.
 Autem vocatus ad Ecclesias regendas dubitat, vtum subeunda sint
 pericula & odia, an potius seruiendum rei familiari. In talibus casibus
 desiderio laudatur. Nam Euangelij confessionem & vocationem
 ad docendum, anteferre omnibus rebus humanis debemus, vitæ, &
 honoris. **N E C** leuis causa est, cur toties hæc sententia repeti-
 tur in Euangelio. Sæpe enim incidunt casus, vbi confessio non tan-
 tum relinquere facultates cogit, sed quod est multo durius, cogit et-
 iam inuidere carissimos, voluntates magnorum & laudatorum prin-
 cipum, & aliorum præstantium hominum, quorum iudicia negligere
 & contemnere est. Durum & hoc est, quod dicimus autores discordiæ
 in patria. Hæc quia non possunt non vehementer angere animos, to-
 ties Deus nobis præcipit, vt Euangelium anteferamus, & nos conso-
 letur, promittit auxilium & præmia. Sic Deut. 33. in benedictione
 Leuiticæ tribus, nominatim hoc ei munus attribuitur, vt doctrinam
 eorum tradat, & adduntur conciones de periculis, & promissiones.

Verba

Verba hæc sunt, ad Leni quoq; : Hæc est tua lex, quæ data est vico sancto tuo, quem probasti in Massa. Hæc prima pars est, in qua Levitica familia certum genus doctrinæ commendat, & veter aliud superpositum docere. Habes, inquit, legem traditam Moyfi, hæc præcepta doceas, nec affingas novas opiniones & novos cultus. Deinde addit præceptum de constantia in periculis : Qui dicit patri suo in terra sua, Nescio vos, & fratribus suis, Ignoro illos, & nesciunt filios suos : hi custodiunt eloquium tuum, & pactum tuum servant, & iudicantur. O Jacob, & legem tuam O Israël. Ponent thymiam in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Hæc est secunda pars, quæ monitionibus ingentia certamina, pericula, odia, & supplicia iustitiam esse in propugnatione piæ doctrinæ. Dura sunt hæc profecto dicenda parentibus, patriæ, liberis, Nescio vos, videri hostem patriæ, summi disfidiorum, &c. Sed Prophetas & Apostolos videmus ipsidem ceteris oneratos esse. Ideoq; ne frangamur animis, additur promissio. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum eius suscipe, precute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum, non confundantur. Est, adiuvans Deus recte docentes, sit ministerium efficax & salutare. Reprime impios doctores & tyrannos. Ex hoc dicto Moyfi recte Christi sumta sunt. Et utiq; de maximis rebus concionatur, ne prædens lector facile iudicare possit. Quare hæc gravissima sententia non sunt ad vanissimas monachorum superstitiones detorqueat. Et recitavi hæc dicta, ut pijs scholasticis sint in conspectu, quoniam multi conflantur varijs ærumnis propter studium veræ doctrinæ. Hi talibus se dictis confirmant, ne deserant recta studia, sciunt Deum opitulaturum esse, ut Christus inquit : Primum quaerite regnum Dei, & cætera adjicientur vobis. Et Psalm. 83. Elegi abiectus est in domo Dei mei. Iesa. 30. Dabit vobis Dominus in tribulatione panem, & in angustijs aquam, & non sinet avolare doctorem tuum. Hæc est via, ambulate in ea, nec declinetis, &c. Talibus nos sententia confirmemus, & Deo serviamus in propagatione veræ doctrinæ, & caueamus, ne eam nostris scandalis deformemus.

ALTERA est desertio facultatum sine vocatione, & quibus superstitionosa, cum fingunt, votum & mendicitatem esse cultum Dei. Talis desertio nequaquam laudatur, imo propter superstitionem opinionem est Ethnica impietas, iuxta illud : Frustra colunt me qui datis hominum, &c.

DE CASTITATE.

MIRABILI consilio Deus instituit generationem in matrona, & certa lege coniugium sanxit, Genes. 2. Ac matrona

Adz vult homines coniugio vti, propter duas causas, propter
 rationem, & ad vitandas vagas libidines. Sicut Paulus inquit:
 solæ scortationis causa vnusquisq; habeat vxorem suam. Hanc
 ordinationem Deus tanti facit, vt seuerissime prohibuerit ex-
 coniugium omnes ardores & commiffiones, easq; grauisime pu-
 nit, vt multa dicta & exempla testantur. Ad Hebre. vltimo: Fornica-
 tores & adulteros iudicabit Deus. 1. Corinth. 6. Ne errate, Fornica-
 tores, idololatraz, adulteri, non possidebunt regnum Dei. Fugite
 scortationem: Ephes. 5. Nemo vos decipiat vanis sermonibus, pro-
 pter hæc enim venit ira Dei super contumaces. 1. Thessal. 4. Hæc est
 voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à scortatione, & sciat
 vnusquisq; vestrum possidere vas suum in sanctificatione & honore,
 non in infecta libidinis, sicut gentes. Hebre. 12. Sectamini sanctifi-
 cationem, sine qua nemo Deum videbit.

EXEMPLA vero
 peccatorum in scripturis hæc sunt. Genes. 5. inter causas diluuij re-
 citantur vagæ libidines. Genes. 19. desentur quinq; vrbes propter
 scortationis genus libidinum. Ac profecto mirum est, tantum
 fuisse earum vrbium furorem, cum haberent vicinum Sem, qui vide-
 rat diluuium: Et haud dubie assiduus castigator & concionator il-
 lis fuerat. Audierant & alios summos viros Abraham & Loth. Fuit
 & indigni ingratitude erga Deum, quia non multo ante euersionem
 cum ciuitas à Chaldæis capta est, & ciues abducti, Abraham eos li-
 berauerat, postea securi laxarunt frænum omnibus cupiditatibus.

NUMERI 25. propter stupra xii. principes suspensi sunt, &
 mortificati 24000. hominum. Leuit. 18. scriptum est, deleri Cananos
 propter incestas libidines. Iudic. 20. pene tota tribus Benjamin de-
 leta est propter stupratam Leuitæ vxorem. 2. Reg. 12. Dauidi graui-
 sima pena propter adulterium denuntiantur: Salomon admittit ex-
 empla idololatraz propter libidines. Et Ieremias sæpe inter causas
 vrbis Hierosolymæ recenset adulteria. In his exemplis ideo scripta
 est causa, vt extarent testimonia expressa de iudicio Dei, & sciremus
 vitari libidines, nec temere accidere calamitates pollutis, sed
 penam esse, quibus Deus iram suam aduersus hoc peccatum declarat.
 Ideo dicitur secuta terra libidines apud Ethnicos, referendæ sunt ad
 vrbium causam & ad hanc regulam, quæ extat in Epistola ad He-
 bras: Fornicatores & adulteros puniet Deus.

PORRO
 ad hæc exempla sunt Ethnica, vt neq; cogitari, neq; recitari pos-
 sint sine magno dolore, quasdam tantum insignes mutationes re-
 giorum annotabimus, quibus occasionem præbuerunt libidines.
 Thebæ propter raptum Helenam deleta est. Thebæ propter raptum
 Chryppi, & incestum Oedipi punitæ sunt. Romæ reges eieci sunt
 propter stupratam Lucretiam, Mutata iterum Resp. propter Appij
 decemuirii

deceamuri scelus. Longus est catalogus talis apud Aristotelem Politic. 5. ubi causas recenfer, quæ mutationes regnis afferunt: In his libidine numerat, & multa narrat exempla. Athenis filij Pifistrati iudicij sunt propter contumeliam factam puellæ. Dux Laconicus Prætoribus Byzantij raptam vî puellam stuprauit, & postea interfecit, cuius prodigio vox statutz pœnam ei minitata est, hoc versu:

Pœna luenda tibi est, affert iniuria clades.

Ac postea Byzantium reiecto Pausania recepit Athenas. Ipse vero quanquam res maximas gesserat, & Persicum exercitum leuerat, tamen postea ab Ephoris coactus est fame mori. Demetrius sunt historiz exemplorum, quæ ostendunt iram Dei aduersus libidines: Discamus igitur seuerè præcipi de castitate.

CASTITAS autem est, aut consuetudo coniugalis, aut potas vitæ cœlibis, in his qui sunt idonei ad cœlibatum, vt in ætate immatura, aut in ijs qui singulari dono præditi sunt. Ac dixi nonnim de ætate immatura. Non enim temere hic ordo institutus est: ea ætas pure viuatur, & quidem facile possit mediocri diligentia tenere puritatem eo spacio, quo corpora adhuc crescunt. Sed multi Diaboli insidijs, multi prauis sodalicijs, multi propter otium voluptates citius implicantur vitijs. Bonæ mentes autem eruditiores sunt, quod ætas nondum matura coniugio, mediocri diligentia possit pure viuere, & quod Deus seuerè requirat hoc officium, quod non leues pœnz contaminatos sequatur. Si Ioseph pollutisset se adulterio, amisisset ea dona, quibus ornatus erat, & desertus à Deo: dasset in plura peccata. Sicut & Dauid addidit adulterio optimam eadem, & multiplicia scandala, quare & multiplices pœnz decessunt. Et Paulus nominatim inquit Ephes. 4. Libidinum pœnz cœcitatatem, deserti à Deo, sunt amentes, nec vident, nec audiunt rebus consilia, accersunt sibi pœnas & exitia. Sed ij quorum ætas est iuua gra, & qui agnoscunt se non esse idoneos ad cœlibem vitam, ij se cogi mandato Dei, vt coniugio vtantur, vt Paulus clare dicit. Mandatam scortationis causa vnusquisq; habeat vxorem suam. Hoc mandatum omnibus, qui sentiunt se non esse idoneos ad cœlibem vitam præcipit coniugium, laicis & sacerdotibus.

Nac legem mandata aut promissiones monasticæ possunt abolere ordinationem mandatum Dei. Odit Deus vagas libidines, & corporum contumelias: Ideo vult marem & fœminam certa coniugij lege copari, quæ instituta est initio Genes. 2. & repetita Matth. 19. & 1. Cor. 7. Hæc societas vere est castitas & mundities, id est, ordinata Deo, & placens Deo, & continet exercitia fidei, dilectionis, pietatis innumera. Et non solum est fons generis humani, sed etiam cipiuum vinculum societatis communis, Vult autem Deus continere

ordinationem humanam, donec compleatur Ecclesia, & ciuilem societatem existeret, vt alij alios docere possint. Certissimum est igitur Deo placere legitimum coniugium, sed Diabolus impios facile in libidines opinione impunitatis. Ita in Ecclesia singulari modo, scilicet, prætenu castitatis, auxit libidines, impulit fanaticos ritus, vt prohiberent coniugium seu omnibus seu sacerdotibus. hoc consilium non alio spectauit, nisi vt eo plures contaminarentur, & confirmaretur licentia multorum scelerum. Cogitent enim pij quanta agmina animarum præcipue lex de cœlibatu traxerit in deperationem, in æternam iram Dei, & in æternas blasphemias. Ideo nulla esse debet autoritas legis de cœlibatu, & opiniones Monachorum acriter refutandæ & taxandæ sunt, qui finxerunt cœlibatum esse proximam cultum Dei, mereri remissionem peccatorum & vitam æternam. Deniq; magnam caliginem Euangelio inuexerunt, & dum illaqueant imperitos vincula votorum, multi horribiliter contaminati sunt. Ita simul Diabolus & Euangelium obscurauit & auxit libidines. Hæc diligenter consideranda sunt, & comminationes diuinæ animis inieciendæ, & intuentia horribilia exempla penarum, vt vere caueamus, ne contra Dei ordinationem polluamur. Sed statuamus omnem commisionem extra legitimum coniugium peccatum mortale esse, vt aliquoties dicitur: Fornicatores, adulteri, non possidebunt regnum Dei. **RETINEAMVS** igitur bonam conscientiam, tenera esse vitæ lapsus, deinde matura, si opus est coniugio, obtemperet mandato Dei. Hæc qui contemnunt, sciant se pœnas sibi, & totis gentibus accersere. Cogitemus & hoc, mala conscientia non posse inuocari Deum, vt i. Iohan. 3. dicitur: Si cor nostrum non reprehendit nos, fiduciam habemus, &c. Quare vt possis inuocare Deum, retinenda est bona conscientia. Quid autem tristius dici potest, quam vitæ hominem sine inuocatione Dei, sine Deo, sine gubernatione & iustitione diuina, sic viuentes Diabolus magis magisque excæcat, & iniquis iniquis implicat, vt quotidiana experientia ostendit.

Quo d vero monachi clamitant Paulum antefere virginitatem, quia dicit, Melius facit non elocans, &c. Sciat pius lector, quæ illam concionem legendam esse, ac obseruandum, quæ diligenter præmoneat in vtranq; partem lectorem. Initio tradit præceptum Dei, vt vitandæ seortationis causa suam quisq; vxorem habeat, deinde prædicans virginitatem, mox addit, Sed suum quisq; dominum habeat. Quare cum antefere virginitatem, de personis idoneis loquitur. Deinde illud etiam necesse est considerare: Hac collatione bona opera inter sese conferuntur, & conferuntur iuxta fines vtilis, non queritur opus, quod mereatur remissionem peccatorum aut reconciliationem, nec fit collatio, vt humano arbitrio cultus instituantur.

antur. Error est fingere, quod cœlibatus mereatur remissionem peccatorum, seu quod ideo sit tuendus, quia per sese sit singularis & estimus cultus Dei, seu quod coniugium sit vitæ genus immundum, propter quod homo aut non placeat, aut minus placeat Deo. Hi errores sunt doctrinæ dæmoniorum, & necessario taxandi sunt. Ceterum laudat Paulus virginitatem in personis idoneis, & laudat propter finem vitalem, non quod magis sit cultus Dei, quam coniugium, sed quia genus vitæ cœlibis expeditius est ad pleraq; ministeria, quæ familia, miseræ domesticæ multiplices, sæpe sunt impedimenta infertim pusillanimis. Hæc vera sunt, sed alius aliud donum hæc. Hæc admonitio semper in conspectu habenda est, & multi cœlibes, etiamsi non sunt contaminata corpora, tamen habent animos occupatos illicitis flammis: Multi item magis excruciantur sordidissimis quærendorum præsidiorum, honorum, splendoris, quam pleuræque mediocres mariti.

DE EVANGELIO.

NON dubium est Apostolos singulari consilio, appellationem tam dulcem & blandam suæ doctrinæ tribuisse, ut insignis esset discrimen legis & promissionis de reconciliatione. Sicut & Prophetæ sæpe in hoc argumento vsi sunt peculiari verbo Basar, quod significat res novas & bonas nuntiare. Est autem εὐαγγέλιον vetus vocabulum, quod etsi apud Homerum significat munus dandum lætæ nuntianti, tamen alioqui in lingua Græca significat sermonem, res bonas & lætæ nuntiantem, sicut ea voce Apostoli vsi sunt, ut manifestæ testimonia multa sunt, ut Plutarchus in vita Artaxerxis clare dicit εὐαγγέλιον μισθόν, vbi Evangelium intelligi sermonem lætæ nuntiantem necesse est, & sunt in eodem loco plura testimonia, Estat testimonium in vita Pompeij, γράμμα ἰσοφύου προσηλασίου ἐπὶ τῶν τῶν κομίζοντες εὐαγγέλιον. Et prorsus sic locutus est Cicero ad Atticum. Admoneat igitur pios appellationis suavitas de nouæ doctrinæ genere, & de legis & promissionis discrimine. Nec vero huiusmodi nouas distinctiones magis argutas, quam necessarias, ut hypercritæ multi cauillantur. Iohannes Apostolos initio Evangelij saluberrimum discrimen proponit: Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, &c. Necesse est enim discerni præcepta, & remissionem peccatorum, discerni præcepta & promissiones. Item promissionem gratuitam, à promissionibus quæ non sunt gratuita. Est autem Lex, ut supra dictum est, doctrina requiritur perfectam obedientiam erga Deum, non remittit gratis peccata, pronuntiat iustos, id est, acceptos Deo; nisi legi satisfactum sit, qui

tantam habet promissiones, tamen hæc requirunt conditionem
 Legi. E contra Euangelium etsi concionatur de poenitentia
 bonis operibus, tamen continet promissionem beneficij Chri-
 sti, quæ est propria & præcipua Euangelij doctrina, & seiungenda à
 lege. Gratis enim remittit peccata, & pronuntiat nos iustos, etiam si
 legi non satisficiamus. Quomodo autem hæc consentiant, quod Eu-
 angelium pariter de poenitentia concionetur & lege, & tamen pro-
 missio sit gratuita, statim exponemus. Prius enim monendus est le-
 ctor, ut discrimen promissionum obseruet, habet enim & Lex pro-
 missiones. Sæd sciendum est, duplices esse promissiones in scri-
 pturis diuinis. Quædam sunt additæ legi, & habent conditionem le-
 gis, hoc est, exhibentur propter impletionem legis. Tales sunt pro-
 missiones legis. Lex docet Deum bonum & misericordem esse, sed
 his qui sunt sine peccato. Idem docet & humana ratio, habet enim
 ratio quandam noticiam legis. Hic se ipse quisque consulat. Deprehendit
 enim naturaliter se ita iudicare de Deo, quod sit misericors, sed
 rationi dignis, hoc est, his qui sunt sine peccato. Nec potest statuere
 seipsum placere Deo, cum sit indignus & immundus. Ita lex & pro-
 missiones legis, cum sint conditionales, relinquunt conscientias in
 dubitatione. ALIA est promissio Euangelij propria, quæ non
 habet conditionem legis tanquam causam, hoc est, non promittit
 propter impletam legem, sed gratis propter Christum. Hæc est pro-
 missio remissionis peccatorum, seu reconciliationis, seu iustificatio-
 nis, de qua concionatur præcipue Euangelium. Ut enim hæc bene-
 ficia essent certa, non pendent ex conditione impletæ legis. Si enim
 impletum esset, tunc demum nos habere remissionem peccatorum,
 cui legi satisfecissimus, desperanda esset remissio peccatorum. Ideo
 gratis donantur remissio & reconciliatio, seu iustificatio, hoc est,
 non propter nostram dignitatem. Et tamen oportuit esse aliquam
 causam pro nobis. Ideo Christus donatus est nobis, & factus est ho-
 mo propter ipsum certo statuamus nos placere patri. E s t
 hæc Euangelica promissio reconciliationis, legalium dissimi-
 lantia gratis pollicetur propter Christum. Ideoque Paulus hanc par-
 ticulam, Gratis, nobis diligenter & sæpe inculcat. Ut Roma. 4.
 Idem gratis ex fide, ut sit firma promissio. Nam hæc particula Gratis
 propter Christum, facit discrimen Legis & Euangelij. Si enim non
 volumus hanc particulam de gratuita promissione, manet in animis
 dubitatio, & Euangelium transformatur in legem, & nihilo certio-
 res recte conscientias de remissione peccatorum, seu iustificatione,
 quam lex aut naturale iudicium rationis. Sicut aduersarij nostri,
 qui vociferantur se docere Euangelium, tamen, quia non docent de
 gratuita reconciliatione, relinquunt conscientias in dubitatione, &

pro Evangelio docent Legem aut Hesiodum, hoc est, iudicium naturale rationis. Ergo intendenda mens est atq; oculi in hanc partem, Gratis. Ideo enim necesse est de gratuita promissione doceri, ut res sit certa, ut conscientijs eximatur dubitatio, ut habeantur tantum consolationem in veris terroribus. In his enim vere iudicari oportet, quam sit opus hac gratuita promissione. Et ad hoc certamen hanc doctrinam maxime referenda est. **I L L V D** autem sciendum est, promissionem oportere fide accipi: Id Paulus docet Roma. 4. **I**mpietas ex fide, ut sit firma promissio. Et Iohannes ait: **Q**ui non credit Deo, mendacem facit eum, &c. Proinde particula Gratis, non excludit fidem, sed conditionem nostræ dignitatis excludit, & nostram causam beneficij à nobis in Christum. Itaq; neq; obedientiam nostram excludit, tantum causam beneficij à dignitate nostræ obedientiæ transfert in Christum, ut beneficium sit certum. Concionatur igitur Evangelium de pœnitentia, sed ut certa sit reconciliatio, docet remitti peccata, & nos placere Deo, non propter dignitatem pœnitentiæ, aut nostræ novitatis. Hæc est necessaria consolatio pijs conscientijs. Atq; hinc iudicari potest, quomodo hæc consentiant, quod dicitur Evangelium concionari de pœnitentia, & tamen gratis promittere reconciliationem. Sed de hac collatione paulo post copiosius dicemus.

D E F I N I T itaq; Christus Evangelium Lucæ v. 1. plane ut artifex, cum iubet docere pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine suo. Est igitur Evangelium prædicatio pœnitentiæ, & promissio, quam ratio non tenet naturaliter, sed reuelata dominus, in qua Deus pollicetur, se propter Christum Filium suum remittere peccata, & nos pronuntiat iustos, id est, acceptos, & donat Spiritum sanctum, & vitam æternam modo ut credamus, hoc est, credidimus, hæc nobis propter Christum certo contingere. Atq; hoc gratis pollicetur, ut sint certa. Hæc sit Evangelij definitio, in quibus membris complexi sumus beneficia Evangelij propria, scilicet, quod propter Christum gratis remittantur peccata, quod gratis pronuntiemur iusti, hoc est, reconciliati, seu accepti, & hæredes vite æternæ. Hæc tria membra paulo post explicabimus. Tantum hic nomen, hæc propria Evangelij beneficia esse, quæ alioqui vno verbo Iustificationis comprehenduntur.

QVARE OPVS EST EVANGELII PROMISSIONE.

Postquam natura humana oppressa est peccato & morte propter Adæ lapsum, etiamsi manet aliqua noticia legis, tamen quælibet ret in natura peccatum, conscientia non possunt statueri de Deo

religione ignoscere, si nihil nisi legem audiant. Lex enim non docet
 remitti peccata. Sciamus autem nos non sine peccato esse. Idq;
 ceruimus, cum iudicio Dei vere perterriti mentes. Est
 opus gratuita remissione, Ideo Deus per misericordiam reue-
 nit, se velle nobis ignoscere ac restituere vitam æternam. Et addi-
 vimus pro nobis, scilicet Filium suum, vt sciremus hæc nobis
 propter Filium donari, non propter dignitatem nostram, aut merita
 nostra. Idq; Euangelium statim promissum ac reuelatum est post la-
 psam Adæ, ne deesset consolatio primæ illi Ecclesiæ.

Est quæ vnum & idem Euangelium, quo omnes sancti ab ini-
 tio mundi saluati sunt omnibus temporibus, Adam, Noë, Abraham,
 Iacob, Prophetæ, Apostoli. Non est igitur imaginandum, Patres le-
 ge natura saluatos esse, Iudæos lege Moysi, nos saluari nostra quadam
 lege. Ino vna lex est moralis omnium ætatum, omnium gentium, vt
 supra diximus, sed nec Patres, nec Iudæi, nec Gentes, nec nos ideo
 saluamus, quia legi satisfacimus: Nemo enim legi satisfacit. Et lex
 religio dubitantes conscientias. Atq; hoc interest inter Patres &
 Xenophontem, Ciceronem, ac similes viros optimos: Legem norant
 verum, sed Euangelium non norant vtriq;. Xenophon, Cicero, & simi-
 les dubitabant, an Deo curæ essent, an haberent Deum propitium, an
 mandarentur à Deo. Et si enim legem norant, tamen videbant se non
 esse innocentes. Lex autem docet Deum propitium esse his, qui sunt
 sine peccato. Non norant Euangelium de gratuita remissione pecca-
 torum. Abraham vero, Iacob & similes, quia norant Euangelium, sta-
 bant sibi remitti peccata, se habere Deum propitium, se Deo cu-
 rare esse, se exaudiri à Deo, etiamsi essent indigni. Ideo scriptum est:
 Abraham credidit Deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Vna est lex,
 in natura nota omnibus gentibus atq; ætatibus: Est & vnum Euange-
 lium, sed non natura notum, verum reuelatum diuinitus. Ideo Pau-
 lus vocat mysterium absconditum. Et Iohannes ait, Filius qui est in
 sima Patris, ipse enarrauit nobis. Sed hæc omnia erunt illustriora,
 cum dicemus paulo post de gratia & de iustificatione.

QVI A
 nunc diximus idem Euangelium fuisse patrum, videndum est quo-
 modo statim ab initio Euangelium reuelatum sit. Ac citabo paucos
 quosdam locos, ad quos in lectione Prophetarum referri similes de-
 bent: Nam Euangelium Paulatim clarius reuelatum est, & apparebit
 Prophetas predicasse hanc gratuitam reconciliationem.

PRO-
 pter Christum & beneficijs Christi primum reuelata est Adæ
 statim post lapsum, vt cum incidisset in iram Dei & mortem, haberet
 consolationem, qua sciret & Deum rursus propitium esse, & fore, vt
 vnus aliquando aboleretur. Nam hæc duo beneficia clare proponit
 illa primæ promissio, quæ etiam subobscura videtur, tamen Adæ in re
 præsentem

presenti non fuit obscura: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & illius semen, ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Mirabilis narratio est, & quæ impio scilicet & fabulosa videri possit: Sed pij vident res maximas brevibus verbis significatas esse. Describitur enim initio poena peccati, scilicet quod propter peccatum Diabolus crudeli tyrannide vexaturum genus humanum, videlicet peccatis & morte: Sicut ipsa mundi historia testatur, quæ tota in hac horribili concione Adæ picta ostenditur.

D E I N D E additur brevis descriptio regni Christi, scilicet tamen esse, ut semen mulieris conterat caput, hoc est, regnum seminis, hoc est, aboleat peccatum & mortem. Hac consolatione excitatur Adam, agnoscat se habere Deum placatum, et si videt se indignum & immundum esse: Videt quid amiserit, sed expectat semen suum, quo amissa iusticia & vita æterna restituantur. Hac fiducia misericordiam placet Deo: & quod additur, Diabolum insidiatum esse calcaneo seminis, intelligit fore ut & Christus & sancti assilantur in hac vita, & tamen Christus vincat regnum Diaboli. **POSTEA** nonatur hæc promissio ad Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Significat enim omnes gentes iam maledictas esse hoc est, Deum irasci omnibus gentibus, easque oppressas esse peccato & morte: Sed futuram, ut per Abraham semen rursum ab his malis liberentur. Atque ita interpretantur hanc promissionem ipsi Apostoli, ut constat ex Paulo & ex Actis. Præterea in eadem historia Abraham additur imago iustificationis. Deus consolatur Abraham, dicens: Noli timere, Ego sum protector tuus. Addit item promissionem de semine. Huic voci credit Abraham, hoc est, quantum videtur & agnoscit se immundum & indignum esse, tamen statim se habere Deum propitium propter ipsius misericordiam & promissionem, ita pronuntiatur iustus. Id exemplum docet, nos promissionem & fide reconciliationem consequi. Fides autem nititur non tantum dignitate, sed tantum misericordia Dei. **S E Q U E N T I A** paulatim multæ conciones & exempla de remissione peccatorum. Sed clarissima sunt sententiæ in Psalmis & Prophetis. In his clarè passim proponitur Euangelium. In Psalmis petit remissionem peccatorum, propter misericordiam, non propter suam dignitatem, sed pro merito, ut: Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non exaltabitur in conspectu tuo omnis vivens. Hæc certe non est legatio, quæ misericordiam petit, & confitetur peccatum, & quæ omnes condeninat, ut sciamus omnes gratis nobis remitti peccata. **Dixi**, confitebor adversum me iniusticiam meam, & tu remittes peccatum cordis mei, hæc describit sacerdotem Christum: Tunc

in æternum. Testatur igitur hunc sacerdotem placaturum esse
 nos, & redditurum esse æternam iusticiam, & æternam vitam,
 ut vocat æternum sacerdotem.

ET ad hanc sententiam de
 nostra remissione accommodandi sunt similes loci in Psalmis. Ita
 non da cefcent nobis suavissima carmina, & firmam consolationem
 ferrent. Nam si iudicabimus illas promissiones pendere ex nostra
 dignitate, cum Psalmi iubent nos lætari, confidere misericordia,
 semper reclamabunt conscientia, nos indignos esse, nihil pertinere
 has promissiones ad indignos. Quare aduersus hanc ipsam dubita-
 tionem erigendus est animus, & sciendum, quod illæ ipsæ voces, quæ
 nos lætari iubent, ideo propositæ sunt, ut medeantur illi ipsi dubita-
 tioni, conceptæ ex nostra indignitate. Quod si sentiemus nobis pro-
 mitti gratis reconciliationem, tum vero fides erit certa, & vere gra-
 tulabimur nobis misericordiam, & Deo agemus gratias. Sed tanta est
 infirmitas & angustia humani animi, ut hanc magnitudinem miseri-
 cordiæ non possit capere. Ita oppressi sumus opinione & iudicio leg-
 is, ut non possimus persuaderi de Euangelio, & omnibus & gratis
 offerri misericordiam. Quare fides perpetuo cum hac nostra infirmi-
 tate luctari debet, ut nos erigamus, & discamus Deo confidere, &
 cum vere invocare & colere.

A P V D Iesaiam multæ sunt
 notiones de Christo, de remissione peccatorum, de æterna vita.
 Cap. 53. clare testatur promitti remissionem peccatorum, & quidem
 propter Christum, non propter nostram dignitatem. Posuit Domi-
 nus in eo iniquitates omnium nostrum. Et ne Iudæi putarent se me-
 ritam remissionem peccatorum hostijs Leuiticis, testatur aliam ho-
 stiam restare, quæ vere sit abolitura peccatum: Poner animam suam
 lulum pro peccatis. Item: Condemnat omnes. Omnes, inquit,
 recedimus, ut sciamus nos propter misericordiam, non propter di-
 gnitatem nostram, consequi beneficia Christi. Postremo addit cla-
 rissimum testimonium: Noticia eius iustificabit multos. Quod certo
 sanandum sit nos ita iustos pronuntiari si agnoscamus Christum,
 si agnoscamus Deum nobis propitium esse propter Christum.
 Exponit erit dubitandum propter nostram indignitatem, non erit
 sententiam nos esse iustos propter Legem. Sed desino recitare plura
 testimonia: Hæc enim exempli causa recensui, ut animadvertant le-
 gitimè in scripturis, quæ loca proprie de lege, quæ proprie de Euan-
 gelio concionentur, & discrimen obseruent inter Legem & promif-
 siones Euangelij. Nam hi duo sunt præcipui loci, & capita præcipua
 scripturæ, ad quæ omnes partes prudenter referendæ sunt.

H A C T E N U S definiuimus Euangelium, & discrimen monstra-
 vimus legis & Euangelij. Sed hæc omnia erunt illustriora, cum de iu-
 stificatione, de fide & operibus dicemus. Nunc tantum vna quædam
 particula

particula addenda est, videlicet: Sicut necesse est scire, Euangelium esse gratuitam promissionem: ita necesse est scire, Euangelium promissionem vniuersalem esse: hoc est, offerri & promitti omnibus hominibus reconciliationem. HANC vniuersalem tenere necesse est aduersus periculosas imaginationes de prædestinatione, ne obtemus hanc promissionem ad paucos quosdam alios pertinere, non pertinere ad nos. Non enim dubium est, quin omnium animos imaginatio exercent. Et hinc ortæ sunt multæ disputationes scripturæ prædestinatione minime vtilis. Nos vero statuamus, Euangelij promissionem vniuersalem esse. Sicut enim prædicatio penitentia vniuersalis est, ita prædicatio remissionis peccatorum vniuersalis est. hæc colligantur sententiæ vniuersales de Euangelio, quæ passim in scripturis extant, vt Iohan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat. Item ait Paulum: Concluit omnes sub peccatum, vt omnium miseretur. Hæc nunc monuisse satis est. Nam de hac vniuersali iterum dicendum erit infra de prædestinatione. Quod autem non omnes consequantur Euangelij promissa, eo fit, quia non omnes credunt. Nam Euangelium etsi gratis promittit, tamen requirit fidem, oportet enim promissionem fide accipi: Ac particula Gratis, non excludit fidem, sed concludit conditionem nostræ dignitatis, vt supra dictum est, & pollet, vt promissionem accipiamus, id non potest fieri aliter nisi fide.

DE GRATIA ET DE IUSTIFICATIONE.

Hic locus continet summam Euangelij. Monstrat enim proprium Christi beneficium, proponit firmam consolationem populo, docet qui sint veri cultus Dei, quæ sit vera inuocatio, præcipit discernit Ecclesiam Dei à cæteris gentibus, Iudæis, Mahometanis, & Pelagianis, hoc est, omnibus, qui imaginantur hominem iustum esse lege seu disciplina, & iubent dubitare de remissione peccatorum. Ideo autem magna est opinionum in hoc loco dissensio. Quia plerumque sequuntur humana iudicia, neglecta simplici doctrina Prophetarum Christi & Apostolorum. Imo hanc transformant in Philosophicam extenuant peccatum in naturam, cogitant lege Dei tantum requirere disciplinam. Deinde imaginantur, nihil interesse inter Philosophicam & Christianam iusticiam. **O**MNIBVS ætatibus hæc præcipua & humanæ imaginationes obscurarunt veram Ecclesiæ doctrinam. Sic Pharisei sentiebant se lege iustos esse. Deinde quia necesse quærere de Messia, cur is venturus esset, fingebant ideo venturum esse, vt mundi imperium constitueret: non intelligebant oportere

scilicet fieri pro genere humano ad placandam iram Dei aduersus
 eorum, & aliam iusticiam donaturum esse. Sic & ante Phariseos
 tenent hypocrisis superiorum ætatum in Ecclesia patrum.

Sed Prophetæ hos errores taxabant, clamitabant, non tolli
 peccatum iusticia legis, manere peccatum in hac mortali natura, sed
 vitio esse credentes, & exaudiri & donari vita æterna à Deo propter
 promissum Saluatorem. Sicut David claris verbis inquit: Non iusti-
 ficabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et alio loco de Filio: Beati
 uisus qui confidunt in eo. Item Iesaias: Noticia eius iustificabit
 multos. Ita cum Christus & Apostoli renouassent doctrinam, statim
 postea sparse sunt opiniones humanæ de disciplina. Quia magnum
 quiddam est, regere externos mores. Deinde exorti sunt & fanatici
 Spiritus, qui profus transformarunt Euangelium in legem seu Pha-
 risaismum, sicut homines iustos esse lege, & ne Christus nihil vi-
 deatur noui attulisse, dixerunt eum aliquas nouas leges tradidisse, de
 cetero de non vindicando. Hæc deliria statim post Apostolos nata
 sunt. Nec non est mirum, postea quæq; caliginem secutam esse. Etsi
 non aliqui pij retinuerunt veram sententiam, tamen scriptorum
 magna dissimilitudo est, alius alio commodius loquitur, sed de scri-
 ptoribus alibi dicendum erit. Nunc hæc tantum præfari volui, vt cog-
 noscat pius lector, necessariam esse explicationem huius loci, de iusti-
 ficatione, & grata mente amplectendum esse beneficium Dei, qui Eu-
 angelij lucem rursus accendit. Neq; enim negari potest in doctrina
 nouæ horum esse errores, quos etsi nunc aliquantulum corrigunt, ta-
 men adhuc nervos ipsos retinent. De remissione peccatorum vocife-
 rantur non recte doceri, quod fide gratis propter Christum accipia-
 tur remissio peccatorum, nec admittunt, fide significari fiduciam mi-
 sericordie Dei: Imo iubent semper dubitare, an simus in gratia. De-
 inde addunt, quod mereamur remissionem propter contritionem &
 satisfactionem. Atqui contritio seu dolor, seu pavor sine fiducia miseri-
 cordie, quo vehementior est, eo magis impellit ad desperationem, vt
 Paulus inquit: Lex iram efficit. Deinde dicunt amplius, renatos Le-
 ges satisfacere, iustos esse propter impletionem legis, & hanc
 ipsam esse meritum & precium vitæ æternæ, nec reliquam in renatis
 obedientiam esse quiddam pugnantem cum lege Dei. Addunt item, re-
 natos tamen debere dubitare, an sint in gratia, & in hac dubitatione
 morandam esse. Hæc dubitatio palam est Ethnica. Nec leues sunt hi
 errores, sed Euangelio tenebras inducunt, obscurant beneficium
 Christi, tollunt veram consolationem conscientiarum, & veram inuo-
 cationem. Quare necesse est Ecclesiam de his tantis rebus admone-
 re. Exponam igitur clare & plane summam huius negotij. **P R T**

vt de disciplina clamitamus & nos: Omnes homines disciplina
 coercen-

coercendos esse, id est, iusticia illa, quam etiam non renati præbare debent & possunt. Sicut ait Paulus: Lex est posita iniustis. Et Deus præsentibus & æternis pœnis violationem disciplinæ punit. Arguens præconium est disciplinæ, quod Paulus inquit esse prædicationem in Christum. Quia scilicet, Euangelium non est efficax in his, qui non desinant ruere contra conscientiam. Quanquam autem nullius humana pulchrior est, quam disciplina, sicut vere dicit Aristoteles: Iusticiam formosorem esse Hespero & Lucifero, tamen non est credenda opinio, quod sit impletio legis, quod mereatur remissionem peccatorum, quod propter eam homo sit iustus, id est, reconciliatus Deo. Paulus inquit Iudæos intueri Moysi faciem velatam, id est, non recte intelligere legem Dei, quæ est vox arguens peccatum in carnis hominis, & ostendens iram Dei aduersus peccatum, & veros patres incutiens.

S E C cum de hoc intellectu legis, & de agnitione peccati concionatur Euangelium, putant multi tumentes per se sine sapientiæ, has esse hyperbolas Stoicas, quibus nihil opus sit. Sed cum disciplina per sese satis difficilis res sit, contendunt nihil amplius requiri, & hanc qualemcumque diligentiam mereri remissionem peccatorum, & esse iusticiam coram Deo, & ad has hauriri imaginationes Origenes, & monachi male detorserunt Paulum. Quare nativa Pauli sententia, ex ipso Paulo & reliquo consensu prophetiæ & Apostolicæ scripturæ discenda est, non ex humanis opinionibus.

S E C postquam hæc de disciplina præconium, nunc ad causam accedimus. Similis est Ecclesiæ cœca a principio post receptum Adam vsq; ad finem. Statim in paradiso institutum est ministerium prædicandæ pœnitentiæ, & data promissio de venturo liberatore, ex qua intelligebant primi parentes de reo. Sed hæc promissio paulatim clarius patefacta est, vsq; ad Christi prædicationem, qui & ipse hoc ministerioungebatur. Et Apostolus mandauit idem ministerium, inquit: Ite, prædicantes pœnitentiam & remissionem peccatorum in nomine meo. Quare semper in Ecclesiis sonare oportet prædicationem pœnitentiæ, quæ fit voce legis, quam Deus arguit peccata nostra cum externa tum interiora, quæ sunt, non timere, non diligere Deum, non confidere Deo. Fit & in Euangelij accusantis mundum, quod non audiat Filium Dei, non timeatur eius passione & resurrectione, &c. Ideo inquit Christus: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, quod non credunt. Et in i. Revelatur ira Dei de cœlo super omnem impietatem & iniquitatem hominum, &c. **V T** igitur expauit Adam seu David, & vocem Dei accusantis, ita mens non dura, non obliuata, expauit & agnoscit Deum vere irasci peccato, & punire peccatum. Hæc res sæpe descripti sunt in Psalmis. Psalm. 35. Non est timor

remota à facie iræ tuæ, non est pax osibus meis à facie peccatorum. Et quidem ut lex hanc iram generi humano denuntiat: omnes calamitates humanæ, sunt quasi vox legis, nos de ira Dei monens, & omnes ad pœnitentiam vocans.

TERTIO cum nos hominis hac vice arguente peccata perterrefacta est, audiat remissionem in Evangelio propositam, & statuat remitti sibi peccata gratis propter Christum per misericordiam, non propter contritionem aut dilectionem, aut alia opera. Hoc modo cum fide se mentem, donatur remissio peccatorum & reconciliatio. Si enim iustificandum esset, cum demum nos habituros esse remissionem peccatorum, cum contritio aut dilectio sufficiens esset, adigeretur animus ad desperationem. Quare ut habeat certam & firmam consolationem, pendet beneficium Dei non ex conditione dignitatis nostræ, sed ex sola misericordia propter Christum promissa. Cuius, Deus remittit peccata, simul donat nobis Spiritum sanctum, qui novas virtutes in pijs incoar, sicut Galat. 3. dicitur: Ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Hæc nihil habent perplexitatis, & à pijs mentibus in Ecclesia, quæ norunt exercitia spiritualia, pauores, consolationes, & imprecationem, clare intelliguntur. Nunc igitur testimonia addenda erant, sed vocabula prius diligentius declaranda sunt.

De Peccato, de Lege, supra dictum est, nunc de cæteris dicam, de vocabulis Iustificationis, Fidei, & Gratia.

IUSTIFICATIONE significat remissionem peccatorum, & reconciliationem, seu acceptationem personæ ad vitam æternam. Nam dicitur, Iustificare est forense verbum, ut sic dicam: Populus Romanus iustificavit Scipionem accusatum à Tribunis, id est, absoluit, seu librum pronuntiavit. Sumit igitur Paulus verbum iustificandi ex consuetudine Hebraici sermonis, pro remissione peccatorum, & reconciliatione seu acceptatione. Hanc esse vim phrasæ Hebraicæ etiam omnes norunt, & exempla passim obuia sunt. Quamquam autem in nota dixi, cum Deus remittit peccata, simul donat Spiritum sanctum incoantem novas virtutes: tamen mens perterrefacta, primo querit remissionem peccatorum & reconciliationem: de hac re de hac dimicat in veris pauoribus, non disputat, quæ virtutes vitæ sint, quæ etiam comitantur reconciliationem, tamen nequaquam inde à dum est, nostram dignitatem aut munditiam causam esse remissionis peccatorum. Ideo toties inculcatur particula Gratis.

DE VOCABVLO FIDEI.

Phrasæ diligenter consideranda est, & videndum quid agat Paulus cum ait: Iustificamur non operibus nostris, sed fide in Christi.

stum. Romanis auribus hæc oratio noua est, quare initio quærenda est natia sermonis interpretatio. Iustificari operibus significat consequi remissionem, & iustum seu acceptum Deo esse propter proprias virtutes seu facta. Econtra vero, Iustificari fide in Christum, significat consequi remissionem, & iustum, hoc est, acceptum non propter proprias virtutes, sed propter mediatorem filium Dei. Sic intellecto sermone conspici potest, quomodo hanc propositionem & vocem Euangelij, Iustificamur fide, Paulus opponat alteri, quæ vox humani iudicij seu legis, Iustificamur operibus. Vt Baptista miratur: Hic est agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ita Paulus nobis hanc victimam proponere, & docet propter hanc filium dari remissionem & reconciliationem, non propter nostras virtutes.

Quare cum dicit, Iustificamur fide, vult te intueri filium Dei sedentem ad dexteram Patris, Mediatorem, interpellantem pro nobis, & statuere, quod tibi remittantur peccata, quod iustum, id est, acceptum reputeris, seu pronuntieris propter illum ipsum Filium, qui fuit victima. Vt igitur vocabulum Fides, monstret illum Mediatorem, & nobis applicet, significat fides non tantum historice notitiam, sed fiduciam misericordie promissa propter Filium Dei. Hæc semper hæc propositio correlatiue intelligenda: Fide sumus iusti, id est, fiducia misericordie propter Christum sumus accepti, non propter nostras virtutes. Nam hæc misericordia fide seu fiducia apprehenditur. Hoc agit Paulus, vt illum mediatorem & agnum nobis proponat, & gloriam iusticie nobis detrahat, & testetur propter hunc propitiatorem nos recipi. Hanc esse mentem Pauli nihil dubium est, & sententiam ipsam esse veram & certam in Ecclesia, manifestissimum est. Patent enim omnes sancti, se etiam cum habent nonnullas virtutes, tamen non propter has accipere remissionem peccatorum, & reconciliationem, sed propter Filium Dei propitiatorem. Libere esse sic intelligi hoc dictum: Fide habemus remissionem, id est, hac fiducia, quod propter filium Dei recipiamur. Quæ veritas clamant huic enarrationi, his hæc oratio profus inanis sonitus est, & nihil significans. Iustificati fide pacem habemus. Deinde nec intelligunt ipsi, quale sit certamen conscientie luctans cum paucis & dubitatione, cum angitur de remissione peccatorum, nec paucos qui in vera penitencia existunt. Hos si considerarent, viderent mentes perterrefactas quærere consolationem extra sese, & consolationem esse fiduciam, qua voluntas acquiescit in promissa misericordie propter Mediatorem donatæ. Complectitur autem fiducia misericordie & noticiam historie: Quia fides inuenitur in Christum, quem agnosci necesse est esse filium æterni Dei, pro nobis sacrificium, resuscitatum, &c. Estque referenda historia ad promissionem

fectum, qui in hoc articulo proponitur, videlicet, Credo remissionem peccatorum. Ac rursus hic ipse articulus monet, vt fides agatur fiducia. Nam illi, qui non confidunt sibi remitti peccata, verba, Credo remissionem peccatorum, frustra dicuntur.

Deinde de intellectu propositionis: Fide iustificamur, nunc tenenda addam, quod fides in hac doctrina Euangelij significet fiduciam misericordiae promissae propter Christum.

QVIDAM de vocabulo *πίστις* litigant, nec aliud volunt intelligi, nisi doctrinam in Symboli professionem, vt vulgo dicitur: Fides Nicena, pro doctrina, seu dogmatum collectione. Sed Graecis plura significare verbum *πίστις*, constat. Nec dubium est Hebraica phrasi promiscue usurpata verba quae significant credere & confidere, vt Psalm. 2. Beati omnes qui confidunt in eo. Hic Hebraei legunt Hofe. Et quod Paulus citat in Ieremia cap. 28. Qui credit, non confundetur, in Hebraica lectio est Hamaemin. Eodem verbo quod significat credere, sapissime pro confidere vitur lingua Hebraea, vt Dan. 6. Quia credidit Deo. Et Psalm. 78. duo synonyma coniunguntur: Quia non credidit Deo, & non confisi sunt in Salvatore suo. Ac sunt manifesta exempla in sermone Christi: O mulier, magna est fides tua. Item: Fides tua saluam te fecit. In his & similibus dictis constat fide significari fiduciam. Sequi autem Paulum phrasin Hebraicam non dubium est. Deinde infinita occurrunt apud Graecos exempla, vbi *πίστις* simpliciter significat confido: vt in vulgari versiculo Phocylidis, *πίστις μὲν πίστις ἐσὶν ἅπαντες ἐστὶν ὁμιλῶν.*

ET in Phoenicia quarta Demosthenis, *ἀλλὰ εἰ συμμάχων ἐννοίᾳ πίστις*, καὶ τὸν ἄλλον ἰχθύον, Et contra Androcionem, *σὺ δὲ πίστις*, καὶ τὸν αἰσίου. Et apud Plutarchum interrogatus Solon, qua re confidit, responderet se opponere Pisistrato, respondit, Senecca. In hoc loco est *πίστις*. Nec difficile esset acernum testimoniorum colligere. Testamus ergo vim verbi, *πίστις* & sciamus significare utrunque assensum & confido. Graecis magis vagatur vocabulum *πίστις*: Sed nos sciamus in Ecclesia significare assensionem firmam & fiduciam, quae enim *πιστὸς* dicitur. Et vera est haec definitio Fidei: Fides est assensus vniuerso verbo Dei nobis proposito, adeoque & promissioni gratiae Reconciliationis donatae propter Christum mediatorem, eoque fiducia misericordiae Dei promissae propter Christum mediatorem. Nam fiducia est motus in voluntate necessario respondens assensui, seu quo voluntas in Christo acquiescit, quod cum sit, accenditur Spiritu sancto & noua luce, vt postea dicam.

VISITATIONIS
FIDEI est autem *πίστις*, pro firma assensione dicere, in qua significatione

catione opponitur incertæ opinioni. Sic Plato inquit, homines non habere *μόνιμον πίσιν* de idea boni, id est, stabilem assensionem. Etsi enim homines intelligunt recta, tamen propter contumaciam cordis, propter pravas cupiditates assensio excutitur. Et ista est significatio, Fiducia, sicut in versu Theognidis, *πίστις ἔσται ὄλεωσα, ἀπισίη δ' ἐσώωσα*. Et apud Hesiodum: Fiducia & fiducia fuerunt exitiales. Ceterum alia sunt significationes, quarum principua est, *πίστις* pro fidelitate, id est, pro virtute pacta seruare. In vbi locum habeat in sacris libris, diligenter considerandum est. In profecto in iudicandis controuersijs Ecclesiasticis, in quolibet vera verborum significatio, sententiæ congruens, quaerenda est. In studia linguarum referenda sunt. **S A E P E** autem, ut dixi, *πίστις* fidelitatem significat, ut in versu Sopoclis, *πιστὸς δ' ἐπίστις*, id est, fidelitas perijt. Et sepe alias, ut apud Polyb. lib. 2. *ἐρχοντο δὲ πάλῃ εἰς τὴν πίσιν ἢ τὴν ἄλλω καλοῦσιν θίαρ*, antecelabant fidelitate seruante pacta, vel, quod idem valet, de, id est, autoritate, quæ eis tribuebatur, quod videlicet esse fideles, seruantes pactorum, iusti, benefeci. Deinde multa significationes ex hac nascuntur, quæ nihil ad Pauli disputationem pertinent. In Jybius *δοῦναι ἐαυτοὺς εἰς πίσιν ῥωμαίων*, dedere se in fidem Romanorum, id est, in fidem Romanorum pacta seruantium, iudicium clementia moderantium. Item, *δοῦναι πίσιν*, promittere fidelitatem. Et apud Rhetores & Aristotelem *πίστις*, probationes, argumenta, testimonia significant. **H A E** metonymia non sunt ad Pauli disputationem referendæ. **O** rem miseram. Ecclesia vere, ut in versu Græco dicitur, inter barbaros nationum sermonem dedidit. Nonachi veras significationes obruerunt, nouo genere doctrinæ corrupto. Quare pij redeant ad Prophetas & Apostolos, ac propriam Ecclesiæ linguam iterum discant & instaurent. **Q**uo autem Paulus fiduciam misericordiæ intelligi velit vocabulo Fidei, ex frequentibus testimonijs perspicuum est. Rom. 4. confertur promissio ad fidem et relative: Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Hic dicitur perlat, ut assentiamur promissioni, ac ut possimus assentiri, aut gratiam esse, quia si conditio impletæ legis addita esset, sequeretur de ratio: Placeres Deo si Legi satisfaceres. At Paulus dicit, Ideo gratiam esse promissionem, ut sit firma credenti. Vult ergo nos ad promissionem. Id assentiri reuera est hæc fiducia amplectens promissionem. Hæc explicatio labefactari non potest. **P R A E T E R** considera vim promissionis Euangelicæ. Si nihil opus est ad promissio profus est inanis sonitus, quæ tamen ideo tradita est

sumur, & vt assentiri possimus. gratuita est. Item, cur Iohannes
 Qui non credit Deo, mendacem eum facit. Et Paulus inquit:
 habuitque diffidētia, sed firmus fide dans gloriam Deo, & certus,
 hęc ac clare ostendunt, requiri, vt assentiamur promissioni. Deniq;
 sonat in Ecclesia hęc vox, Propter filium Dei remittitur tibi pec-
 ca, si dicas, non esse assentiendum? Hoc quid aliud est, quam vt Io-
 hannes inquit, Deum mendacij arguere? **II. R O M. 5.** Iustificati
 sē, pacem habemus. At noticia historię non affert pacem, imo au-
 get pauores & desperationem, sicut in Diabolis. Quod enim terribi-
 lus est signum irę Dei, quam placari Deum nō alia victima potuisse,
 nisi filij morte? Vident Diaboli se reiectos esse, sciunt filium Dei iu-
 dicem constitutum esse, se futuros in æternis pœnis: Vident & homi-
 nes in veteri pauoribus, cum alia multa signa irę Dei aduersus pecca-
 ta, mortem, & alias infinitas calamitates, tum vero hoc ipsum signū,
 quod in Dei non potuit placari, nisi per filium. Huius historię noti-
 cia auget pauores si fides non est fiducia applicans nobis hoc benefi-
 cium, si non est statuendum: Ideo passus est filius Dei, vt tibi igno-
 scatur, quāquam male merito, &c. Hęc fiducia consolatur mentem
 perterrefactam, & pacem affert. **III. SIMILIS** est explicatio

de aliorum multorum testimoniorum, Iustus ex fide viuēt. Certe hi-
 storie noticia nemo viuēt, quę potius auget cruciatus. Nec legis noti-
 cia quisquam viuēt. Si habueris virtutes sufficientes, placebis. Ne-
 cesse est igitur fidem intelligi, quę statuit nobis Deum propitium esse,
 & accipietur in promissa misericordia. **E O D E M** modo & hoc
 fidem intelligi necesse est: Omnis qui credit in eum, non confun-
 detur. Item in Psalm. Osculamini filium: Beati omnes qui confidunt
 in eo, vbi verbum Hebraicum proprijsime significat confidere.

II. E R N E S. 4. Per quem audemus accedere confidentes per
 filium eius. Hic Paulus tribus insignibus vocabulis naturam fidei de-
 scribit. Audet, accedit, confidenter. Magna res est accedere ad Deum
 iudicem, vere & horribiliter iratum peccato. Hic iterum noticia hi-
 storie deterret nos, nisi statuamus filium nobis ducem & propitiato-
 rem esse, & per hunc nos duci ad Patrem: Hoc statuere est fiducia, de
 qua inuenitur. Sic & Rom. 5. ait: Per quem habemus accessum fide. Et
 Job. 4. Habentes talem Pontificem, accedamus cum fiducia ad thronum
 gratię. Ex hoc dicto vtrunq; discimus, & præcipi hanc fiduciam
 in inuocatione, & fidem in similib. locis intelligendam esse fiduciam.

Se id ideo reclamant multi, quia hunc ipsum cultum Dei, scilicet,
 fidem in inuocatione non intelligunt, & imaginantur dubitatio-
 nem perpetuam, an à Deo recipiamur & exaudiamur, non esse pec-
 catum. Porro hoc peccatum quale sit, & quam nocens, in vera lucta
 inspicitur, & quia abijcit promissionem Dei, arguit eum mendacij.

Act. 15. Fide purificans corda. Si fides tantum significat noticiam, qualis & in Dæmonibus est, hoc dictum profus erit inane. Constat autem in eo ipso loco disputari de iustificatione, & quidem contrari, quod non purificentur corda per iusticiam Legis, sed aliter, videlicet, si credant se per gratiam Domini nostri Iesu Christi saluati.

A **D** **D** **I** potest & acerbis testimoniorum, in quibus vocabulum fidei ponitur pro fiducia, ut O mulier, magna est fides tua. Item Luc. 7. Fides tua saluam te fecit. Et 2. Paral. 20. Credite, & secuti estis. In talibus dictis palam apparet, fidem vocari fiduciam expectantiam Deo consolationem & auxilium, & quamuis obiecta externa distincta sunt, tamen semper primum & principale fidei obiectum est Deus reconciliatus iuxta promissionem, seu promissio reconciliatio. Tunc David perit & expectat auxilium in bello, cum statuit se habere Deum propitium, & tanta varietas externorum obiectorum & periculorum nobis proposita est, ut sit occasio exercendæ fidei, & apprehendendi simul spiritualia beneficia, ut illa ipsa communis pecunia docet. Postquam dictum est, Panem quotidianum da nobis hodie, illi additur: Et remitte nobis debita nostra. Fugeret Deus mens in petendis corporalibus, nisi simul agnosceret nobis ignosci, nos recipi in gratiam, ac propterea nos exaudiri & iuari.

A **C** ad intelligendas multas sententias, vtile est hoc considerari, quod fides de reconciliatione semper se præluceat in petitione & expectatione corporalium: Sic & Abraham petebat hæredem à Deo, & promissum credebat, quæ posteritatem pollicebatur, sed simul agnoscebat Abraham, & confidebat sibi à Deo ignosci, se quanquam indignum recipi à Deo per misericordiam, propter liberatorem promissum patris. Hanc esse vim verbi, Credidit, Genesis 15. testatur præcedens promissio & consolatio: Noli timere Abraham, Ego protector tuus & merces tua magna valde. In hac dulcissima consolatione Deus testatur se propitium esse Abraham, se defensorem, adiutorem eius & iuuatorem esse. Hanc promissionem intuens, confidit Abraham se recipi in gratiam Dei. De hac fide igitur dicitur, Imputatum est ei iusticiam. **P** **O** **S** **T** **R** **E** **M** **O** definitio fidei in Epistola ad Hebræos testatur, Fide significari fiduciam, cum inquit: Fides est quæ sperandarum rerum sperandarum. Constat enim ijs, quibus phrasia *ἡ πίστις* significare expectationem, hoc est, fiduciam expectantiam.

R **E** **C** **E** **N** **S** **V** **I** testimonia ex Prophetis & Apostolis, quæ cum perspicua, spero satisfactura dextre iudicantibus. Fateor autem per se plerumque scriptores, ut Origenem & alios, tradidisse aliud per doctrinam & insincera, sed aliqui eruditiores nobiscum reuertuntur, etsi hi quoque alias commodius, alias incommodius loquantur.

In Augustino passim sunt obuia testimonia. De spiritu & lite-
 rapit: Ex lege timemus Deum, fide confugimus ad misericordi-
 am, Fides dicit, Sana animam meam, quia peccavi tibi. Hæc si
 intelligantur, non possunt nisi de fiducia misericordie intelli-

CLARIOR est Augustini locus Psal. 31. Qui sunt beati? non
 in quibus non inueniet peccatum, nam in omnibus inuenit: Om-
 nes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Si ergo in omnibus pec-
 cata inueniuntur, remanet, vt non sint beati, nisi quorum remissa sunt
 peccata. Hoc ergo Apostolus sic commendauit: Credidit Abraham
 Deo, & imputatum est ei ad iusticiam. Hic certe Augustinus fidem in-
 telligit fiduciam, quæ accipit remissionem peccatorum. Et dictum
 in Genesi ac Paulo prorsus intelligit, sicut nos enarramus.

ADAM & Bernardi testimonium, quod extat in concione de
 Annuntiatione.

N E C E S S E est primo omnium credere, quod
 remissionem peccatorum habere non possis, nisi per indulgentiam
 Dei, sed adde, vt credas & hoc, quod per ipsum peccata tibi donan-
 tur. Hoc est testimonium, quod perhibet Spiritus sanctus in corde
 tuo dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Sic enim arbitratur Apo-
 stolus, gratis iustificari hominem per fidem. In hoc dicto perspicue
 & proprie recitatur sententia Ecclesiarum nostrarum, & extant simi-
 lia testimonia apud hunc autorem.

B A S I L I V S etiam pro-
 pterissime recitat nostram sententiam in concione de Humilitate his
 verbis: Qui gloriatur, in Domino gloriatur, dicens, quod Christus
 nobis factus sit sapientia à Deo, iusticia & sanctificatio & redemptio.
 Sic scriptum est: Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hæc est enim
 perfecta & integra gloriatio in Deo, quando neq; propter iusticiam
 suam quisquam essetur, sed agnoscat sese indigere vera iusticia, fide
 suam sola in Christum iustificari.

D E N I Q U E res ipsa confi-
 detur. Melius enim intelligi vox Euangelij potest in præfenti lucta,
 quam cum otiosi & securi, tanquam ex longinquo has disputationes
 audimus. Quam tibi ipsi propones consolationem, cum mens vere
 conturbatur pauore & metu iræ Dei? nonne in ea consternatione confu-
 gendum erit ad mediatorem Christum, & cogitandum? Crede pro-
 pter hoc victimam tibi ignosci. Sicut vbiq; iubet Euangelium cre-
 dere, quod propter peccata nostra Filius Dei mortuus sit, vt Rom. 4.
 dicitur. Cogitandum & hoc, Per filium est accessus ad Deum, Rom.
 5. Per hoc hæc fides, qua te sic consolaris, haud dubie est fiducia acqui-
 sita in filio Dei. Certe non sic cogitandum erit: Tam diligo De-
 um, iam habeo virtutes & merita, ideo Deus me recipiet. Ergo luctam
 hanc & consolationem inuenientes, intelligemus existere pauores, &
 erigi animos fiducia intuentem filium Dei, quibuscumq; verbis eloqui
 hæc voluerimus, sed Prophetæ & Apostoli vtuntur in hac re nomine

Fidei. EODEM modo pij omnes quotidianam invocationem suam considerent, quoties incipis invocare Deum, obtrepit tibi multiplex indignitas tua, metuis tuas preces non admitti. Hic queritur consolatio aliqua: quæ nam? certe non cogitas, iam habeo vires, quarum dignitas meretur recipi meas preces, sed quæris medullas nobis donatum, cogitas illam vocem, Venite ad me omnes quiboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Item, Quicquid petitis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Item Hebre. 7. Semper vult, ut interpellet pro eis, Credis igitur placere Deo invocationem accipi propter hunc Pontificem vna interpellantem. Hoc certe, certe est fiducia erigens & consolans animum. De hac re, de consolatione dimicamus, quibuscumque verbis ut alij volunt, rem rem cupimus. Nam qui dissentiunt, rem ipsam obruunt, iubent semper dubitare, & quidem sepeliunt Christum, quia profus non docent tendam ab eo consolationem, non iubent ut eius beneficio. Quis fides non est fiducia intuens Christum, & acquiescens propter Christum, certe non applicamus nobis eius beneficium, neque vim eius beneficium. Necessè est igitur fide intelligi fiduciam applicationem nobis beneficium Christi.

QVARE cum dicitur: Fide iustificamur, non aliud dicitur, quam quod propter filium Dei accipimus remissionem peccatorum, & reputemur iusti. Et quia oportet apprehendi hoc beneficium, dicitur fide, id est, fiducia misericordie propter Christum. Intelligatur ergo propositio correlatiue, Fide iustus seu accepti. Nota est enim natura relatiuorum nominum. Et veritas, timor, & alia quædam affectuum nomina sunt relatiua secundum dei, ita & fiducia. Nec inuisas reprehensiones indoctorum hic permisco.

ET quod obijciunt quidam, huic fiducie adiungitur dilectionem, non repugno: Sed cum dicimus: Fide iustificamur, monstramus filium Dei sedentem ad dexteram Patris, interpellantem pro nobis, propter hunc dicimus nobis donari reconciliationem, abstrahimus meritum reconciliationis nostris virtutibus, quæcumque sunt. Et tamen postea suo loco dicitur, Dilectionem & alias virtutes in renatis existere oportere. AC in summa, cum accusamus hoc dogmate, quod dicimus, Fide iustificari hominem, tantummodo accusamus, quod dicimus, nos propter filium Dei accipere reconciliationem, non propter nostram dignitatem, & quod hoc credendum sit, seu quod hac fide vel fiducia apprehendendum sit beneficium, opponendum meritum Christi peccato nostro, & damnationi nostræ, & quod in hac fide seu fiducia intuente filium Dei, Deus invocatus sit. Has autem sententias esse ipsam Evangelij vocem, & perpetuam veræ Ecclesiæ consensum, certissimum est. Nec dubito bonos & agnoscere

offere, hanc explicationem vere esse Pauli doctrinam, eamque gratiam amplecti. Ac de tota re prouoco ad consensum Ecclesie, id est, sanctorum & piorum: Eius Ecclesie testimonium grauisimum iudico.

Quo d' autem alij multi rabiose reclamant, & conueniunt, vocabulo Fidei nihil nisi noticiam historice significari, & prout infinitas cauillationes, meminerint pij vocem Pauli, qui inquit: Israel sectando Legem iusticie, ad legem iusticie non peruenit. Ratio humana intelligit iusticiam operum, hanc miratur vnam, & illa quae de iusticia fidei dicuntur, quia sunt aliena à politicis operibus, acerbè odit. Sed nos sciamus, suum locum esse iusticie operum longe vero alia consolatione opus esse in quaerenda reconcilia-

tione. Haec de vocabulo Fidei breuiter recensui, quae nihil habet perplexitatis, aut sophisticæ, & ad phrasin Hebraicam vere congruat. Sit igitur hæc definitio: Fides est assentiri vniuerso verbo Dei nobis proposito, & quidem promissioni gratuita reconcilia-tionis donatæ propter Christum mediatorem: Estque fiducia misericordie Dei promissæ propter Christum mediatorem. Nam fiducia est motus in voluntate, necessario respondens assensu. Estque Fides virtus apprehendens & applicans promissiones, & quietans corda, sicut fuit perspicue docent hæc verba: Iustificati fide pacem habemus erga Deum per Christum, per quem & accessum habemus fide in gratiam hanc. Cum autem dicimus de assensu promissionis, complectimur omnium articulorum noticiam, & in Symbolo ceteri articuli referuntur ad hunc, Credo remissionem peccatorum, Credo vitam æternam. Hæc est enim summa promissionum & finis, ad quem ceteri articuli referuntur: Quia filius Dei missus est, vt Iohannes inquit, tolleret opera Diaboli, id est, tollat peccatum, vt instaureret iusticiam, & vitam æternam.

DE VOCABVLO GRATIÆ.

ETIAM Philosophi viderunt excellentem virtutem non existere sine motu diuino, vt fortitudo in Alexandro diuinus impetus est. Hæc secuti imaginationem monachi, Gratiam tantum intellectuum nouas virtutes à Spiritu sancto excitatas. Et cum dicitur accipi remissionem per gratiam, sic sunt interpretati, Accipi eam propter plus virtutes. Hæc interpretatio prorsus pugnat cum Paulo. Itè de fide seu de fiducia in Christum, aut fiducia gratuita imputationis nihil dixerunt. Quare imaginatio eorum magna ex parte Philosophica est, & obscurat beneficium Christi, & doctrinam de gratuita imputatione. Plurimum igitur refert, vocabulum Gratia proprie, vt est, & dexte intelligi.

ROM. 5. Duæ sunt appellationes, Gratia, & Donum per Gratiam. Est autem gratia, remissio peccatorum

f 4 gratuita,

gratuita, seu misericordia, seu acceptatio gratuita. Deinde donum per gratiam, significat donationem Spiritus sancti, & vitæ æternæ, id est, nouam & æternam iusticiam & vitam, quæ hic incoatur, & postea perficitur. Ita & Iohan. 1. dicitur: Lex per Moysen data est, gratia de veritas per Iesum Christum facta est. Hic quoq; gratia vocatur gratuita remissio peccatorum, seu acceptatio propter meritorum. Deinde, Veritas est vera lux, id est, vera agnitio Dei, vera & æternitas iusticia & vita, quæ hic incoatur, sed postea perficitur. Loquitur enim de toto beneficio Christi, quasi dicat, Legem quidem audiuimus, hæc non tollit peccatum, non tollit cæcitate in mentibus, id est, dubitationes de Deo, & fremitum aduersus Deum iudicantem. Hoc non affert veram & æternam iusticiam, sed tantum disciplinam æternam nobiscum morientem, quæ non est æterna seu durabilis & perpetua iusticia. **S**E**D** per Messiam dantur hæc ingenia monent. Primum Gratia, id est, remissio peccatorum gratuita, & imputatio iusticiæ. Deinde etiam veritas, id est, vera lux, agnitio Dei, & veritas æterna iusticia & vita. Est igitur Gratia vocabulum significat remissionem peccatorum gratuitam seu misericordiam, tamen etiam firmatur accedere donationem Spiritus sancti, & clara voce damnatur Pelagij errorem, qui prorsus sustulit discrimen Philosophiæ & Evangelij, & finxit, vt in Philosophia, homines etiam sine Spiritu sancto legi Dei satisfacere posse, & eam disciplinam esse iusticiam Evangelij, nec opus esse donatione Spiritus sancti. Hos furor damnavit, quia certe nouam & æternam vitam incoari hic oportet, quod non fit sine Spiritu sancto, vt passim clamitat vox cælestis in Euangelio & Prophetis. **S**I **T** igitur hæc definitio Gratia. Gratia est remissio peccatorum, seu misericordia propter Christum promissa, seu acceptatio gratuita, quam necessario comitatur donatio Spiritus sancti. Nec difficile est iudicare de vocabulo, ijs, quibus phrasus Hebraica nota est. Significat enim Hebraica vox sæpe fauorem, interdum etiam donum. Nunc testimonia adijciam, quæ testantur gratiam in hac quæstione præcipue significare gratuitam misericordiam, seu gratiam tam reconciliationem. Rom. 4. Operanti merces non imputatur secundum gratiam. Hic perspicue gratiam intelligit gratuitam benevolentiam seu imputationem. Est enim Antirhefts: Laboribus detur merces: At credenti, etiam si non affert merita, tamen se imputatio iusticiæ gratuita. **E**O**D**E**M** modo postea loquitur: Non ex fide secundum gratiam, vt sit firma promissio, id est, vt sit certa conciliatio. Non pender ex conditione nostræ dignitatis, sed est gratuita. Nam si iudices ita te habere remissionem, si dignus ac meritissis, sequetur infinita dubitatio & desperatio. **R**o**m**. 4. **E**tis sub lege, sed sub gratia. Hic Paulus hoc ipsum agit, nos per

propter Filium, non propter nostram dignitatem, cum quidem
 sit hæretic in renatis ingens imbecillitas & peccatum. Significat
 Gratia gratuitam misericordiam promissam propter filium.

R o m A . 5 . Vbi abundavit peccatum, superabundavit gratia, id
 est peccatum damnatum est horribili ira Dei, quam non satis in-
 digere vlla creatura potest, tamē gratia exuberat, id est, misericor-
 dia propter Christum promissa maior est, qua contingit nobis remis-
 sio & reconciliatio, ac gratia, id est, promissa misericordia vult nos
 habere. Quare non est intelligenda nostra virtus, seu obedientia,
 qua certe non est confidendum. S i c & Heb. 4. dicitur, Acce-
 demus ad thronum gratiæ, vt misericordiam, & gratiam, & auxilium
 opportunitim inueniamus. Thronum gratiæ ipsum mediatorem intel-
 ligit, quod dicit, Thronum placantem iram patris. C v m au-
 tem pharis hebræa eruditus nota sit, non est opus longiore disputa-
 tione, sed hoc diligentissime considerandum est, quod exclusua parti-
 cula Gratis, sæpe repetita à Paulo, inest in definitione Gratia. Si-
 gnificat autem hæc exclusua, dari reconciliationem propter filium
 Dei mediatorem, non propter nostram dignitatem, non propter nos-
 tra merita, non propter nostras virtutes aut facta. Nec tamen exclu-
 dit hæc particula virtutes ipsas, sed conditionem dignitatis seu meri-
 ti excludit, & transfert causam reconciliationis in solum filium Dei.
 In Petri conversione necesse est existere pœnitentiam & fidem, qua
 fuerat sibi ignosci, & necesse est sequi alias virtutes, & tamē pro-
 pterio vera est, & necessario retinenda, Gratis remitti peccatum,
 quia non propter virtutes Petri, sed propter filium Dei remittitur.

E t quia plurimum refert hanc exclusuam recte intelligi, ex-
 ponam quatuor causas, propter quas eam retineri & defendi necesse
 est. 1. Vt debitus honos Christo tribuatur. 2. Vt conscientia certam
 & firmam consolationem retineat, & explodatur pestilens error eo-
 rum qui subter dubitare. 3. Vt vera inuocatio præstari possit. 4. Vt
 multiplicetur discrimen legis & Euangelij. H A S causas breui-
 ter enunciamus, vt semper in conspectu sint. Diligenter autem singulæ
 considerandæ sunt. P R I M A hæc est, vt debitus honos Christo
 tribuatur. Nam qui transferunt causam remissionis in opera homi-
 num, dupliciter peccant. Iram Dei & peccatum extenuant, deinde
 detrahunt filio Dei debitum honorem. Nam humana cæcitas & securi-
 tatis non intelligit iræ Dei magnitudinem aduersus peccatum. Ideo
 magis eam placari humana disciplina, & Christum amplectitur, vt
 iustorem illius disciplinæ seu legislatorem, non vt victimam pro
 peccato, cum Iohannes clamitet: Hic est agnus Dei, qui tollit pecca-
 ta mundi. Et Iesai. Qui ponit animam suam pro peccato, videbit se-
 culum longuam.

SECUNDA causa est, vt conscientia certam & firmam consolationem habeat. Hanc & Paulus inculcat Rom. 4. Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio. Hæc sententia magis perspicua est in presenti veram luctam perterritæ mentis. Scimus ex lege & ratione naturali, Deum bonum & misericordem esse, sed erga eos, quibus sunt rei. Non igitur querit mens in vero pauore, an Deus sit misericors, sed hæc est luctæ epirasis, an tibi contaminato peccato reo velit ignoscere, & propter quod precium. Hic necesse est inuocem Euangelij audire de exclusiua & de Mediatore, quod Doro te recipere velit gratis, id est, non propter tuam dignitatem merita, sed propter filium Dei, idq; credendum esse. Si hæc certum ignoretur, confirmatur dubitatio, videlicet: si existimes non remitti peccata, nisi cum satis dignam contritionem aut dilectionem habeas, hærebit dubitatio, quæ alias contemptum Dei, alias eorum desperationem parit. Hæc facile iudicari possunt à pijs. Est enim humanis mentibus inest dubitatio, tamen sciendum est propter ipsam causam, ne dubitemus de reconciliatione, Filium Dei esse æterni Patris promissionem claram & certam reconciliationis iussisse, opponendam iudicio rationis, sicut in Iohanne dicitur: Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis. **REPUGNANTIA** est igitur dubitationi, & erigenda fides, quod vere velit Deus propter Filium recipere & exaudire. Estq; explodendus impius error uersariorum, qui ignari Euangelij, & tantum rationis humanæ obsequium sequentes, iubent dubitare, & asringunt dubitationem necesse peccatum. Hunc perniciosum errorem taxari necesse est, quia peccatum est, non accipere promissionem. Item, Deo promissionem non tribuere laudem veritatis, vt 1. Iohan. 5. dicitur: Qui non credit Deo, mendacem facit eum. Et summa blasphemia est contumacem uocem, quæ de cælo sonuit: Hunc audite. **TERTIA** causa de inuocatione ex prioribus oritur, & discrimen tenendum est inter Ethnicam inuocationem & Christianam. Inuocant Ethnici, filii habitantes, an Deus respiciat ac recipiat eos & eorum preces, ut in primis crebra sunt hæc querelæ, non respici, non exaudiri calumniosos à Deo. Et in vero dolore, cum fugit mens Deum iratum, ut certe non inuocat. Econtra Euangelium docet inuocationem, in qua fides præluceat. Est enim obstrepit tibi indignitas tuas, tunc incoas inuocationem, tamen fides intueatur filium Dei, sicut scriptum est: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo dabo uobis. Item per hunc habemus accessum ad Deum. Talis inuocatio propria est veræ Ecclesiæ, prorsus ignota ijs, qui nesciunt de gratuita remissione, seu de hac exclusiua, de qua cogit

divales, cum repetit particulam Gratis. Sic & Daniel inuocat
 1. Non in iusticia nostra precamur, sed in misericordia tua
 propter Dominum. Nec aliud nos volumus aut docemus de ex-
 clusa, quam quod hic inquit Daniel. Et sunt exempla multa in Psal-
 10, quæ ita dulcescent pijs, si intelligatur gratuita reconciliatio:
 11. Et apud Dominum misericordia. Si addas erga dignos, satis me-
 ritos, erit vox legis terrorem incutiens: Sed si intelligas iuxta Eu-
 angelium, vt docet Paulus, & sentit Psalmus: Misericordia, certo re-
 cipiens nos propter Mediatorem gratis: Hæc vox affert consolatio-
 nem, & fugientem animum reuocat ad Deum, & exulcitat ad veram
 inuocationem.

QVARTA causa est, vt conspiciatur discrimen
 legis & Euangelij, Nam etsi lex habet promissiones, tamen non pro-
 mittit gratis remissionem peccatorum, seu reconciliationem, seu im-
 puritatem iusticiæ, sed tantum eum pronuntiat iustum, qui præstat
 integram obedientiam, & est sine peccato, vt hæc dicta ostendunt:
 1. Malidus qui non permanferit in omnibus quæ scripta sunt in lege.
 2. Qui fecerit hæc, viuet in eis. Sed Euangelium monstrat nobis
 Filium Dei mediatorum, & clamat, nobis propter hunc gratis dona-
 tum reconciliationem. Insigne igitur discrimen facit legis & Euangelij
 particula Gratis, qua amissa non potest non sequi magna Euangelij
 caligo. Sciam enim obrepit opinio, dari remissionem propter no-
 stra opera, quo errore admissio, obruitur doctrina de fide, de vero ho-
 mine Christi, & de firma consolatione conscientiarum.

E x-
 1. quæ quantum referat exclusiuam retineri, sed videndum est et-
 iam, vt recte intelligatur. Cum enim dicit Paulus, Gratis fide pro-
 pter Christum consequimur remissionem, non hoc vult, non exille-
 reuocationem in his qui conuertuntur, aut non sequi cæteras vir-
 tutes. Imo vult hæc adesse: Sed excludit conditionem meriti seu
 dignitatis nostræ, negat contritionem & nostras virtutes causas esse
 reconciliationis, & testatur causam esse meritum Christi mediatorum.

1. 2. sententia: Fide propter Filium Dei gratis accipi recon-
 ciliationem, non propter nostram dignitatem. Hæc sunt perspicua,
 vt, sine vlla sophistica, & nihil perplexi, nihil intricati conti-
 nent.

Næc aliud volunt nostri cum dicunt, Sola fide iusti-
 ficamur, quam quod iam dixi, Gratis fide propter Christum conse-
 quimur remissionem peccatorum, non propter nostram dignitatem.
 Nec accipit particula Sola contritionem aut cæteras virtutes, ne
 est, sed negat eas esse causas reconciliationis, & transfert causam
 in solum Christum. Suntq; correlatiue intelligendæ hæc senten-
 tiæ, Fide, id est, fiducia Christi sumus iusti, hoc est, propter Chri-
 stum sumus iusti: Gratis, id est, non propter dignitatem nostram.
 1. 2. credendum est, vt beneficium Christi amplectamur, & in mis-
 ricordia

ricordia, propter Christum promissa acquiramus. **N**unc
addam testimonia ex Paulo, quæ ostendunt vere hanc esse Evangelii
doctrinam, quam recensui de iustificatione, quod videlicet honoran-
dum sit, nos propter filium Dei gratis fide consequi remissionem pec-
catorum, & reputari iustos, id est, acceptos Deo ad vitam æternam.
Prodest autem hæc testimonia in conspectu habere, non solum ut
futandos aduersarios, sed multo magis ad nos ipsos confirmandos
ad fidem excitandam in omni inuocatione. Nam hunc cultum, ut
opus præcipue requirit Deus. Hic cultus verum honorem sibi
tribuit, cum videlicet propter hanc victimam & hunc placatum
uocamus Deum, & credimus per hunc Pontificem perferri nos
preces ad æternum Patrem. **R O M A. 3.** principalis propositio
huius disputationis pluribus verbis traditur: Omnes peccatores
& carent gloria Dei. Iustificamur autem gratis ipsius gratia per
demonstrationem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propi-
torem per fidem in sanguine eius. Initio, ut ostendat homines
esse iustos propria mundicie, inquit: Omnes esse reos, & carere
gloria Dei, id est, sapientia & iusticia, quam Deus approbat seu dicit
gloriam. Deinde addit quomodo reconcilientur, cum ait: Iustificamur,
id est, consequimur remissionem peccatorum, & reputamur iusti
seu accepti gratis ipsius gratia, id est, misericordia gratuita propter
Christum, quem proposuit Deus propitiatorem. Addit autem, quod
camur in sanguine eius, id est, placatur ira Dei per mortem filii sui.
hoc beneficium fide applicari oportet. Statuendum est, quod propter
hunc propitiatorem & propter eius mortem, tibi vere propitiatus
Deus, non propter tuam dignitatem. Hæc fides est fiducia, quæ peccata
& vitam cordibus affert, ut supra de fide dictum est, & quæ in Christo
acquirebitur. **D E I N D E** Paulus in quarto capite iustificationem
firmationem huius propositionis, & testimonia ac argumenta repro-
feret. Primum testimonium sumtum est ex Genesi. Verum obstat
hanc perpetuam esse Ecclesiæ doctrinam, allegat primam copiam
de modo iustificationis, quæ extat in Moysi. Allegat & illam, quæ
qui proponitur, ut ab ipso cæteri discant promissiones & veritatem
tuum Dei: Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustificationem.

S E D hic, priusquam cætera Pauli argumenta addo, reponam
sunt quædam calumniæ eorum, qui conantur eludere Pauli dicta. Sunt
enim multi prophani homines, qui contumeliose exagitant Pauli
& clamitant, eum aliena dicta ad suam causam, vel per insensibilem
sophisticæ detorquere, eamque ob causam nec scripta, nec auctoritate
Pauli magnificiunt. Sed hæc impia iudicia ex ipsorum iactantia
untur. Cum non intelligant, exercitia fidei in veris pauperibus
meriti est, non videre eos, quomodo congruant dicta, quæ hinc

solent homines vel odisse, vel superbe contemnere, quæ non
 pugnant. Sed pij sciunt Apostoli vocem, tanquam vocem Dei de
 sonantem, audiendam esse: Sciunt Paulum nec ludere præsti-
 tisse errore falsa dicere, sed intelligere suam causam, & recte ex-
 plicere: Sciunt item congruere Pauli doctrinam cum scriptis Pro-
 phetarum. Discipuli simus Apostolorum, non simus eorum calumnia-
 res.

Porro aduersarij vt eludant dicta de fide, affingunt in-
 terpretationem, ac dicunt Synecdochen esse, Fide scilicet formata, vt
 loquuntur, id est, adiunctis cæteris virtutibus, quæ professioni
 congruant. Atq; ita intelligunt Fidem esse noticiam historix, & re-
 sponsa sentiant hominem non iustum fide, sed virtutibus cæteris. Quod
 autem hæc Synecdoche pugnet cum ipso Paulo, perspicue ostendi po-
 test. Ideo enim Paulus toties repetit particulam Gratis, vt ostendat
 nos non consequi reconciliationem propter nostras virtutes, sed propter
 propter mediatorum. Et ideo dicit, Fide, vt iubeat intueri illum media-
 torem ac statueri, quod propter ipsum, non propter nostras virtutes
 sumus filij Dei. Hæc manifeste pugnant cum Synecdoche aduersario-
 rum.

DEINDE Synecdoche illorum concedit perpetuam dubi-
 tationem. Places, si satis habes meritorum. Pugnat autem & hæc du-
 bitatio manifeste cum doctrina Pauli. Iuxta illud: Iustificati fide pa-
 cem habemus. Dubitatio autem affert desperationem & odium Dei.

Hæc præfati sumus cæteris testimonijs, quod in eis expresse
 continetur particula exclusiua, refutans Synecdochen: Item men-
 tionem pugnantis cum dubitatione. Nec nos interpretationem ali-
 quam Paulo affingimus, sed retinemus proprietatem sermonis, seu
 sensum, non calumniose aut superstitiose, sed collata perpetua di-
 scussione, collatis omnibus epistolis Pauli, collatis etiam dictis
 Prophetis: Deniq; veræ Ecclesiæ iudicio collato, quæ intelligit do-
 ctinam de remissione peccatorum, & de exercitijs fidei.

FACILITATE aduersarij, se à verbis discedere, quia dicunt fide, scilicet
 formata, hoc est, non fide, sed cæteris virtutibus. & iactant se tueri
 Paulum. Sed cum eorum interpretatio haud dubie pugnet cum ipso
 Paulo necessario taxanda & repudianda est. Cum ab omni vita, tum
 maxime doctrina de Deo, remouenda est omnis sophistica. Ideo bo-
 na hereticeamus ea, quæ tradidit Deus per Prophetas & Aposto-
 los, eas de re & proprie explicemus. Quid autem planius
 ac simplicius dici potest hac voce? Etiam si existere in nobis peni-
 tentiam oportet, tamen statuendum esse, quod non propter nostras
 virtutes, sed propter Filium Dei mediatorem recipiamur, & placea-
 mus Deo. Quid hæc vox habet absurdi? Postulat vt absint virtutes,
 & tamen causam reconciliationis transfert in Christum, tribuit
 Christo

Christo debitum honorem, & monstrat pijs firmam consolationem. Econtra aduersariorum interpretatio multos continet manifestos errores.

Duo absurda complectitur. Iubet homines perpetuo dubitare de remissione, & interim ait mereri homines remissionem propria dignitate: Ita detrahitur Christo debitus honos, & conscientia relinquuntur in dubitatione, quæ plane est Ethnica. Non enim interest inter Paulum & Atticum, si uterq; pariter dubitat de deo respici & exaudiri, & quidem toties dicunt aduersarij dubitationem illam non esse peccatum. Præterea renatos dicunt iustos esse prima dignitate, nec peccatum esse caliginem illam interiorem, dubitantes de providentia, & de reconciliatione, & contumaciam contra, quod leuiter timet, non ardentem amat Deum, ut debebat, & hinc alios multos errantes motus, ac vitiosos affectus. Hæc excessus, & quidem dicere audent, hæc mala non pugnare cum lege Dei. Cum igitur Synecdoche illa manifestos errores contineat, omnia aduersariorum interpretatione, redeamus ad Paulum. Ac tunc recte teneamus, discamus ab ipso Paulo doctrinam de remissione peccatorum & fide, non inuehamus humanas opiniones de nostro. Deprehendemus autem in ipsis Pauli argumentis refutationem illius Synecdoches. Rom. 4. recitat Paulus argumentum, quod in hæc conclusio præcipuum est, & ex ipsis fontibus sumitur. Si promissio reconciliationis penderet ex conditione legis, tanquam ex causa, foret incerta, sed oportet hanc promissionem conscientijs nostris certam esse. Igitur necesse est gratis promitti remissionem peccatorum & reconciliationem, ac fide accipi, non propter dignitatem nostram.

MAIOREM probat Paulus, Quia lex iram efficit, id est, nemo legi satisfaciatur, Lex accusat omnes: quare necesse esset conscientias semper dubitare, ac in desperationem ruere, si sententia foret, ita demum nos recipi, postquam legi satisfecerimus. Quæ sententia autem securæ & otiosæ mentes non mouentur hoc argumento, nec in veris terroribus agnoscimus nos reos esse. Necesse est igitur etiam hanc sententiam de gratuita reconciliatione, sicut Paulus arguit. Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Verget particulam gratis, illam ipsam Synecdochen refutat: Habes remissionem gratis, propter impletionem legis, ut dicit Synecdoche: Imo electio peccatorum exoriri non potest, nisi prius fide statuas iram Dei placatam esse. Roma. 7. dicitur, Fide per Christum habemus accessum ad Deum. Res ostendit in hoc argumento Synecdochen illam refutari.

OBSERVARIIS autem & hoc, quod idem locus docet significari non tantum historiam noticiam, qualis est in Diabolo, assensum, quo promissioni credimus, seu fiduciam misericordiam in promissione offertur. Iubet enim fide accipi promissionem,

Deum vere velle tibi ignoscere, te recipere, ac postulare: et
 fides, & hac fide ipsum inuocet. Talis fides non est tantum hi-
 lare noticia, aut præceptorum, quæ potius ingentes terrores in-
 carnis, vt recte dicit Iacobus de ea noticia: Dæmones credunt
 contrahunt, norunt filium Dei, sed non amplectuntur promif-
 sionem. Ideo horribili metu iudicij impendentis cruciantur. Ephes.
 Gratias saluati estis per fidem, idq; non ex vobis, Dei donum est, non
 ex operibus, ne quis gloriatur. Diserte excludit nostram dignitatem,
 & iustitiam fide reconciliatos esse. Non igitur concedendum est, vt
 iustitia deprauetur per illam Synecdochen, sed sentire Apostolum
 illud dicit, Statuamus Fide propter Christum nos ingratiã re-
 cipere esse. Gal. 2. Scientes quod non iustificetur homo ex operibus
 legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credidi-
 mus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.

Poreo alij alijs cauillationibus eludunt dicta. Quidam aiunt;
 tantum est illud ceremonias Mosaicã, alij fatentur detrahi iustifica-
 tionem operibus non renatorum. Sed hæc cauillationes à sanis, pijs;
 & animabus veritatem, facile refutari possunt. Fateri enim sanos ne-
 cessè est, nec ceremonias, nec moralia opera præcedentia, vel sequenti-
 bus regenerationem, mereri remissionem peccatorum. **P O S T R E M O**
 cum congeruntur dicta de Fide plurima, iustificari fide pacem ha-
 bentur. Item: Corde creditur ad iusticiam, &c. Hæc & similia aduer-
 sus omnia contendunt improprie & incircumspecte dici, & assin-
 guntur ex humano iudicio interpretationem. Nos vero collatis omnib;
 sententijs Paulinæ disputationis, & testimonijs Prophetarum, iudica-
 mus nihil sensisse quod dicit: Fide homines iustos reparari, hoc est,
 propter Christum mediatorem accipere remissionem peccatorum &
 reconciliationem, fiducia misericordiæ propter ipsum promissæ, non
 propter nostram dignitatẽ. Deinde vt hæc sint planiora, docemus et-
 iam, cum hoc modo corda sustentantur voce Euangelij, & fide erigun-
 tur, accipere ea Spiritum sanctum, sicut Paulus inquit Gal. 3. Vt prom-
 issionem Spiritus accipiamus per fidem. Non igitur de aliqua otio-
 sa gloria loquimur, & errant imperiti, qui existimant remissionem
 peccatorum contingere otiosis, sine aliquo animi motu, sine certam-
 re fiducia consolante animum. **C V M** autem Spiritus sanctus
 in illa consolatione nouos motus & nouam vitam afferat, dicitur hæc
 consensus, regeneratio, Iohan. 3. & sequi nouam obedientiam ne-
 cessè est, vt postea dicam. **E T** cum conscientia quærit remissio-
 nem peccatorum, seponantur quæstiones de Prædeterminatione. Nam
 operatio peruenientia ad omnes pertinet, ita promissio gratiæ est
 vniuersalis, & omnib; affert reconciliationem. Ac prodest hoc loco
 dicere in conspectu aliquas vniuersales sententias, vt nos vere in-
 illas

illas includamus, sciamus vere nobis quoque Deum velle ignoscere, nos exaudire & recipere. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis. Iohan. 3. Ut omnis qui credit in eum, non pereat. Act. 10. Hinc omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Act. 16. hoc omnis qui credit iustificatur, Rom. 3. Iusticia autem Dei per Iesum Christum in omnes, & super omnes. Hic repetita est particula universalis, ut sciamus eam scribenti non excidisse casu. Rom. 10. Omnis qui credit in eum, non confundetur. Non est enim discriminatio Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Conclufit Deus omnes sub inobedientia, ut omnium miseretur. Intelligatur & dictum: Deus vult omnes homines saluos fieri. Nemo de voluntate Dei secus iudicandum est, quam docet Euangelium, quod ideo ex sinu æterni Patris prolatum est, ut certo nobis voluntas Dei patefieret. Deinde diligentissime consideremus hoc verbum mandatum Dei esse, ut omnes audiant Filium, iuxta illud: Hæc est voluntas Patris, ut omnes qui credunt in Filium, non periant. **A V D I T E**, & credant promissionibus Dei. Hæc si quis expedit intelliget salutarem doctrinam & consolationem pijs proponi.

D E Libero arbitrio alias dictum est. Cum in conuersione exordium sit à verbo Dei, certe id audiendum est, & cum verbo Deo efficacax est Spiritus sanctus, erigens & adiuuans corda, cum fide sustentamus. Nec otiosi indulgeamus diffidentia aut alijs vitijs contra conscientiam, nec conturbemus Spiritum sanctum, sed affertur verbo Dei, & obsequamur Spiritui sancto. In hac laude seruamus voluntatem repugnantem diffidentia & alijs vitijs, non esse salutem. Hoc ipsum monet Paulus, inquiens. 2. Cor. 6. Adhortamini frustra gratiam Dei accipietis. Vult audiri Euangelium, vult non sentiri & obsequi, non indulgere contra conscientiam impugnantem. Præterea Luca 11. dicitur: Dabit Spiritum sanctum petentibus. Vult inquit aspernantibus, conturbantibus & repugnantibus. Vult inquit luciferinos cum infirmitate nostra. Vult nos agnoscere peccata, & querere liberationem, non retinere ea contra conscientiam, quæ tur est otiosa voluntas. **E X P O S V I** doctrinam Euangelij de remissione peccatorum, & de reconciliatione seu iustificatione, & quanta potui proprietate. Nec dubito hanc ipsam esse sententiam eruditorum patrum, etiam si qui interdum incommode loquuntur. Nihil intricati, nihil perplexi, nullæ insidiæ, nulla sophistica hæc sententia, quam recensui, aut in explicatione nostra. Quid simplicius dici potest, quam consequi hominem remissionem peccatorum & reconciliationem propter Christum mediatorem fide, id est, propter promissam misericordiam propter ipsum, & non propter virtutes ipsius.

hæc sententia facile intelligi & iudicari potest ab omnibus pijs
in veris exercitijs pœnitentiæ, & in quotidiana inuocatio-
ne profecto fieri non potest, nisi fides inueniatur mediatorem,
per quem exaudiamur. Ideoq; ad Ecclesiæ iudicium prouoco,
ut, ad pios, eruditos, & intelligentes exercitia pœnitentiæ & in-
carnationis.

DE BONIS OPERIBVS.

Obiæ exposita est doctrina de reconciliatione & de fide, ne-
cesse est addi doctrinam de bonis operibus, seu de noua obœdien-
tia. Plurimum igitur & clare dico: Obœdientia nostra, hoc est, iusticia
bonæ conscientie seu operum, quæ Deus nobis præcepit, necessario
sequitur reconciliationem debet. Christus enim clare præcepit de pœni-
tentiâ, & Paulus inquit: Debitores sumus, ne secundum carnem vi-
uamus. 1. Corinth. 6. Ne errate, fornicatores, adulteri, idololatræ,
fures, &c. non possidebunt regnum Dei. 1. Iohan. 3. Nemo seducat
vos, qui facit iusticiam, iustus est, qui facit peccatum, ex Diabolo est:
Ad hoc apparuit Filius Dei, vt destruat opera Diaboli. Regeneramur
igitur in reconciliatione, vt noua obœdientia in nobis incoëtur. Sic
est ad Ephes. scriptum est: Ipsius opus sumus, conditi per Chri-
stum Iesum ad opera bona, quæ præparauit Deus, vt in eis ambule-
mus. Continet enim hæc sententia & doctrinam necessariam, & con-
solationem. Primum enim de necessitate concionatur, cum ait: Nos
autem conditos esse ad bona opera. Deinde consolatio est, quod in-
quit: Deum præparare in Ecclesia bona opera, vt in Samuele, Dau-
ide, Elia, Jeremia & similibus, admirabilia opera præparauit, per
quæ & vocat, & regit, & conseruat Ecclesiam. Et vt alibi dicitur:
Quæruis hoc Deus, quod operatus es in nobis: ita hic Paulus ait,
Præparata à Deo bona opera, id est, non solum mandari, ordinari &
regi, sed etiam adiuuari, & stabiliri. Etsi luctatur Ecclesia cum
magnis difficultatibus, vt ostendunt Jeremiæ, Pauli, & similibus af-
flictiones, tamen res magnas gerit, & salutare alijs, etiamsi mundus
magis ex parte eas non intelligit. Sed nos intelligere vocationem
deorum debemus, vt opera præparata à Deo faciamus.

Sunt autem de bonis operibus hæc quinque præcipua quæstio-
nes. 1. Quæ opera sint facienda. 2. Quomodo fieri possint.
3. Quomodo placeant. 4. Cur facienda sint. 5. Quod
sit discrimen peccatorum, cum necesse sit fateri, quod in hac vita ma-
gna peccata in Sanctis.

DE PRIMA QVÆSTIONE.

Quæ opera sint faciendâ?

EA quæ nobis præcepta sunt in verbo Dei, & summa completio est in Decalogo: De quo sciendum est, non tantum externa Decalogi faciendâ esse, quæ etiam ab impijs vicijs, simulari possunt, sed incoandam esse interiorem obedientiam. Sunt autem operum tria, quæ ad primum præceptum pertinent, Credere verbo Dei, Timere Deum, Confidere Deo. Timor conspicitur in contritione peccatorum, magis conspicitur, cum erigit perterrefactos. Sed hæc virtutes tota vita durare & exerceri debent. Et Fides, quæ statuit iam totum Deo receptos esse, quia agnoscit bonitatem Dei erga nos, patet liberationem Dei, qua subijcimus nos voluntati Dei. Deinde sequuntur cætera bona opera, iuxta omnia præcepta.

ADVERSARIJ videri volunt doctrinam operum præclare tradere, cum plerumque tantum de externa hypocrisis dicant, aut de humanis ceremonijs. Operum vero primæ tabulæ, & fontem bonorum operum ignorant & obstruunt. Nihil dicunt de fide, quæ est fiducia misericordix & gratiæ ecclesiæ liberationis, necessaria in omni inuocatione. Sublata autem hæc vincit dubitatio, quæ aut contemnit Deum, aut fugit iratum, & non vere inuocat. Porro hanc dubitationem hypocrisis & approbationem confirmant, negant fidem intelligendam esse fiduciam misericordix Dei, sed tantum significare noticiam qualis est in Diabolis. Preterea dolendum est, ita depravari doctrinam Prophetarum & Apostolorum, ac potius acerbissimi cruciatus perferendi sunt, quam contemendum in his dictis, fidem non significare fiduciam misericordix Dei. Credidit Abraham Deo, &c. Item, Iustificati fide pacem habent. Item: Per Christum habemus accessum fide. Item: Nunc accessum habetis in fide filij Dei. Non sinamus eludi & depravari hæc dicta, sed certo sciamus ea concionari nobis de fiducia misericordix, & in omni inuocatione discamus ad Deum accedendum esse fiducia misericordix, nec recipi nos propter nostram dignitatem.

Et præcipuum opus bonum hæc ipsa fides seu fiducia misericordix, quæ exercenda in omnibus vitæ periculis, & in omni inuocatione. Dum inuocatur, credit se Deo placere propter promissionem, & quia se vocatum esse ad hanc obedientiam in sua functione, obtemperat & expectat à Deo gubernationem periculorum. Hic intellectus discernit veram Ecclesiam Dei à reliqua multitudine. Vnde honeste Cicero, bene meretur de toto genere humano in gubernatione Reipublicæ, imo intelligit etiam Deum esse vnâ quandam mentem, causam boni, vt definiuit Plato, & simulacra illius

qua colebat, nihil habere numinis: Sed tamen postea de prouidentia obruitur mens Ciceronis dubitatione, quia ignorat promissum Dei, dubitat se & alios exaudiri, & iuuari ab eo, præsertim in amirantibus, in quibus etiam irascitur Deo deserenti. Talis est & al. Interest igitur inter Ciceronem & Ieremiam. Ieremias seruit in Reipub. sed huic operi præluet fides. Statuit Ieremias se Deo placere & exaudiri, ac seruari à Deo, etiamsi videt se ingenti mole calamitatum obrui, deleri patriam, ciues dissipari, multos manifesto beneficio diuino seruatos deficere à Deo, grassari inter se mutuis caecibus, postremo & sese mactari. Talia spectacula Ciceroni obiecta, prius miserunt eum in tenebras & infinitam dubitationem. Nec potest humana mens sine fide aliud cogitare, quam quod apud Lucazum dicitur:

Anne nihil postum est? sed fors incerta vagatur,
Fertq; refertq; vices, & habent mortalia casum.

Sed tales dubitationes vicit Ieremias, & ingenti constantia sensit se Deo placere, & hac fide perijt & expectauit bonos euentus suæ gubernationis, qui post annos septuaginta secuti sunt. De hoc interiore cultu præcipit Christus inquiens, Veri adoratores adorabant Patrem in Spiritu & veritate, id est, spiritualibus & veris motibus, timore, poenitentia, fide & inuocatione, & similibus. Et hunc cultum vocat Paulus rationalem, λογικόν, videlicet, in quo mens intelligit Deum, agnoscit iram Dei, & rursus fide se sustentat, & quidem fides inuenerit filium Dei, & agnoscit nos propter Christum Mediatorem recipi à Deo. De hoc cultu interiore & Iesaias concionatur, taxans hypocritas, qui putabant cultum esse externam disciplinam & ceremonias templi. Sic igitur inquit, Hæc dicit Dominus, Ad quem respiciam? Ad afflictum & contritum spiritu, & trementem firmos meos. Ita & Psalm. 49. taxat superstitionem externorum cultuum, & flagitat interiores cultus & veram inuocationem, Inuocant me in lege tribulationis, &c. Hæc satis sit breuiter monuisse de prima questione, & de interiore cultu. Iam cum tanta sit infirmitas humana mens, tanta dubitatio, cum hæc infirma natura hominum natura sit ingenti mole calamitatum, quæri mox solet, quomodo possint præstare veros cultus.

DE SECUNDA QVÆSTIONE.

Quomodo possunt fieri bona opera?

NON indulgendum est ignauiæ humanæ, sed sæpe dixi externos motus humana diligentia, & humanis viribus utcumq; regi posse, & Deum postulare hanc diligentiam, vt scriptum est: Lex est iniustus

iniustis posita. Item: Ne contristetis Spiritum sanctum. Sed interiore obedientia non potest incoari sine agnitione Euangelij, & sine Spiritu sancto. Primum enim dilectio Dei existere non potest, nisi prius audita voce Euangelij de remissione. Mens ignara reconciliationis, aut contemnit Deum, aut fugit iratum: Ideo non potest interior dilectio, nisi prius audita voce Euangelij de reconciliatione. Exemplarissima sunt. Ut igitur dilectio oriatur, necesse est præcedere, hoc est, fiduciam misericordiae, de qua diximus. Iam & hoc ostendendum est, cum fide eriguntur perterrefactæ mentes, simul datur Spiritus sanctus, qui excitat novos motus in corde, congruentes legibus. Et sic dari Spiritum sanctum, clare docet Paulus Galat. 3. Ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem, & hanc ipsam condonationem, & præcipuos effectus Spiritus sancti, dulcissimis verbis descriptis Zacharias cap. 12. Effundam super domum David Spiritum gratiae & precum. Vocat Spiritum gratiae, eo quod testificatur in cordibus nostris, quo Deus sit nobis propitius, cum videlicet mouet corda, ut promissioni assentiamur, & statuamus nos à Deo recipi. Deinde conagnouimus misericordiam Dei, inuocamus, diligimus, & subiectionem nos ei. Nominat igitur postea spiritum precum. Complexus est igitur præcipuos cultus, qui sunt fontes vniuersæ obedientiæ, scilicet inuocationem. Sumamus autem ex hoc dicto, & doctrinam & adorationem. Mentinerimus in hoc ipso dicto nobis præcipi, ut horum cultus præstemus, ut credamus Deo, & inuocemus eum. Excitatur igitur & contristatur Spiritus sanctus, extincta fide, & conturbata reuocacione per lapsus malæ conscientiae. **P**ost lapsum humani generis secuta est ingens infirmitas, & accedunt insidiæ Diaboli, qui odio Dei grassatur in genus humanum, studet augere aduersus Deum contumaciam, contumelias, blasphemias, impellit ad varia peccata imbecillum hominum naturam, incitat praua ingenia ad fingendum opiniones contra verbum Dei, dissipat Ecclesiam & regna, & uertit orbem terrarum iniustis bellis, pellit Ecclesiam ex hospitio, ut eam dissipet ac deleat. Ita primum incendit Cain luore de obitu fratris, eaq; cædes non solum ipsum Abel, sed etiam parentes interfecisset, nisi diuinitus sustentati fuissent. Hæc exempla tristiciorum casuum in toto genere humano quotidiana sunt. Quam miserabiles exitus fuerant summorum virorum, Saul, Ionathas, Heli, Heli, Priami, Achillis, Aiæcis, Pompeij, Cesaris, & innumerabilium aliorum. Deniq; notæ sunt querelæ de inconstantiâ fortunæ, de tantis ruini. florentis fortunæ: Nescis quid serus vesper vehat. Et subito casu. quæ valere, ruunt. **Q**UANTVM igitur vniuersum genus humanum in perpetuis periculis versatur, tamen Ecclesia multo durius concutitur: Quia Diabolus vehementius eam oppugnat.

statum in Genesi dictum est, Serpens mordebit calcaneum eius, venenato morfu non exiguum vulnus infixit Dauidi, ita singulatur tanquam leo rugiens, vagabundus, & quærens quem detur. Quanta seuitia grassatus est in Ecclesiam, postquam Mahometus furor creuit annos iam nongentos? quæ ruinæ Ecclesiarum seuitæ sunt? quæ iam est regnorum species in tantis Regum dissensionibus? quid aliud cogitari potest, quam breui Turcas reliqua Europa perdituros esse? CVM igitur res ostendat, grassari Diabolum & insidiari nobis, & manifesta sit infirmitas humanæ naturæ, opponatur auxilium nobis ostensum in Euangelio.

Quodnam?

I. **POLLICETUR** filius Dei seipsum nobis affuturum esse, & depellere Diaboli seuitiam. Ideo inquit Iohannes: Ad hoc apparuit filius Dei, vt destruat opera Diaboli, peccatum, mortem, blasphemias, dissipationes, quas molitur Diabolus. Sic seruati sunt Adam & Eua in luctu, intuentes in promissionem, fide se sustentarent, & petierunt à Deo aliam sobolem, per quam propagaretur veritas, & cetera. Et protexit eos filius Dei aduersus Diabolum, & Spiritum sancto erexit mœstas mentes. Sic Iacob inquit de filio Dei, Angelus qui me eripuit ex cunctis malis, benedicat pueris istis. Nam hæc propria sunt filij Dei officia, benedicere & liberare à cunctis malis, ab ira Dei, à morte æterna, & pœnis alijs, iram Dei comitantibus. Et apud Iesaiam vocatur Christus Emanuel, id est, nobiscum Deus, quod nobis assit opulator. Excubat igitur pro nobis, & depellit Diabolum.

PRAETEREA effundit Spiritum sanctum in corda inuocantium: Ideo dicitur Iohan. 14. Non relinquam vos orphanos, quod peretis in nomine meo, faciam, & ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, Spiritum veritatis, &c. Hæc auxilia reuerentiam experiemur, si aduersabimur prauis affectibus & insidijs Diaboli, & in his certaminibus inuocabimus Deum, fiducia filij Mediatoris, sicut ipse nominatim inquit: Si quid peretis in nomine meo. Oportet enim discrimen esse inter inuocationem veram, seu populi Dei, & inuocationem Iudaicam, seu Turcicam. Duo in omni inuocatione fides initio statuat, quod hunc æternum Deum esse credas & inuocanti est Pater Domini nostri Iesu Christi, pro nobis crucifixi & resurrexerit. Deinde, quod propter hunc Mediatorem vere audiantur & respondeant tuæ preces. Hæc diligenter obseruent pij: Nam hæc inuocatio præcipue facit discrimen inter Ecclesiam, & Gentes pugnantem cum Euangelio.

HÆC doctrina de secunda quæstione semper sit in conspectu, sciamus vere nobis esse adiutorem & defensorem Altissimi Dei, sicut & Paulus inquit, affuisse cum populo in deserto. Et sciamus vere dari Spiritum sanctum inuocantibus, sicut scriptum est: Misericordia, dedit dona hominibus. Sic regnat, vt dona sua, iusticiam,

vitam, consilium, gubernationem, successus & alia bona imperant. Et vt sic de auxilio Dei sentiamus, confirmemus nos testimonij Evangelij, & discutiamus tenebras humanæ mentis, quæ fingit Deum otiosum esse, non curare singulos, vt Homerus fingit Iouem quæsitum in cælo, abiisse ad conuiuium in Aethiopiâ. Hæc deliramenta significant, quales sint humanæ cogitationes de Deo, quas misericors sui vt extirpentur, & accendatur vera agnitio Dei, vere agnoscimus iram Dei, & misericordiam.

DE TERTIA QVÆSTIONE.

Quomodo placent Deo bona opera?

CONSTAT pias mentes angere & optare, vt placeat obedientia Deo. Sed in tanta infirmitate nostra vident esse mutilam, impeditam, imperfectam, contaminatam. Sicut Paulus inquit: Non quæ volo bonum, hoc facio. Quærent igitur, quomodo placeant Deo?

ALITER autem iudicant hypocritæ, aliter anxie & pauidæ mentes: Hypocritæ putant se Legi satisfacere, se iustos, id est, amicos Deo esse propter propriam dignitatem, seu Legis implevitatem, vt Phariseus Luca 18. Ac semper aliqui tales sunt, qui admittunt suas virtutes, sibi sapientiam & iusticiam prolixè tribuunt, præsertim in rebus secundis & florentibus, quas consilio suo regere se credunt, & arbitrantur se virtutum, & diligentiarum suarum fructum capere inuinitus, cum sint res tranquillæ. Ideo & propter sapientiam ac iusticiam se cæteris anteferunt, vt Nabuchodonosor magnis rebus gestis, inquit: Hæc est illa Babylon, hoc est regnum, mea virtute constructum. Sic & Saul cogitabat, sua virtute regnum Israël constitutum esse, cum agnoscere deberet, & hanc virtutem & successus, Dei beneficia fuisse, & se non potuisse res tantas gubernare aut gerere, ac Deo in timore seruendum esse, ne ab eo desereretur. Sed factus confusior propter successus, sumit sibi licentiam grassandi in cæcitate, perterficit Sacerdotes, &c. Hæc imago hypocritarum proponitur, ut pauci sunt tales securi, placentes sibi propter suas dotes, applaudentes propriæ sapientiæ, extenuantes doctrinam diuinam, & ex se habent ei sunt infesti, prætexentes etiam honestos titulos, quia iustitiam dimicare se de gloria Dei, de veritate, se esse constantes Ecclesiæ viues, se esse membra populi Dei, quia propugnent ordinariam potestatem, longi temporis consensum. Tales erant Pontifices, qui aduersabantur Apostolis, tales vidimus & ipsi multos his annis, VVicecomites & similes. Sed alij sunt pauidi, qui agnoscunt imbecillitatem, & ætantur cum desperatione, vt Petrus consternatus inquit, *Ecce ego*

plere à me Domine. Vtrunq; igitur hoc loco agendum est, ar-
ro-
ria taxanda, & pauidis vera consolatio monstranda est.

PRIMUM vero hoc constituendum est, etsi in renatis necesse
esse incoartam obedientiam, & iusticiam bonæ conscientia, tamen
siue manent in eis peccata, scilicet morbi nobiscum nascentes, du-
rationes & ignorantia multæ. Item, quod non tantum timent De-
um, quantum debent, nec ita ardent dilectione Dei, vt Lex præcipit:
Multa sunt item actualia, multæ flammæ illiciti amoris, odij, cupidita-
tis vindictæ, inuidentiæ, æmulationum, auariciæ. Multi lapsus in
vocatione, insignes negligentia, acres indignationes aduersus Deum
in afflictionibus, sæpe humana præsidia honesta specie quaruntur,
sed tamen ex diffidentia Dei. Sæpe suscipiuntur res non necessariæ
extra vocationem, fiducia propria sapientiæ aut potentia, vt Iosias
belam non necessarium aduersus Aegyptios mouit.

DEXTERE moles peccati hærens etiam in renatis longe ma-
ior est quam vt comprehendi cogitatione vllius hominis possit. Nec
peccata leue dictum esse, Delicta quis intelligit? Longum autem es-
set enumerare species peccatorum, quæ manent in Sanctis. Sed Pau-
lus in summa complexus est, Roman. 7. cum de interiore contuma-
cia aduersus omnia præcepta loquitur. Sed superbi hypocritæ hæc
arctata peccata non intelligunt, imo Monachi docent dubitationes
illas de providentia, de ira Dei, de misericordia, & affectus vitiosos,
vbi accedat consensus, non esse peccata, nec tantum de voce dispu-
tant, sed de re, negant hæc vitia esse res pugnantes cum Lege Dei.
Hæc execratio falsa est, & contumeliosa contra Legem Dei, & tene-
bris inducit doctrinæ de Gratia, de Iusticia fidei, & confirmat persua-
sionem fallam, quod renati satisfaciunt Legi Dei. Vt igitur
arguenda taxetur, colligam testimonia, quæ ostendunt renatos in
hæc vitia non satisfacere Legi Dei, & manere in hac natura mortali
peccatum. Psalm. 141. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia
non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. 1. Iohan. 1. Si dica-
mus, quod peccatum non habeamus, nos ipsos seducimus, & veritas
non est in nobis. Psalm. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis
conuicta me, & ab alienis parce seruo tuo. Roman. 7. Video aliam Le-
gem in membris meis, quæ repugnat Legi mentis meæ, & captiuum
me habet Legi peccati, quæ est in membris meis. Etsi autem Sophistæ
eludent hunc locum, & dicunt Metalepsin esse in vocabulo Peccati,
vt significari penam peccati, pronitatem ortam ex lapsu primorum
parentum: tamen Paulus ipse refutat hanc elusionem, cum definit
hoc ipsum peccatum, & dicit esse malum in membris nostris pug-
nans cum Lege Dei.

PORRO de hoc ipso articulo dissi-
mus, in vitium reliquum in natura sit res pugnans cum Lege Dei.

Humana iudicia extenuant hanc deprauationem, sed Paulus illustri-
 bus verbis vsus est, ad significandam atrocitatem rei. Militat, inquit,
 in membris illa deprauatio, & grassatur hostili more aduersus legem
 mentis, confirmat vel securitatem carnalem, vel iniustam diffiden-
 tiam, inflat animum admiratione suarum virtutum & arroganti-
 a, incendit libidines, odia, cupiditatem vindictæ, incidat ad quæsum-
 concessa præsidia, deniq; captiuum rapit, quia diffidentes non
 concutit terroribus & sollicitat ad desperationem, ad fugiendum
 tum. Hæc non sunt leuia mala, vt humana Philosophia existimauit
 durissime exercens sanctos, Vt Moyses ad petram languens
 confternatus est subita trepidatione, & dubitatione. Lapsus est
 Dauid, cum numerari populum iuberet, vel humana superbia elatus,
 vt ostenderet regnum creuisse, vel humano consilio sine mandato De-
 nouam in regno ordinationem facturus. MATH. 6. doc
 sanctos orare: Remitte nobis debita nostra. Assunt igitur peccata
 hac tota vita, quorum petenda est condonatio. Idem docet, cum
 Cum feceritis omnia, dicite, serui inuiles sumus. 1. Corinth. 4. Nihil
 mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum, Docet opus esse
 iusticia bonæ conscientia, sed tamen inquit, Hæc nondum est
 propter quam certum sit me habere remissionem peccatorum, & me
 Deo reconciliatum esse, sed recipit me Deus propter filium Mediatorem
 rem fide. Psal. 130. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine
 quis sustinebit? Hac voce agnoscit peccatum adesse, & non excusa-
 at, sed agnoscit tantam esse magnitudinem iræ Dei, vt sustineri non
 posset, nisi Deus eam mitigaret sua immensa misericordia propter
 filium. Nam humana natura non potest sustinere iram Dei, & nullas
 pœnas, sicut Ezechias fatetur: Sicut Leo contriuit omnia ossa mea.
 Et Iob. 9. Deus, cuius iræ nemo resistere potest. QUAN-
 TUM
 igitur assunt peccata, & pij aliquo modo agnoscunt iram, tamen non
 dunt se placere Deo, propter promissam misericordiam, & hoc se con-
 solatione sustentant, sicut idem Psalmus dicit: Sustinuit anima mea
 in verbo eius, Sperauit anima mea in Domino, Quoniam apud Do-
 minum misericordia est. Psal. 32. Dixi confitebor aduersum me in in-
 stitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei: Pro
 hoc orabit ad te omnis Sanctus. Clare dicit, Sanctos petere remis-
 sionem peccatorum. Exod. 34. Coram te innocens non est innocens,
 id est, etiam si quis humano iudicio argui non potest, tamen tu peccata
 eum accusare. Dan. 9. Tibi Domine iusticia, nobis autem clemencia
 id est, agnoscimus te iustum esse, ac nos iuste puniri. Tua est anima
 Domine Deus noster, misericordia. Precamur ergo non propter
 iusticiam nostram, sed propter miserationes tuas multas, exaudi nos
 propter Dominum, id est, promissum Mediatorem. Hic locus illi
 re-
 re-
 re-

consensum est consensus Prophetici & Apostolici. Profsus idem Daniel, quod Paulus tam copiose disputat. Statuendum esse, naturam hominum sit vitiosa, & non satisfaciat Legi, sed quod recipiamur à Deo per misericordiam, propter promissum Dominum. Nam & Daniel nominatim addit, propter Dominum.

TERTIA testimonia conferamus ad Paulum, ut videamus vnam perpetuam esse sententiam Catholicæ Ecclesiæ Dei, Patrum, Prophetarum, Christi, Apostolorum, & hunc consensum amplectamur, ut ab eo discedamus, etiamsi qua turba recentium Monachorum dissentium tradidit, quæ male dilutam Philosophiam miscuit doctrinæ Evangelij. 1. Cor. 1. Qui gloriatur in Domino gloriatur, id est, non possimus gloriari, quod sumus sine peccato, sed gloriemur in Domino, videlicet promittente misericordiam. Sicut & alias dicitur: Conclut omnes sub peccato, ut omnium misereatur. Item, Roman. 3. Dicitur omnes sub peccato esse. Et additur aliquanto post asseueratio: Ut omnes obturetur, & reus fiat totus mundus Deo. Toties repetit ierusalem, ut nihil dubium sit accusare eum omnes. Agnoscimus igitur imbecillitatem nostram, & fatemur, etiam in renatis esse vitia, scilicet, depravationem naturæ, & vitiosos affectus plurimos, & expauescimus agnitione iræ Dei aduersus hæc mala, & docemur in nobis adhuc esse tantum vitiorum contra voluntatem Dei, necesse est in nobis vera poenitentia, & agnitio imbecillitatis excutiat arrogantiam, subijciat nos Deo, hortetur ad timorem Dei, ad implorandum misericordiam, & petendum auxilium. **POSTQVAM** renata est arrogantia, rursus etiam piæ mentes docendæ sunt de vitio, ut non in desperationem. Hæc docendæ sunt, quomodo placeat obediencia. In hoc loco semper hæc tria coniungamus.

PRIMUM statuatur renatus, se reconciliatum esse Deo fide propter filium Dei, seu ut sæpe dicitur, recipi personam propter filium Dei gratis. **SECUNDO** agnoscat, in hac vita manere infirmitatem & peccata in renatis, ac vere doleat se adhuc habere caliginem, poenitentiam, & τῶς ἄλλῃ, vitiosos affectus contra legem Dei.

TERTIO, & tamen statuatur oportere incoari obediencia & iustitiam bonæ conscientie, & hanc quanquam procul abest à perfectione, tamen in reconciliatis placere Deo propter filium Mediatorum, qui nostram inuocationem & nostros cultus perfert ad Patrem, & condonat infirmitatem. Ita propter Christum primum reconciliatur persona, postea & opera recipiuntur, & fides in utroq; luceat. **Uti Petrus inquit:** Offerre hostias spirituales, acceptas Deo per Iesum Christum.

HÆC tria quotidie in nostris operibus cogitemus. Nec enim somniamus est, Deo non esse curæ bona opera, imo curat & postulat obediencia, & horribilibus pœnis, æternis, &

præsentibus, punit contumaciam, quæ fit contra conscientiam. Necesse est igitur habere iusticiam bonæ conscientie, & scire quomodo Deo placeat. Nam labefactata seu dubitante conscientia, non potest Deus invocari. Hæc diligenter inculcanda sunt animis, Nam in his exercitijs lucet fides, & crescit agnitio vera Dei, & novitas spiritualis.

DVPLICITER autem fides exercetur in operibus. Primum statuens, quod placeat obœdientia, ut ante dixi: Deo & auxilium petens, ut David scit gubernationem esse rem in partem, & periculosam, sed credit Deo placere suos labores, propter ipsam misericordiam. Deinde etiam auxilium petit, & labores obsequio populi, & regendis moribus civium quantum potest. Sed dubium est, pijs mentibus hanc admonitionem gratam esse, quæ cum studeant Deo obœdire, tamen agnoscunt naturæ calliditas, & defensionem varias, & has ita deplorant, ut pene ruant in desperationem. Quid hic dulcius dici potest hac voce Pauli? Nulla mors demnatio his, qui in Christo Iesu ambulant, id est, etsi rati sunt sine peccato, tamen Deus eos recipit, & iustos pronuntiat propter filium.

SIC & ad Coloss. dicit: In Christo contenti estis, id est, etiam si renati nondum satisfaciunt legi, tamen contenti, & placent Deo propter filium. Hic agnoscamus & celestem amplitudinem misericordiæ Dei, quod videlicet in reconciliandam hanc exiguam, imperfectam, sordidam, & multis affectibus vitiis contaminatam obœdientiam tamen recipit, non quidem propter dignitatem virtutum nostrarum, sed propter filium Dei. Roman. 8. Non estis sub lege, sed sub gratia. Ibi hoc ipsum queritur, An placeat obœdientia, cum legi non satisfaciatur. Respondet Paulus, Non, quia non sumus sub lege, id est, non damnati lege, sed sub gratia, id est, reconciliati seu recepti in gratiam. Roman. 8. Quis contentus nabit? Christus pro nobis mortuus est, & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, & pro nobis interpellat, id est, placent sancti propter interpellantem Christum. Roman. 8. Legem stabilimus per nos. Breve dictum est, sed hoc ipsum docet, quod hic dicimus. Non coacti obœdientia potest, nec placet, nisi fides accedat, quæ non placere personam & incoactam obœdientiam propter mediocrum. Ita, inquit, stabilimus legem, non tollimus obœdientiam, sed placemus ac retinemus, ac ut retineatur, docemus, quomodo placere possit, & quomodo placeat.

POSTQUAM dictum est, quomodo placeat hæc obœdientia, quam experimur omnes procul esse à perfectione legis: deinde addantur testimonia, quæ clarificant. Placere Deo sanctorum opera, siue incoactam obœdientiam his dictis studium bene operandi accendamus, ac simul nos

in misericordia Dei admoneamus, qui non solum approbat, sed et ornare honore ac præmijs hanc sordidam obædientiam. Aspiramus enim nos ipsi, & cogitemus quam rara sit excellens virtus. Si-dera sunt quædam virtutum qualiæcunq; in hominibus tenuia æque, quæ nequaquam satisfaciunt Legi Dei, requirenti longè maiorem lucem & ordinem in natura hominis, & tamen hæc simul recipiuntur, ut dictum est, propter filium pro nobis assidue impellentem. Ideo Roman. 10. dicitur: Corde credimus ad iusticiam, ore fit confessio ad salutem. Cum postulat confessionem, vult totam vitam esse confessionem. Quia vniuersa vita eo dirigenda est, ut placeat Deum, ostendat quid profiteamur, & ornent Euangelium, sic dictum est: Luceat lux vestra. Ut princeps ostendat quid sentiat, imoret Deum in periculis, ostendat se ideo præstare obædientiam, ut Deo seruiat, aboleat impios cultus, ut extent signa confessionis. Sic suscipiatur vocatio habeat signa confessionis. Scholasticus ostendit sententiam, inuocet Deum in omni cursu vitæ plenæ periculis, refutat impias opiniones, & in regendis moribus ostendat se ideo præstare obædientiam, ut Deo seruiat, ut ornent Euangelium: Et quidem vita hominum ita consociata est, ut in conuersatione & communicatione officiorum luceat confessio. Sed cur dicit: Confessio fit ad salutem? Brevis est responsio: Etiam si fide propter Christum sumus iusti, id est, accepti ad vitam æternam, tamen sequi necesse est hanc nouitatem, hanc vult adesse cum ait: Fit confessio ad salutem. Ita inquit 2. Corinth. 7. Superindui desiderantes, si tamen induti & non nudi reperiemur, id est, oportet in hac vita fieri confessionem, quæ simul est incoatio nouitatis. Hæc etiam in latrone conuerso incoata est, agit enim pœnitentiam, agnoscit se iuste à Deo puniri: Deinde & fide agnoscit Saluatorem, & petit ab eo salutem. Itaque audit claram absolutionem, & concionem de vita æterna in pœnitentia. Præterea ut extet signum confessionis, refutat mendaciam Christo.

Hoc memorabile exemplum de mul-
titudine rebus nos admonet, significat Deo Ecclesiam ita curæ
esse, ut exciter aliquos doctrinæ testes, tunc quoq; cum à præci-
piationibus deseritur. Apostoli consternati tacebant, & vix
tenuas procellas dubitationum aliquam fidei scintillam reti-
derunt. Hic noua edit testimonia Deus, commonefacit homines in-
firmos, & resuscitatio mortuorum, ne putent hoc supplicium vulgare esse, aut negligi à Deo. Excitator & latro,
qui sicbat Apostolus iam de cruce concionatur, & affirmat hunc
esse Messiam, instauratorem vitæ æternæ. Deinde priuatim docet
hanc hystoria, vere esse hanc Euangelij sententiam, quod recipia-
tur fide propter filium Dei, etiam si non afferamus merita. Docet
item

item de natura fidei, quod videlicet non tantum sit noticia libtorie, sed fiducia petens vitam æternam à filio. Et hæc flamma cum excruata est, longe aliter iudicat quam humana ratio. Non detinet latronem spectaculum corporum laceratorum & morientium, quoniam statuat restare vitam, & confugientes ad hunc Dominum æternam salutem: alios vero qui hunc Dominum contemnant, in æternis pœnis, & quia fide iam sentit sibi Deum propitiū, subijcit se ei, & diligit eum. Agnoscit se non casu puniri, agnoscit Deo, quod vocatus sit ad agnitionē Dei & huius Domini: Vnde dicit Deo in hac pœna toleranda, nec irascitur iudicio Dei, quia humanum genus, non vt Philosophi putant, propter materia, in casu obrui morte & alijs calamitatibus, sed propter peccatum & Deo tanta mole ærumnarum puniri, vt agnoscamus iram Dei, & quæmus salutem. Ideoq; præcipit de patientia, vt Deo obedire velit in perferendis afflictionibus. Eruditur ergo latro in conversione peccato, de ira Dei, de pœnis, de remissione & iusticia, vt in eo longe aliam esse sapientiam sanctorum, quam humane sit ratio, aut Pharisaica sapientia. Nam pij multa in afflictionibus dicuntur, dicitur in Psalmo: Bonum est quod humiliasti me, vt discerem afflictiones tuas. Postremo accedit confessio, in qua prædicat hunc Messiam, nec deturretur spectaculo supplicij, obiurgat etiam ad latronem, qui venenatis ironijs exprobrat supplicij Christi, & propter infirmitatem superbe aspernatur. Estq; diligenter contemplanda imago huius subannatoris. Vt enim hic in media morte ridet, & super contumelia afficit Christum: ita impij tanquam furges non norūt sua mala, & insuper contumeliosi sunt aduersus Christum, qui offert liberationem. **R E C I T A V I** exemplum, quod cum alijs rebus multis nos admonet, tum hoc quoq; ostendit, in veritate honestis actionibus, quæ vt dixi, placent Deo. Sicut & Rom. 12. Paulus inquit: Regnum Dei non est cibus & potus, sed iusticia, pax, & gaudium, in Spiritu sancto, qui in his seruit Deo, placet Deo, & probatus est hominibus. Ad Hebr. ultimo: Beneficentiæ & liberalitatis nolite obliuisci, nam hæc hollia placent Deo. Sic & de Noë dicitur: Odoratus est Deus odorem suauitatis, id est, delectatus suauitate Noë, id est, inuocatione, gratiarum actione, laude & doctrina. Quod est autem metaphora in verbo Odorandi, sumta à ritu veteri, in quo sacrificia dicebatur Deus odorari, cum diuinitus incendebantur, erat singulare testimoniū quod placerent & acciperentur. Ceteroquineraliter sacrificia conferuntur odoribus, & addebantur odoribus, omnia opera debent esse odor, id est, late sparsa & bene fragrantia.

id est, debent referri ad celebrandum Deum, vt alij bona do-
 & bonis exemplis inuidentur.

DE QVARTA QVÆSTIONE.

Propter quas causas facienda sunt
 bona opera ?

¶ VLTÆ sunt causæ, Necessitas, Dignitas, Præmia. Et primum
 multiplex est Necessitas, Mandati, Debiti, retinendæ Fidei, &
 vitandi pœnas. Est enim aliud est loqui de coactione, tamen manet
 voluntas æterna Dei, & immutabilis, vt voluntati Dei creatura ob-
 temporet. Hæc ordinatio immutabilis est mandati & debiti necessi-
 tas, sicut Paulus inquit : Debitorum sumus Dei, non carnis. Et Chris-
 tus inquit : Hoc est mandatum meum, vt diligatis vos inuicem. Et
 Thimotheus : Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, abstinere a for-
 nicatione, nisi videre vnumquemq; vas suum, id est, corpus, in sanctifica-
 tione & honore, non in affectibus libidinis, sicut gentes ignare Dei,
 vitio inuicia afflicere & defraudare fratrem in negotijs, quia vindex
 est Deus de his omnibus. Nō enim vocauit nos Deus ad immundiciem,
 sed ad sanctificationem. Ideo qui hæc contemnit, non hominem con-
 temnit, sed Deum, qui dat Spiritum sanctum suum vobis. **N E C E S S I T A S**
 retinendæ fidei est, quia Spiritus sanctus expellitur &
 vitatur, cum admittuntur peccata contram conscientiam. Sicut cla-
 rificatur i. Iohan. 3. Nemo decipiat vos, qui facit peccatum ex Dia-
 bolo est. Et Rom. 8. Si actiones carnis spiritu mortificabitis, viue-
 tis. Si secundum carnem viuetis, moriemini. Et excuti fidem per ma-
 le quæ restatur hoc dictum Pauli i. Timoth. 5. Si quis suorum &
 domesticorum curam non habet, fidem abnegauit, & est infide-
 lis deterior. Item : Fides esse non potest in his, qui indulgent prauis
 consuetudinibus, nec agunt pœnitentiam, quia scriptum est : Vbi habi-
 tavit Dominus ? in spiritu contrito, & tremente sermones meos.
 Quis fides afferat pacem conscientiæ, non potest simul esse cum
 peccatis retinente delictum, quod condemnat conscientiam. Ideo
 Paulus inquit : Omne quod non est ex fide, peccatum est. **E X C U T I**
 igitur Dauid fidem & Spiritum sanctum, cum raperet alte-
 rius coniugem, & quidem multipliciter Spiritum sanctum perturba-
 uit, nonnulli in corde suo, vnde pulsus est in adulterio, deinde in mul-
 tis sceleribus, quorum alijs scandalum attulit dolorem, alijs fuit occasio
 vitij. Item in miseris mulieribus, vi stupratis ab Absolone, &
 in exemplaribus. **N E C E S S I T A S** vitandi pœnas debebat
 videri animos mouere, cum totam mundi historiam plenam tristis-
 simam euentuum videamus, qui certe sunt pœnæ peccatorum. **¶**
 tant :

tanta cæcitas est hominum, vt casu plerosq; accidere existiment. Hæc amentia tollenda est: Sciamus omnes tristes euentus humanos, esse pœnas, cum primi lapsus, tum aliorum peccatorum, sicut illi, inquit, Propter iniquitates corripis hominẽ. Imo cum præterita omnia sint momentanea, præsentis pœnæ non respondent æternæ, sed sunt testimonia iudicij venturi. Deus nos committit testare iudicium aliud, in quo non de momentaneis & perennibus rebus agetur, sed de æternis. Hoc iudicium semper in conspectu debet, de hoc iudicio nos ipsos admoneamus, quoties præsentibus videmus.

A c repudietur illa frigida cauilatio, apprehenduntur benefacta metu pœnæ. Facilis est responso prosciunt eiusdem facti multas esse causas, & ordinatas. Sciunt propter Deum recte faciendum esse, quam propter pœnas. Sed hoc quoq; Deum velle agnosci voluntatem suam, & iram animis, velle metui pœnas præsentis & futuras. Et omnes pœnas latent, sæpe puniuntur peccata peccatis, & implicantur multis homines peccatis & calamitatibus. Horum malorum omnium læpe aliquis est reus: vt lapsus Dauidis, quantum peperit scelerum desperationum, blasphemiarum, & tristissimarum rerum: Culmibus à Salomone admissus, fuit causa dilacerationis regni Israël. Haec distractio, & religionis discordiam, & perpetua bella attulit. Hæc exempla Deus vult considerari, vt vere metuamus ipsius iram nostræ ac alienæ salutis rationem habeamus. Sed cæca mens hominis, nec peccati, nec iræ Dei magnitudinem cernit: Imo reprobis quibus quidem pœnis satis afficitur. Sicut impius latro adhuc in sua calamitate, & Christum deridet.

DISCANT
 pij, vt dictum est, agnoscere iram Dei in tanta magnitudine calamitatum humanarum, discant & insidias Diaboli cauere, qui postquam per gradus impellit, & longam telam texit multarum calamitatum, vt tandem impellat ad desperationem. Sicut dictum est: Cum ita tanquam leo rugiens, quatens quem deuoret.

QVIRI dignitas. Hic rursus admoneo, non esse dignitatem tribuendam, quod propter eas persona habeat remissionem peccatorum, quod satisfaciant legi Dei, sint precium vix ætatis. Sed fides præluceat, quæ statuat nos propter filium Dei placere, vt supra dictum est. Postea vero etiam propter hunc ipsam motorem hos cultus placere Deo, qui non vult totum genus humanum perire. Ideo vult aliquam esse Ecclesiam, in qua agnoscatur, colatur, huius obedientiam propter Filium vocat sacrificia, id est, opera quibus Deus iudicat se honorari. Ideo Petrus inquit: Offerite hostias spirituales. Hæc est vocationis, non personæ, sicut Magistratus aut Apollolus

dicere, & cogitare debet res esse maximas, per quas Deus vi-
uet, dat vitam æternam: ideoq; gubernari & iuuari a Deo,
ut ob causam studiosius omnia faciat. Sic quodlibet
suum Ecclesiæ sentiat hanc summam omnium vocationum esse,
remembrum populi Dei, inuocet Deum pro se & alijs, offerat sa-
cra ad est, omnis generis bona opera præcepta a Deo. Hæc digni-
tationis intelligenda & consideranda est: Scias hoc tuum stu-
dium liberarum, & modestiam vitæ, verè rem magnam esse, & ad vo-
cationis gloriam & aliorum necessitatem pertinere. Ideo eam Deus
colat: & approbat, ut dictum est, gubernat, adiuvat. Quare studio-
sus officia tui loci facias.

DE P R E M I I S.

Vitæ premio peccatorum & reconciliatio sic certa, donatur pro-
pter solum Dei gratis, & fide accipienda est. Fieret autem incer-
ta, si prodere ex conditione nostrorum meritorum. Sed in reconci-
liatione bona opera cum placeant fide propter mediatorem, ut di-
ctum est, merentur præmia spiritualia & corporalia, in hac vita, &
post hanc vitam, sicut clare ostendit parabola de negotiantibus: Ha-
bitus dabitur, &c. Et 1. Tim. 4. dicitur, Pietas habet promissiones
presentis & futuræ vitæ, &c. Marc. 10. Recipient centuplum in hac vi-
ta, sed cum tribulatione, & post hanc vitam, vitam æternam. Matt. 10.
Qui sedente potu vni ex minimis propter doctrinam, non perdet mer-
cedem suam. Lucæ 6. Date, & dabitur vobis. Exod. 20. Honora pa-
træ matrem, ut sis longæuus super terram. Iesa. 33. Panis ei datur
ut aquæ eius erunt certæ. Regem in decore videbunt, id est, pro
modestia & bonis operibus Deus dat tranquillam politiam, hone-
stam & paratam gubernationem, &c. Iesaiæ 58. Frange esurienti panem
tuum, & eris sicut hortus irriguus, &c. **D E N I Q V E** ple-
nè scriptura talium promissionum, de spiritualibus & corporali-
bus præmijs. Nam & in hac vita vtriusq; opus est: Nec singuli retine-
re possunt sine exercitio, nec in gubernatione illustrari do-
ctrina, & conservari Ecclesiæ & politix possunt, sine donis spiritua-
libus. Deinde cum Deus velit in hac vita propagari doctrinam, dat
sibi hospitium docentibus & discipulis, id mirabiliter seruat,
sicut seruat nauim in qua Paulus vehebatur Romam. Promittit
etiam præsentis vitæ commoda. Et quamquam Ecclesia mirabi-
liter subiecta est cruci, tamen aliqua multitudo pia seruat, etiam si
in acie vidrice, aliqui milites interficiuntur. **D I S C A M V S**
igitur verosq; genere bonorum opus esse, & ea non frustra promitti
Deo, sed ut fides nostra exerceatur & crescat, & nos inuitati præ-
cipio diligentius laboremus. Exerceatur autem Fides tripliciter.

P R I M O,

PRIMO, semper fides petitura res alias, initio cogit de remissione peccatorum, ut David non potest petere victoriam, nisi cogitet sibi Deum placatum esse.

SECUNDO, Fides statim non casu obijci bona, ut impij in naui Pauli fingebant casu seruari esse. At fides vere statuat à Deo nos ali, defendi, iuari, & horum beneficiorum promissiones ideo propositæ sunt, ut Epicurea imaginatio animis hominum eijciatur, quæ fingit casu accidere bona & mala. Sed discamus vere à Deo dari bona, & ea petamus ab ipso.

TERTIO, fides exercetur petens auxilium & compensationem, ut qui dat Eleemosynam, decerpit aliquid de suo, & videt suum meritum esse, nisi Deus eos respexerit, petit & expectat auxilium, & compensationem.

HÆC ut intelligantur, antithesis consideranda. Introspeciamus nostra pectora. Ideo minus es diligens in operibus, quia cogitas te frustra laborare, quia Deo displiceas. Hæc impetio pugnat cum primo exercitio fidei. Secundo, ideo minus es liberalis, quia cogitas has res humanæ diligentia commissas esse, committi à Deo. Hic error pugnat cum secundo exercitio fidei. Deum diligentiam humanam ita postulat, ut velit eam regi suo verbo, & ceteras virtutes. Sis diligens, scilicet, iuxta præceptum Dei libere, non facias inutiles profusiones, sed aliquid conferas ad necessarios usus Ecclesiæ & pauperum. Tertio, ideo minus liberalis es, quia cogitas Deum non esse compensaturum, tuos futuros esse in egeantia. Hæc diffidentia pugnat cum tertio exercitio fidei. Ut igitur excitemur, crescat fides, Deus multiplicia opera proposuit, & addidit promissiones auxilij & præmiorum, ut sit occasio inuocationis. Quomodo expectabis à Deo æternam salutem, si non expectas fragmen panis? Impugnemus igitur diffidentia nostræ, & mandata opera faciamus, cum sint difficilia, excitemus in eis fidem & inuocationem, iustitiam etiam præmia, simul solliciti de vniuersa Ecclesiâ, de Repub. de vniuersa salute: Propter hos fines simul diligentiores in vocatione, in excipiendis moribus, &c.

HÆC omnia pinguntur in exemplum duarum Sareptanæ & Eliæ. Scit Elias se vocatum esse diuinitus ad deum, & donec ministerio fungi cum Deus volet, non desaturatum victum. Hac fide ipse & perit & expectat victum, venit igitur ad victum, & confectus labore, iuber sibi dari cibum. Vidua pauperata am narrat. Hic Propheta addit promissionem. Credite mulieres, inquit, quod Deus Israël vere sit Deus creator & saluator, & det bona, quod sit suppeditaturus victum in posterum. Quando igitur sibi & filio, quod in præsentia aderat, detrahi videt, rancore prophetam prius pascit. Hanc fidem & hoc opus sequuntur præmia, & ego tempore altur hæc familia, & hand dubie beneficio diuinitus eius domus hospitium Ecclesiæ, vbi Propheta docet totam vocationem.

magnam gloriam sequitur afflictio, filius moritur, sed rursus
 noua præmia, filius mortuus resuscitatur. Hoc exemplo ma-
 gistratur mulier, & latius spargitur fama doctrinæ Eliæ. Iam
 quam multa ingentia bona opera primum officium, quod præ-
 xerunt in alendo Propheta, pepererit, considera etiam cumulum
 procerum. Non solum aitur familia, sed etiam eruditur à Prophe-
 ta de uero cultu Dei, & de uita æterna, & custoditur multipliciter ad-
 uersus Diabolum, filius resuscitatus sit huius Prophetæ discipulus,
 ut procul dubio postea uiliter seruiuit Ecclesiæ: Etiam exigua ope-
 ratione multo maioribus orantur, quam pro debito, ac necesse
 est bonos sanctos fateri idem, quod Iacob inquit Genes. 32. Minor
 sum omnibus miserationibus tuis. C A E T E R V M etsi oportet
 esse incogitam nouitatem, sicut Paulus inquit: Superinduemur, si ta-
 men non mundi reperiemur: tamen semper agnoscat cor, quod dicit
 Psal. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Item: Delicta
 quæ intelligit & sciat nostras virtutes non esse pretium uitæ æternæ,
 sed hoc certo dari propter mediatorem: Sicut Paulus inquit: Do-
 num Dei uita æterna. Et Christus inquit, Iohan. 6. Hæc est uoluntas
 Patris, ut omnis qui uidet Filium, & credit in eum, habeat uitam
 æternam. Hanc uocem sibi pia mens in uera penitentia proponat, &
 propter Mediatorem certo expectet uitam æternam. Nec potest fides
 in dubiis rebus, Mediatore, & nostris meritis, ut perita conscientia
 uideat reddere potest.

DE QVINTA QVÆSTIONE.

De discrimine peccatorum.

QVod dictum sit in renatis manere peccata, necesse est tradi discrimi-
 ni. Nam hos qui ruunt in delicta contra conscientiam, certum
 est non manere in gratia, nec retinere fidem, iusticiam, Spiritum san-
 ctum, nec potest stare cum malo proposito contra conscientiam fides,
 nisi fiducia acceptationis diuinæ. Sunt enim prorsus contrarij mo-
 tus, nec potest existeri inuocatio cum mala conscientia quæ fugit De-
 um, sicut dicitur 1. Iohan. 3. Si cor nostrum nos non condemnat, fi-
 dem habemus ad Deum. Ideo tenenda est regula, quod necesse sit
 inuocantibus esse iusticiam bonæ conscientia, ut 1. Timoth. 1. di-
 citur: Summa mandati est, dilectio ex corde puro, conscientia bona,
 & fide non ficta. Et in eodem capite: Milita honestam militiam, ha-
 bens fidem & bonam conscientiam. 2. Corinth. 1. Gloriatio nostra
 hæc est, testimonium conscientia nostræ. 1. Petr. 3. Conscientiam
 habentes bonam. QVOD autem excidant ex gratia, & effun-
 dat fidem & Spiritum sanctum, & fiant rei iræ Dei & æternarum pre-
 h
 narum,

narum, qui admittunt delicta contra conscientiam, id multe sententia clare testantur. Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, impudicitia, idololatria, Talia facientes, regnum Dei non possidebunt. Vocat manifesta opera, quia contra conscientiam sunt. 1. Corinth. 6. Ne eretis, nec scortatores, nec idololatri nec mœchi, possidebunt regnum Dei. Vbi nominatim Paulus hinc innuitur, qui cum antea fuissent obnoxij talibus vitijs, tam veniendi erant: his præcipit, vt retineant bonam conscientiam, & non perituros esse, si perseverent in prioribus vitijs. A 3. Rom. octavo. Si secundum carnem viueris, moriemini, si autem secundum spiritu mortificabitur, viuetis. Hic tradit Paulus discrimen. Inter in renatis multa interiora mala, videlicet, quædam caligo & pavor nobiscum nascens. Et si enim incoata est lux & incoata obedientia, tamen adhuc fides vt scintilla exigua in densis tenebris lucet, quæ fide luctatur cum dubitationibus, & eis repugnat, nec tantum timor Dei, non tanta fiducia & dilectio, quantam esse oportet. Unde, multiplices vitiosus affectus sunt, admiratio & fiducia sui, de varij motus, flammæ libidinum, incendia iniusta iræ & ambitionum, vt fuerunt in Maria & Aarone aduersus Moysen. Pœnæ plurimæ manent in sanctis omissionis peccata, vt vulgo vocantur, id est, neglectiones officij & errata æconomica, politica & Ecclesiastica, quæ tamen non sunt contra conscientiam in pijs, qui fide & diligentiam præstant, quantam fere præstare possunt. Quia vero vitiosus affectibus repugnant, & credunt sibi propter Filium Dei donari infirmitatem, ideo manent in gratia, & retinent fidem & Spiritum sanctum. Hoc sentit Paulus cum inquit, Si actiones carnis spiritu mortificabitur, viuetis. **E s t q u e** singularis emphatica ait: Spiritu mortificabitur: Vocat enim nos ad acre certamen, vt nos repugnare vitiosis cupiditatibus, & quidem Spiritu, id est, virtutibus, timore & fide incensis verbo Dei à Spiritu sancto. Accendit mens mandatum Dei & pœnas. cogitet quanta res sit ira Dei, & exemplum intueatur lapsorum, vt Saulis & aliorum qui non sunt reuerentiam credat Deo placere obedientiam, & petat auxilium & gubernationem, sicut scriptum est, Sine me nihil potestis facere. Item: Perpetua dabitur vobis. Quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus. Et sicut toties dicitur in Psalmis, Adiuua me saluus ero. Item: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam & iustificationes tuas doce me. Item: Cor mundum crea in me Deus, id est, recte sentiens de Deo, purificatum fide, Et Spiritum rectum & firmum, non dubitantem, innoua in visceribus meis. Ne abijciantur à facie tua, & Spiritum sanctum tuum, id est, regentem omnes

non auferas à me. Redde mihi læticiam salutaris tui, & spiritu
 spali, id est, spontaneo, non defugiente certamina & pericula,
 fructus me. Sic Ioseph repugnabat illecebris dominæ: Sic
 uitas se confirmabat, ne æmulatione incenderetur aduersus Dau-
 id; Sic David se reprimebat, ne Saulem interficeret: Sic se susten-
 dit, ne frangeretur desperatione pulsus in exilium. Ita docet Pau-
 lus Rom. 6. Non regnet peccatum in mortali corpore vestro, & vide-
 re fontem verbum ex Genesi: Sub te erit appetitus eius, & tu domi-
 neris ei. Nam verbo dominandi non significatur otium & ignauia,
 sed impetus Spiritus sancti & diligentia voluntatis. Ioseph intuens
 mandatum Dei, & prospiciens pœnas, scandala & alias ruinas, quæ
 secuta erant, repugnabat illecebris. Petit etiam gubernationem diui-
 nam, & addit suam diligentiam, præcipit oculis, ne temere vagentur,
 vitæ salutem, occasiones, ne in laqueis Diaboli hæreat. Hanc di-
 ligentiam pij intelligere & præstare discant, & considerent non sine
 castis dicitur esse: Tu domineris, non regnet peccatum. Cum pec-
 catum dominatur, affert multiplicem perniciem & iram Dei, ac æter-
 nam mortem: E contra vero cum non dominatur, retinent pij dona-
 tum iusticiam & fidem. Ideo inquit Paulus: Si spiritu actiones carnis
 mortificabis, viuetis. Dixi quæ peccata maneat in renati-
 uitate, scilicet, quædam interiora mala, quibus ipsi repugnant: Sed cum
 peccata contra conscientiam admittuntur, effunditur & perturbatur
 Spiritus sanctus, & amittitur gratia, & excutitur fides, id est, fiducia
 misericordiæ. Hoc vult Paulus, cum inquit: Si secundam carnem vi-
 ueritis, moriemini, id est, si obœdieris vitiosis cupiditatibus, eritis rei
 iræ Dei & mortis æternæ. Eodem loco inquit: Qui aguntur Spiritu
 sancto, hi sunt filij Dei: sed ruentes contra conscientiam, effundunt
 & perturbant Spiritum sanctum, desinunt igitur esse filij Dei. Sicut &
 inueniunt supra citatæ testantur. 1. Cor. 6. Ne erretis, scortatores,
 &c. Et Iohan. inquit: Qui peccatum facit, ex Diabolo est, id est, est
 in regno Diaboli, reus iræ Dei, & æternæ pœnæ, & impellitur à
 Diabolo ad multiplicia peccata. Hæ tristissimæ comminationes hor-
 rant nos ad frænandos vitiosos impetus, ne excidamus à donata
 gratia. Nec opus est huc afferre disputationes de prædestinatione,
 sed subicimus de voluntate Dei ex perspicuo verbo Dei.

DE ARGVMENTIS AD-
 VERSARIORVM.

PLAIN & clare docemus, oportere in homine existere noticiam
 articulorum fidei: Item contritionem, bonum propositum ac
 iocundam dilectionem. De his dimicant aduersarij, quæ tamen fate-
 mur

mur ipsi in homine oportere existere. Sed addimus, Oportere accipere fidem, id est, fiduciam misericordiae, quod propter Filium Dei habeamus remissionem peccatorum, non propter has nostras virtutes. Ipsi e contra dicunt dubitandum esse, & addunt: Tunc habebimus remissionem peccatorum, cum dignus eris, hoc est, propter virtutem tuam. Item fingunt, homines legi Dei satisfacere posse. **S**ed quoniam quae ipsi flagitant retineamus, & insuper addi velimus fiduciam in Christum suum honorem, & certa consolatione erigimus contritae mentes, certe nihil absurdi docemus, & sine ulla tam rabiose damnant sententiam, quae de iustificatione in Eo nostris proponitur, quae haud dubie est ipsissima vox Evangelii, consensus sanctorum Patrum, Prophetarum, Apostolorum, & omnium piorum omnibus temporibus, qui aliquantulum lucis habuerunt. Omnes hoc sentiebant, oportere existere in nobis penitentiam, debere sequi bona opera, sed tamen remissionem donari propter Mediatorem, non propter nostram dignitatem, & se placere Deo propter illum Mediatorem, & hac fide, hoc est, fiducia misericordiae Dei inuocabant, non fugiebant, non fremebant aduersus Deum: Ideo non inculcat Paulus particulam Gratis: Item Petrus inquit A. &. non habet omnes Prophetarum testimonium perhibent, accipere remissionem peccatorum per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Hic confitetur verum Ecclesiae testimonium, & omnium piorum experientia suffragatur huic sententiae. Non enim possunt sine hac consolatione cogitare mentes in vera contritione, seu veris terroribus. Hae enim sunt certissima, nemo sanus in Ecclesia contradicere potest. **S**ed quod aliter Monachi scripserunt, eo fit, quia non discernunt Legem & Euangelium, & de iustificatione loquuntur Philosophico more, prorsus vt Plato vel Aristoteles cogitat, Achillem esse fortem virum, quia habet hanc virtutem & afflatum quendam diuinum: Ita dicunt, Paulum iustum esse propter suas virtutes & afflatum diuinum, nihil addunt de Mediatore, de promissionibus seu Euangelio, & hac fide seu fiducia Mediatoris, imo iubent dubitare de reconciliatione, hoc est, delere Euangelium & promissionem, & sepelire Christum. Quoribus igitur venit in mentem huius controuersiae, referat oculos ad hunc scopum: Cum reipsa, & vere hoc dicatur, necessariam esse penitentiam, & tamen nos propter Filium Dei habere remissionem peccatorum, & exaudiri, tribuam filio Dei suum honorem, & hac fide seu fiducia promissae misericordiae Deum inuocabo, sicut dictum est. Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, id est, fiducia filii. Inuenietis Per hunc habemus accessum ad Patrem. Vt autem studiose sint inuocatores ad refutanda aduersariorum argumenta, ordine praecipuum sententio & explicabo.

P R I M V M.

Iusticia significat obedientiam iuxta omnia præcepta. Fides, de qua dicimus, non est proprie opus omnium præceptorum; Ergo non iustificamur fide.

Respondeo ad maiorem.

MAIOR est vera, de iusticia Legis, nam iusticia Legis proprie est obedientia iuxta omnia præcepta. Sed hanc ipsam ob causam, quia hæc corrupta natura non satisfacit Legi, ideo alia reuelata & honorata est, quæ est acceptatio propter filium Dei, quam sequitur donatio Spiritus sancti. Aliud igitur iusticia significat in maiore, aliud in conclusione. Cum Paulus dicit, Fide iustificamur, intelligit, fide consequimur remissionem peccatorum, seu acceptationem propter Melchisedechem gratis, vt Rom. 4. inquit: Fides imputatur ei ad iusticiam. Hæc explicatio perspicue ostendit, hoc argumento non labefactam nostram sententiam. Fontes autem diligenter consideremus. Præter argumenta aduersarijs nascuntur ex iudicio rationis seu Legis discipline, in hæc omnium oculi sunt defixi, sicut inquit Paulus, sectantes Legem iusticiæ, ad iusticiam non perueniunt, nec discernunt Legem & Euangelium, nec animaduertunt Euangelium in hac questione non de vita politica loqui, sed de reconciliatione coram Deo. Hæc arcana discernenda sunt à civili conuersatione. Ergo hæc caliginis & nubes depellant studiosi, videlicet confusionem Legis & Euangelij, & confusionem politicæ vitæ, & reconciliationis coram Deo, & attendant, de qua re in hac questione agatur.

S E C V N D V M.

Impossibile est sola noticia iustum fieri,

Fides tantum est noticia, Ergo

Impossibile est sola fide iustum fieri.

PRIMUM respondeo ad minorem. Fides non significat tantum noticiam, qualis est in Diabolo, de qua dicit Iacobus: Dæmones volunt & contremiscunt: Sed fides significat in intellectu noticiam, & verum promissionum de Christo, ac in voluntate fiduciam, qua voluntas vult & accipit oblatam misericordiam, & in ea acquiescit, vt cum Cicero audiuit sibi à Cæsare promitti securitatem: noticiam in intellectu, sequebatur in voluntate fiducia, qua volebat & accipiebat oblatam beneficium, & in hac promissione acquiescebat. Est igitur fides non tantum noticia, sed fiducia illa, vt diximus, qua apprehenditur promissio, sicut perspicue testatur quartum caput ad Romanos, Fidem hic intelligi eam, quæ accipit promissionem, quare necesse est intelligi fiduciam misericordiæ donatæ. Sed oritur & hoc argumen-

h s tum

tum in imaginatione rationis, quæ semper quærit aliquam nostram virtutem, qua cogitemus nos iustos esse, cur in hac questione non hoc dicatur, nos fide iustos esse, quia sit talis virtus in nobis, in hac vel ex illa parte, tamen adesse virtutes oportet: Sed ideo dicitur, Fide iustificari nos, quia apprehendit promissionem, & remissionem propter mediatorem habere reconciliationem. **I T A** & hanc uillatio refutatur: Fides significat fiduciam, In fiducia inesse dilectionem, ergo etiam dilectione sumus iusti. Concedo in fiducia inesse dilectionem, & hanc virtutem & plerasq; alias adesse oportere, sed cum sumus, Fiducia sumus iusti, non intelligatur, nos propter virtutis dignitatem, sed per misericordiam recipi propter Mediatorem, tamen oportet fide apprehendi. Ergo hoc dicimus correlatiua misericordiam propter Filium Dei sumus reconciliati Deo, & illi accipi seu statui oportet, ut voluntas acquiescat in proposito proptiatore. **C O G I T E T** autem pius lector, quam absurdum & indignum sit, non discernere fidem Diabolicam, à fide, qua Ecclesiam inuocat, qua accedit ad Deum, & pacem consequitur, ut Rom. 1. dicitur. Item Rom. 10. Qui credit in eum, non confundetur. Et Gal. 2. In fide uiuo filij Dei. Nemo non videt absurdissimam fore imaginationem, si quis in talibus locis cogitat, Fidem non aliud significare, nisi noticiam Diabolicam. Nam noticia Diabolica fugi Deum, non inuocat, non accedit ad Deum, Ideo Iacobi dicta de fide, Dumnes credunt & contremiscunt, non sunt miscenda Paulioz. De aliis de Paulus, de alia Iacobus loquitur. Et facile potest intelligere homo sanus, non esse similem fidem Ecclesie inuocantis Deum, & Diabolum fugientis.

TERTIVM.

Qui non diligit, manet in morte,
Impossibile est dici iustum sola fide. Ergo

C O N C E D O, Si intelligas fidem non oportere esse solam, sed hinc non sequitur, dilectionem esse causam remissionis peccatorum, sicut necesse est ad fidem accedere patientiam, sed non sequitur, nostram patientiam esse causam remissionis. Et exclusiua patientie non excludit virtutes, ne absint, sed excludit eas à causa reconciliationis, ac significat solius Christi meritum esse causam reconciliationis. Est & hoc sciendum, remouendas esse humanas imaginationes de iusticia Legis, quæ à dilectione Dei oritur. Si natura hominis esset sine peccato, posset Deum vere diligere: Sed quia est obruta peccato, necesse est prius accipi remissionem, nec potest accendi dilectio, nisi agnita & apprehensa remissione peccatorum. Ac nimis absurde cogitant de remissione, qui putant sine certamine fidei eam accipi.

QVARTVM.

Fide sumus iusti,
Fides est opus,
Ergo propter opera sumus iusti.

Respondeo ad maiorem.

MAIOR intelligatur correlatiue, Fide sumus iusti, id est, per misericordiam propter Christum sumus iusti: Non quia fides sit virtus, quae mereatur remissionem sua dignitate. Quod vero additur, fides est opus, concedendum est: Est enim opus, ut dilectio, patientia, castitas. Et ut haec sunt infirma & languida, ita Fides est admodum inbecilla, & concurrit multis dubitationibus. Quare non ideo dicitur iusti fide, quia tanta sit huius virtutis dignitas, ut mereatur remissionem: Sed quia oportet aliquid esse instrumentum in nobis, quo apprehendimus Mediatores pro nobis interpellantes, propter quos aeternus Pater est propitius.

QVINTVM.

Gratia sumus iusti,
Gratia est dilectio infusa cordi,
Ergo dilectione infusa sumus iusti,
Ad minorem respondendum est.

GRATIA proprie significat misericordiam gratuitam, seu acceptationem gratuitam propter Christum. Nam cum dicitur, Per gratiam habemus remissionem, si sic intelligas, propter donatas virtutes habemus remissionem, plane euerteret totam Pauli sententiam, & conscientijs adimes veram consolationem. Non enim nostras qualitates laudari debemus, cum angimur de remissione, sed confugere ad Mediatores. In hac ipsa lucta corda etiam Spiritu sancto iuantur, sicut Paulus inquit, Dedit Spiritum, in quo clamamus Abba Pater. Et dicitur in tali motu fidei dari Spiritum sanctum. Gal. 3. Ut promissionem Spiritus accipiamus per fidem. Quare cum illa acceptatione coniecta est donatio Spiritus sancti, neque tamen sequitur, nos propter illas novas virtutes habere reconciliationem.

SEXTVM.

Impossibile est nosse voluntatem Dei erga nos.
Credere quod sumus in gratia, est aliquid affirmare de voluntate Dei erga nos.
Ergo impossibile quiddam affirmare videmur, cum dicimus,
Credendum esse quod sumus in gratia.

RESPONDEO: Maior est vera, de voluntate non reuelata verbum Dei: Certum est autem in Euangelio, quod Filius Dei protulit

proculit ex sinu aeterni Patris, præcipi, ut affirmemus, nobis Deum propitium esse propter Mediatorem. Sed humana mens, opperta naturali caligine, aut Legis opinione, putat delirare eum, qui affirmat se habere Deum propitium. Aduersus has imaginationes loci habet ipsam vocem Euangelij traditam esse, ideo missum esse Filium Dei, & datam promissionem, ut hoc ipsum credamus & affirmemus.

S E D dicis, Additam esse conditionem Legis. Respondetur, penitentia est necessaria, tamen non pendet remissio ex dignitate, sed certa est propter Christum. Dauid post lapsum agnoscentiam, statuit se vere recipi in gratiam, audita hac voce, Deus abstulit peccatum tuum. Eandem vocem vere affert singulis, quibus penitentiam administratio Euangelij: Et mandatum innuente est, ut filio Dei credamus: **H V N C A V D I T E**. Quamquam humanæ menti hoc statuere videtur absurdum, tamen imaginationis opponamus promissionem & mandatum Dei, ut verum care Deum discamus. Nam ubi non est hæc fides, quæ sentit non pi & exaudiri propter Mediatorem, ibi nulla est invocatio. Quæ doctrina, quæ iubet dubitare, est Ethnica, & tollit invocationem.

S E P T I M V M.

Nemo placet, nisi habens novos habitus ortos à Spiritu sancto.
Nemo potest affirmare se habere illos habitus, quia possidet virtutes similes, ortæ à ratione.
Ergo nemo potest affirmare se placere.

N E G A N D A est minor. Etsi enim de reconciliatone nostris habitibus statuendum est, sed ex certa promissione Dei, tamen cum cor erigitur fide in paucibus, seu penitentia, tunc sunt novi motus spirituales, quibus in invocatione clamamus Alia Pater, & tamen fiducia intuetur Mediatorem, non nostram cogitationem. Cæterum illud semper addo, ne perseveret voluntas in delictis contra conscientiam: Ideo Iohannes inquit, Si cor nostrum non condemnat nos, fiduciam habemus ad Deum, quod si quid petimus, accipiemus ab eo.

O C T A V V M.

Virtutes Theologicæ sunt distinctæ, Fides, Spes, Dilectio.
Si Fides significat fiduciam, erit idem quod Spes,
Ergo non retinetur distinctio virtutum.

R E S P O N D E O: Fatemur semper oportere coniunctas dicere cum dicimus, Hominem fide iustificari, diximus supra, id innuente correlatiue: Nec significari, quod propter huius virtutis dignitatem multi sumus, sed propter Mediatorem. Sic igitur differt fides a caritate.

obibus, quia est apprehensiva, & applicat nobis promissionem. Item, quia vult & accipit presentem reconciliationem: Spes expectat futuram liberationem. Si scopus teneatur, quod dicitur, propter mediatorem dari remissionem, ut certe omnes pij amur, facilis postea est explicatio, & sic modus harum tenuium caritativum. Si numerant Fidem inter Theologicas virtutes, necesse est non tantum intelligi noticiam, qualis est in Diabolis: Sed fidem, qua ad Deum accedimus, & eum inuocamus: non accedimus autem in veris paucioribus, si iudicemus manendum esse in perpetua dubitatione. Nam dubitatio illa parit fugam & odium Dei, ut Rom. 7. de peccatis, quae per Legem sunt, dicitur.

NONVM.

Mala opera merentur aeternas poenas:

Ergo bona opera merentur vitam aeternam.

Consequentia videtur valere à contrarijs.

RESPONDEO: Valeret, si contraria essent pariter integra. Mala integre repugnant Legi Dei, Bona nondum satisfaciunt Legi Dei. Manet enim in Sanctis ingens imbecillitas, etiam cum in rota celsissima externa nullus est nauus, & multae sunt excellentes virtutes, ut in Isaiâ & similibus, tamen manent interiora mala multa, dubitationes in inuocatione, multi vitiosi affectus confidentiae, diffidentiae. Item spectra quae Diabolus obijcit, ut inuocationem impediant, quae vocat Paulus, tela ignita, quibus ita sauciantur interdum etiam qui virtute excellunt, ut auri mallent, quam sentire ea vulnera. Item Paulus queritur de colaphis, quos accipit à Diabolo. Item, Malus ego homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? In his malis agnoscunt pij imbecillitatem suam, vident se non satisfacere Legi Dei, non sine peccato esse, & in hac humilitate confugiunt ad propitiorem. Hac certamina non norunt hypocritae, qui disciplinam aeternam somniant esse Legis impletionem.

DECIMUM.

Peccatum est odium Dei,

Ergo iusticia est dilectio Dei.

CONCEDENDVM est totum argumentum: Sed considerandum est simul, non esse pariter integra hac contraria: Nam dilectio est languida, & adhuc multis sordibus impedita, &, ut antea dixi, accendit Diaboli tela ignita, quae etiam impediunt inuocationem, ut accidit Moyfi ad rupem. Non igitur satisfacit Legi Dei nostra dilectio, nec placet propter propriam perfectionem, sed placet propter mediatorem, ut supra dictum est.

h 5 CVM

Cum igitur dicunt: Dilectio est iusticia, ergo dilectio est iusticia. Respondendum est: Si iusti, significat habentes virtutem, ut Philosophi loquuntur, valet consequentia: Sed si significat accipientes remissionem peccatorum, non valet consequentia. Nam in antecedente sic intelligi potest iusticia pro re, quæ meretur remissionem, sed pro virtute, ut si dicam: Soluere venditori est iustus, Ergo soluens venditori est iustus. Tales argutiæ ab eruditioribus possunt dijudicari.

VNDECIMUM.

Iusticia est in voluntate,
Fides non est in voluntate,
Ergo non iustificamur fide.

Et supra aliquantulum mutatis verbis res eadem traditam tamen & hanc formam propono, ut studiosi exerceantur. Prima neganda est minor. Nam fides significat assentiri promissioni, quod est in intellectu, & cum hoc assensu necessario coniuncta est fiducia in voluntate, volens & accipiens promissam reconciliationem, & acquiescens in monstrato mediatore. Nisi enim simul vellemus, & acciperemus promissam reconciliationem, maneret fuga & pax, nec existeret pax seu quies conscientia seu cordis. Quare appellatione fidei vere complectitur Evangelium velle oblatam promissionem. Quamquam autem displicent hæc aduersarijs, qui acerrime contendunt, nihil intelligi nomine fidei nisi noticiam, qualis & in Dialo- gis est, tamen ad talem noticiam impossibile est congruere dilectio. Iustificati fide pacem habemus. Item: Qui credit in eum, non confundetur.

DEINDE rursus hoc moneo, quod toties dictum est: Iusticiam quæ in nobis est, esse in voluntate. Sed iustificatio significat, consequi à Deo remissionem peccatorum, & acceptationem ad vitam æternam. Hæc contingunt nobis propter meritum, sedentem ad dexteram æterni Patris, sed tamen fide uti oportet. Et simul Spiritus sanctus datur, incoans novam lucem, & novas virtutes, quibus nos Deo subijcimus, quibus incoatur in nobis vita æterna, sicut inquit Christus: Hæc est vita æterna, ut agnoscat te solum verum esse Deum, & quem misisti Iesum esse Christum.

Qui fingunt dubitandum esse de reconciliatione, inquirunt hominem iustum esse proprijs virtutibus, tantum habere imaginationem Ethnicam, nec accedunt ad Deum fiducia mediatoris, cum tamen Deus aliter coli non velit, nec velit exaudire, nisi invocantes fiducia mediatoris.

DYODECIMVM.

Iacobi 2. Vides igitur quod ex operibus iustificatur homo, non ex fide solum.

RESPONDEO sine vlla sophistica: Constat fidem in eo loco debi, significare noticiã historix, qualis est in damnatis. Ait enim: *peruenies credunt & contremiscunt.* Fatendum est aurem, & clare fatetur, hominem non esse iustum illa noticiã. Sed Paulus cum loquitur de fide, intelligit fiduciam misericordix, quæ nititur mediatore, & propter eum accipit reconciliationem. Quare necesse est aliud intelligi fidem apud Paulum, cum inquit: *Corde creditur ad iusticiam:* Aliud apud Iacobum dicentem: *Demonies credunt.* Non igitur pugnat Iacobus cum Paulo, sed de alia re loquitur, refutat errorem eorum, qui fingebant se iustos esse propter professionem dogmatum, vt hæc opinio facile capit imperitorum animos. Sic & Iudæi fingebant se esse iustos propter professionem suã doctrinæ & ceremonias. Hunc errorem refutare necesse est. **N**ac pugnat hæc refutatio cum Paulo. Quod enim addit Iacobus, *Iustificatur homo ex operibus,* loquitur de iusticia operum, quam & Paulus tota voce clamitat necessariã esse: Sed idem negat propter hanc dari remissionem. Non igitur intelligatur verbum *iustificari* pro reconciliari, sed vt alias sæpe dicitur, pro approbati. *Iustificatur homo ex operibus,* id est, habens iusticiam operum approbatur, placet Deo. Quia obedientia in reconciliationis necessaria est, & quomodo placeat, supra dictum est. Et persona non est iusta, seu placens, seu accepta, si desit illa obedientia. Si maneat delicta contra conscientiam. Est ergo sententia, oportere hominem etiam habere iusticiam operum, quod omnino fatendum est: Sed interim plura docendus est auditor, scilicet, quod propter opera non accipiat remissionem. Item, quod placeant, non quia *operibus*, sed propter mediatorem. Hæc addenda esse, manifestum est. **Q**UARE satis apparet, Iacobum non de integra causã disputare, sed de vna parte concionatum esse: flagitare iusticiam operum, & refutare eos qui fingebant se iustos esse propter professionem. Ceterum de reconciliatione, & quomodo placeat imperfecta obedientia, hic non dicit. Supra aliquantulum attingit, cap. 1. inquit: *Vultis grauari nos verbo veritatis, vt simus primitiã creaturæ ipsius.*

DECIMVMTERTIVM.

1. Corinth. 13. Si habeam omnem fidem, dilectionem autem non habeam, nihil sum.

EXPEDITA, facilis, & plana responsio est. Concedo totum. *Expedita* affirmamus, oportere adesse dilectionem: Sed hinc non sequi-

sequitur, nos accipere reconciliationem propter dilectionem, partem dilectionem placere, quia legi satisfaciat. Imo dilectio existere non potest, nisi precedat fides, qua accipimus remissionem, & consequimur misericordiam, ac statim nos recipi & exaudiri. Insuper dilectio, & voluntas se Deo subiecit. Sed hac dilectio & inchoatio admodum est imbecilla, & adhuc multis sordibus inquinata. Quare aliud quiddam est, videlicet propitiator Christus, propter cuius personam statuit se certo habere reconciliationem, in hunc inueniuntur in proprias qualitates.

VERVM est igitur virtus, quae dilectionem adesse, & tamen personam habere reconciliationem propter filium Dei, hac expedita responsione vti possumus vitam magis rixas, nam hic alia quoque disputari solent, quod fides signum donum faciendi miracula. Item: dilectio dilectionem proximam, has responsiones omitto, cum illa prior sit magis perspicua.

DECIMUMQUARTVM.

Matth. 19. Si vis in vitam ingredi, serui mandata, Ergo legi satisfacere potest, & nostra obedientia meretur vitam aeternam.

RESPONDEO: Ex hoc dicto extruxerunt aduersarij haereticos, quod homo possit legi Dei satisfacere, & quod contrarium bibeum nascens non sit malum pugnans cum lege Dei, & quod nostram impletionem legis esse precium vitae aeternae. Hi enim inde orti sunt, quod legem & Euangelium non discernebant. Unusquisque obediens integram, & promittit vitam, sed cum conscientia integra obedientiae, ut dicitur: Hoc fac, & viues. Contra autem neminem legi Dei satisfacere, ut clare testatur Paulus Rom. 7. Quare conferenda sunt huc & alia dicta propria Euangelij. Donum Dei vita aeterna per Christum. Et Iohan. 6. Hac est veritas eius qui misit me, ut omnis qui credit in Filium, habeat vitam aeternam. Hac alia vox est quam legis dicta, quae sunt ex Euangelio interpretanda. Nam est discrimen est, tamen non aboleretur, sed Paulus inquit: Stabilitur per fidem. Cum enim hac infirma non satisfaciat legi Dei, vult Deus propter filium nos recipere, & accere haereditatem vitae aeternae, hoc fit fide. Et cum recipimur, inchoat noua lux & obedientia, quae congruit cum lege Dei. Et quia haec inchoatio non satisfacit legi Dei, tamen placet Deo propter diatorem, ut saepe dictum est. Sic oportet seruare mandata Dei eandem sententiam inquit Paulus: Legem stabilimus per fidem, cum sumus fide inserti Christo, iam placet obedientia, & dicitur dilectio Dei. OMNIBVS ergo dictis legis addendum: Si vis ingredi in vitam, serua mandata, scilicet iuxta vocem

seu *ἐπιτίσιος*, quam addit Euangelium: Non potes incoationem sine agnitione Christi & Spiritu sancto: Nec placet penitentia, quia legi satisfaciatur, sed propter Mediatorem, & tamen tamen necesse est, sicut dicit Paulus: Superinduemur, si tamen tamen non reperiemur. Item Christus inquit: Nisi abundauerit iustitia supra iusticiam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis regnum caelorum. Pharisei docebant externam disciplinam: Sed in Euangelij, quæ de penitentia concionatur, plus requirit: Abundantius seu antea ellit iusticia priorum his sex rebus, Penitentia, scilicet in uocatione Spiritus, uera inuocatione, successibus in uocatione, & oppressione Diaboli. Nam illa noua lux est incoatio uitæ æternæ, quæ ell & erit talis uita, talis sapientia & iusticia, qualem lex postulat, uidebunt illustri agnitione Dei & pura dilectio. Ideo dicitur Ierem. 31. Dabo legem meam in corda eorum, id est, accendam lucem & obertentiam ueram in saluandis, quæ erit æterna sapientia & iusticia.

DECIMUMQUINTVM.

Remittite & remittetur uobis,

Ego nostra condonatio meretur remissionem.

RESPONDEO, Hæc sententia est concio penitentia, quales sententia sunt in Prophetis. Ies. 1. Desinite malefacere, Si peccata uera essent ut coccinum, eritis candidi ut nix. Item Iesa. 58. Frange uentrem tuum, & gloria Domini colligerte. Hæ & similes sententia uobis, continent duas partes: Altera est uox præcepti, ut nos emendemus. Altera est promissio remissionis peccatorum. Nam de hac promissione audiamus Euangelium. Non dicit Ies. 1. Desine praua facere, propter uestras uirtutes dabitur remissio. In uobis loco de Christo clare dicit: Vere dolores nostros ipse tulit,

ITA hic: Remittite, & remittetur uobis. Prior pars est præceptum, posterior est promissio, sed non additur, propter tuam condonationem tibi remittetur. Si hæc conditio addenda esset, fieret uox promissio, ut facile intelligi potest. Ergo audita promissione, emendatur doctrinam de remissione propter Christum promissa gratia. Significat autem requiri hoc opus, scilicet nostram condonationem sicut alia nostra opera, & placere sicut supra dictum est, non quod penitus nullus sit nexu in animo, sed quod pia mens repugnet inuidia & odij, propter mandatum Dei & Ecclesie concordia, & agnoscit, hanc moderationem placere propter Christum.

EADEM prorsus est sententia concionis Daniel: Libera te à uicinis iusticia & eleemosynis erga pauperes, & erit sanatio delictorum tuorum. Tota oratio est concio penitentia, in qua prior pars est emendationem, & loquitur non de solis eleemosynis, sed de
tota

tota conuersione: Libera te à peccatis per iusticiam, id est, fias iustus, agnosce verum Deum, qui se reuelauit in verbo, quod dedit populo Israël, & promisit remissionem peccatorum propter venturum Dominum. Deinde fit & gubernatio tua iusta, sis diligens in iudicatione, prohibe iniurias, puniro delinquentes, defende honestos, non sis crudelis aduersus Ecclesiam & populum Dei: Deniq; omnia ista mediocri & salutaris gubernationis complectitur, cum inquit ledime peccata elemosynis, id est, beneficijs erga pauperes. Hæc prima pars est vox legis, quæ præcipit de conuersione.

Secunda pars: Et erit sanatio delictorum tuorum, promissio est, non oportet fide accipi. Ergo cum promissionem proponit, recipiendam, qua creditur Deo promittenti per misericordiam, non per nostram dignitatem. Nec fuit hæc breuis doctrina: Nam regulanti, vnde hanc voluntatem Dei sciret Daniel, vnde affirmatum remitti peccata, Daniel haud dubie exposuit promissionem in traditam de futura liberatione, & de vita æternæ, & ostendit pernam eam etiam ad gentes. Ideo nec flagitat ceremonias, vt figuram conciliationem, non propter legem, sed propter promissionem dei.

QUANTVM igitur breuis est narratio Danielis, vnde ipsa promissio remissionis admonet lectorem piũ de communi conciliationis promissione, & vitæ æternæ. Et intelleget præceptor, vere congruere concionem Danielis cum Euangelio. Hæc pars tradit præcepta de emendatione, Posterior est promissio, quæ oportet accipi fide, qua certo statuitur, quod per misericordiam remittamur. Hæc & plana & perspicua sunt pijs, & prorsus sine operibus. Nec vtar illa solutione, mereri opera bona remissionem præsentium pœnarum, etsi id verum est, tamen Daniel non tantum de remissione pœnarum, sed prius de remissione culpæ dicit. Ceterum in loquitur scriptura de remissione pœnarum præsentium, vt eleosyna liberat à morte, id est, meretur ne opprimamur periculis. Honorans patrem faciet placationem pro peccato, videlicet, quæ pœnam præsentem attinet, si eris beneficus erga parentes, delectos gubernatores Ecclesiæ, tibi quoq; Deus mitigabit arummas.

DECIMUMSEXTVM.

Maxima virtus præcipue iustificat.

Dilectio est maxima virtus,

Ergo dilectio præcipue iustificat.

RESPONDEO. Major est vera de iusticia legis, si legi obedierimus, essemus iusti propter proprias virtutes, & maxima plus conduceret, vt de Christo vere possumus dicere, eum esse dilectione iustum esse. Sed quia nos legi non satisfacimus, recusat

per mediatorem, non propter propriam dignitatem, seu propter
 suas qualitates. Ideo de reconciliatione non valet maior: Maxima
 maxime reconciliat, imo solus mediator reconciliat. Est vir-
 tutum maxima, ardere dilectione Dei, sed etiam renati, & qui
 vitam profecerunt, sentiunt vix exiguum scintillam in ipsis accen-
 dere esse. Vt in mente fides luctatur cum dubitatione, & Diabolo in-
 teribat inuocationem varijs spectris: Ita in corde dilectio Dei ad-
 uersum languet, vt in inuocatione sentiri potest, in qua cor aut negli-
 ge arbitrat, aut etiam fugit Deum: incurrunt & alij vitiosi motus,
 amor voluptatum gloriæ nostræ vitæ. **Q**UANTO igitur ex-
 ioret in nobis dilectionem Dei oportet, tamen agnoscamus ingentem
 infirmitatem, & sciamus personam à Deo recipi, exaudiri, & iustam,
 id est acceptam reputari propter mediatorem fide. Aliud est igitur lo-
 qui de reconciliatione & de misericordia erga nos: Aliud est virtu-
 tes ipsas inter sese conferre. Haud dubie maxima omnium virtutum
 est dilectio Dei, sicut & lex eam requirit, tanquam summam virtu-
 tem: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Sed illa ar-
 dens flamma dilectionis vbi est? vix exigua scintilla lucet in sanctis,
 & difficulter retinetur. Hæc si cogitabimus, melius intelligemus cur
 dicatur: fide iustificamur. **I**AM si vis conferre virtutes, & pro-
 prias definitiones singularum considerare, id quoque vile est. Prima
 est fides, quæ est nosse verbum Dei, & assentiri promissioni gratiæ,
 & dilecti, quæ propter Christum statuimus nobis Deum esse propiti-
 um, & acquiescimus. Est igitur noticia apprehendens promissionem,
 & fiducia quietans cor propter aliud, scilicet propter Mediatorem.
 Deinde sequitur dilectio. Necesse est enim præcedere agnitionem
 misericordiarum. Cum cor sensit vere iram Dei, & rursus fide agnoscit
 Deum esse propitium propter Christum: Hac luce pelluntur iam te-
 netæ Epicuræ & Academicæ, & statuit mens adiura à Spiritu san-
 cto, non vere curæ esse Deo, & ab eo recipi. Incipit igitur cor sese
 offerre Deo, & obedire, & oritur aliqua dilectio Dei. Sed nondum
 hæc vita sunt ardentes flammæ, quales esse deberent erga Deum;
 sed est quædam incoacta obedientia, qua se cor subijcit Deo, & læta-
 tur in agnitione Dei & obedientia. Sicut in cantico dicitur: Gloria
 in sanctis Deo, & in terra pax, & hominibus læticia. Ideo Iohannes,
 vt aliquo modo ostenderet, qualis res sit dilectio Dei, dicit: Hæc est
 dilectio Dei, vt mandata eius seruemus. Ad has virtutes accedit
 spes, quæ est proprie expectatio venturæ liberationis, à Deo promif-
 sæ. Hæc differt à fide dupliciter. Prior est insignis & præcipua differen-
 tia. Fides apprehendit promissionem, & applicat nobis mediatorem;
 talis non est spes, sed euentus futuros expectat. Hinc facile potest
 intelligi, cur non dicatur, Spe iustificamur, quia ea oratio non ita
 monstrat

monstrat vel applicat Mediatorem, vt cum dicimus: Fide iustificamur. Altera differentia est, Fides accipit præsens beneficium, peccatorum reconciliationem, sine qua non potest fieri inuocatio. Spes autem expectat futuros euentus à Deo promissos, &c.

DECIMUM SEPTIMUM.

Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum, Ergo propter dilectionem fit remissio.

RESPONDEO: Duplex est absolutio, Alia privata castitæ luctantis cum ira Dei: In hac absoluteione necesse est vti, quod fide accipiatur remissio, non propter nostras virtutes. Inquit Christus: Fides tua saluam te fecit. Nec nititur fides dilectione, sed tantum misericordia promissa, vt constat. Nec castitæ dilectio potest, nisi sit apprehensa remissio. Alia est absolutio publica coram Ecclesia, hæc fit propter bona opera, quæ sunt testimonia conuersionis, vt hic Christus Phariseo declarat, cur eam recipit, quia extant testimonia conuersionis. A c tota historia magis est Ecclesia, semper duo sunt cœtus: Alter hypocriticus, infirmæ ordinariæ autoritate & opinione iustitiæ, propterea quod videtur cunctis; tueri doctrinam disciplinæ & Legis. Quamquam auctorem huius non amplectitur Euangelium, tamen quia tenet gubernationem, ideo ibi Christus assidet mensæ, id est, ibi concionatur. Alter cœtus est, qui audit Euangelium, vere agit pœnitentiam, & vera fide honorat Deum, agnoscit Filium Dei mediatorem, & prædicat Euangelium. Huic cœtui, quamquam alter cœtus habet speciosiora opera, tamen Christus tribuit hic laudem dilectionis, quam sibi sumunt hypocritæ, qui arrogat sibi iusticiam legis. Sed Christus transfert hoc donum in hanc miseram mulierem, hic placet iusticia legis, vbi est vera agnitio Christi. Et in hoc cœtu sunt veri cultus, scilicet, pœnitentia, oratio, vera inuocatio, dilectio, osculari & tergere pedes Christi, &c. ornare & defendere ministerium Euangelij, & studia necessaria Ecclesiæ, sustinere pericula in confessione, labores & odia in decore. Econtra hypocritæ sunt sine pœnitentia, & sine timore Dei, quia præstant se iustos esse sua disciplina, seu suis ceremonijs: Deinde sumunt sine fide, quia vel confidunt sua iusticia, vel manent in dubitatione. Sunt sine dilectione, quia non potest existere dilectio Dei & inuocatio, nisi prius agnita sit remissio: Euangelium vero non ornant, vel delere vel premere conantur. Hic igitur Christus consolatur pijs proponit, refutat acriter Phariseum, & detrahit ei laudem iustitiæ, vt significet se defendere suam Ecclesiam contra iniquam hypocritici cœtus.

Si cuiusmodi hæc solutio de duplici absolutione non placet, vitæ æternæ sunt Synecdoche, Remittuntur ei multa, quia multa est. Talia dicta & alibi occurrunt, & tamen Synecdoche exacta est. Quanquam necesse est simul concurrere multas partes satisfactionis, contritionem, fidem, dilectionem, seu bonum propositum, tamen non propter nostram dignitatem datur remissio, sed per misericordiam, quæ fide apprehenditur. Hæc explicatio sumitur ex verbo dimitte de particula Gratis, fide propter Christum.

DECIMOCTAVVM.

Vita æterna vocatur merces,
Est ergo debita pro operibus.

RESPONDEO brevissime, Vita æterna est merces, quia compensatio beneficii, etiam si datur propter aliud, scilicet, propter Christum. Vixit meritum est merces filij, etiam si contingit propter aliam causam. Hæc responsio brevis & expedita, satisfacit huic objectioni: Nam adversarij immodice exaggerantes vocabulum Mercedis, multa inde absurda extruxerunt. Vt in locatione operarum & mercibus, vel in emptione, precij & mercedis est æqualitas: sic fixerunt æqualitatem obedienciæ & vitæ æternæ, & vocauerunt obedienciam meritum de condigno, fixerunt homines legi Dei satisfacere, contenti sunt opera supererogationis. Et de fide intuentem non nostram dignitatem, sed mediatorum, & accipientem remissionem & hereditatem vitæ æternæ propter Christum, nihil dixerunt: Imo operibus tradiderunt, cum aiunt: Spes est expectatio vitæ æternæ, ut ex meritis nostris. Deniq; vocabulum Meriti multas disputationes movit, & Bernardus cum se evolvere non posset, tandem inquit: Sufficit ad meritum scire, quod non sufficiat meritum. Ita agnitio proprie infirmitatis coëgit cum confugere ad Christum. **N**on igitur explicatio est expedita. Dicimus oportere in saluandis multare penitentiam, fidem, & incoactam obedienciam seu dilectionem: & tamen quia reuera adhuc in carne ingens est caligo, & infirmitas repugnans legi Dei, agnoscendum est, quod inquit David: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et confugiendum est ad Christum, ac statuendum, quod agentibus penitentiam & credentibus propter ipsum detur vita æterna. Sicut ipse inquit: Hæc est voluntas Patris, ut omnis credens in Filium, habeat vitam æternam. Et certum est fingere, quod renati satisfaciunt legi Dei, & sint sine peccato. Vt igitur maneat certa spes vitæ æternæ, sciamus eam dari agentibus penitentiam, & credentibus propter Christum. Interim tamen quia Deus recipit obedienciam, etsi bona opera non merentur remissionem peccatorum, & hereditatem vitæ æternæ tamen merentur

tur alia præmia corporalia & spiritualia in hac vita & futura. Sicut Christus inquit: Merces vestra copiosa erit in cælo. Hæc quæ dicitur cordatis & pijs conscientijs satisfaciunt.

VERA est hæc responsio, Hæc orationes, Vita æterna erit merces, Item: Reddeat cuiq; iuxta opera sua, phrasæ esse Legis, quæ loquuntur de nobis tanquam de nostra dignitate: & tamen fides accipiens reconciliationem, statuit nos propter aliud, non propter nostras virtutes punire, quia nemo legi satisfacit, & in hac imbecillitate nature multum peccata. Hanc interpretationem addi necesse est ex Evangelio, quæ hoc efficit, ut mercedem intelligamus quidem compenditatem, sed non intelligamus dari reconciliationem propter nostram dignitatem, nec incoatam obædientiam placere propter seipsam, sed ob conciliatis propter mediatorem. Hos postea sequitur compenditatem bonorum operum.

ILLUD vero argumentum exploratum est, quod dicunt homines segniores fieri ad beneficiendum, si meriti tollatur. Dixi supra, multo grauiores esse rationes necessitatis & debiti. Præterea discrimen tenendum est promissionum, præ tuta est promissio reconciliationis & vitæ æternæ: Sed legum promissiones proprie sunt additæ pro operibus: Qui dederit panem aquæ, non perdet mercedem. Etsi igitur bona opera non merentur reconciliationem, nec sunt precium vitæ æternæ: (nam reconciliationem præcedere necesse est, ut obædientia posse placere) non merentur alia præmia, ut dictum est.

DEINDE quod de legum obiectione, refutandum est opposito periculo dubitationis. Substantandum erit de vita æterna, ut doctrina illorum meritis dicit, dubitatio magis languescit studium recte faciendi. Sed hæc omnia magna caligo est in animis hominum, & horribilis infirmitas. Facillime vident quid sit seruire Deo. Sed pij qui aliquid lucis habent, agunt Deo gratias, quod nos propter Filium recipit, & quod propter hanc mediatorem hanc imbecillem & contaminatam obædientiam approbat & ornat præmijs, & nos excitemus ad exercitia fidei & bonorum operum. Nam in his exercitijs, hæc quæstiones facile poterunt dici.

EXPOSUIT totam controuersiam de iustificatione seu de reconciliatione. Cum autem multi hanc sententiam oppugnent, pia mentis est diligenter videre quid præcipue agatur, & facilius iudicari possit, Ecclesiam omnium temporum inuicem sanctorum experientiam consideret. Dicimus necessariam esse præsentiam, & addimus credendum esse, quod propter filium Dei datur remissio gratis, non propter nostram dignitatem. Item, quærens non debeat succumbere dubitationi, sed fide vincere dubitationem. Præterea dicimus necessariam esse incoatam obædientiam, hanc non satisfacere Legi Dei, sed placere in reconciliatis pro-

Victorem, ac manere quidem in renatis peccata, sed tamen discerni esse peccata contra conscientiam ab ijs, quæ manent in Sancto. Dicimus enim amitti gratiam, cum violatur Lex Dei contra conscientiam. Hæc non solum nihil habent absurdi, sed reuera congrua cum consensu omnium Sanctorum inde vsq; ab initio.

COGITA Davidem cum obiurgatur à Nathan: hic David quod sit iram Dei, & vere expauescit ac dolet. Rursus autem cum augetur Evangelium: Abstulit Dominus peccatum tuum, erigitur hac voce, nec cogitat se habere remissionem propter suas virtutes, sed huic voci credit, & cogitat de promissionibus quæ sunt datæ patribus, luctatur cum dubitatione, & fide vincit. Quid deinceps? An postea putat se Legi Dei satisfacere? Imo vero agnoscit, infirmitatem hanc procul abesse à perfectione Legis. Ideo dicit, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens, & scit tamen per misericordiam placere Deo hanc utilitatem bonæ conscientie, in reconciliato. Sicut inquit: Pax multa illigentibus Legem tuam. **HAS** summas intueantur animi, quæ cum sint perpetuus & irrefragabilis consensus sanctorum omnium temporum. Nec difficile erit refutare cavillationes, quæ contra hanc sententiam excogitantur, si hæc summa fuerint in conspectu, & in quotidiana invocatione exerceantur. Nulla enim potest esse vera invocatio, nisi cognita doctrina de fide. Accedendum est enim ad Deum fiducia Mediatoris, vt Rom. 5. Per hunc habemus accessum, &c. Item Hæc. 4. Habentes talem Pontificem, accedamus cum fiducia.

DE DISCRIMINE VETERIS

ET NOVI TESTAMENTI.

VNA est perpetua Ecclesia Dei inde vsq; à creatione hominis, & edita promissione post lapsum Adæ: Sed doctrinæ propagatio facta in alijs politijs fuit. Ac prodest considerare seriem historiarum, & testimonia, in quibus se Deus patefecit ab initio, & iram adversus peccata, & misericordiam erga conuersos declarauit. Nam vt scitemus doctrinam Ecclesie solam, primam & veram esse, Deus singulari beneficio scribi perpetuam historiam ab initio voluit, & seruauit, & huius libri scriptio per Patres & Prophetas addidit testimonia, editis dignis miraculis, vt sciremus, vnde & quomodo ab initio propagata sit Ecclesie doctrina. Postea vero Gentium religiones exortæ sunt, quibus alijs temere fingentibus novos Deos, & novos cultus, reuera prima doctrina. Nec norunt Græci aut alij suarum religionum auctores, & quotidie horribili licentia fingebant novas, nunc sacra Sacchi, nunc Dianæ.

QVARE cogitemus ingens Dei beneficium esse, quod certum librum Ecclesie tradidit & seruat, & ad

i. n. hunc

hunc alligat Ecclesiam. Tantum hic populus est Ecclesia, qui hunc librum amplectitur, audit, discit, & recipit propriam eius sententiam in inuocatione Dei, & in regendis moribus. Non igitur est Ecclesia Dei, ubi rejicitur hic liber, ut apud Mahometistas: Aut ubi ex illa propria sententia, proponitur commentitia, ut apud hæreticos. Vere lectio & meditatione opus est, ut propria sententia retinetur, sicut de studio sæpe præcipitur. 1. Timoth. 1. Intende lectio Coloss. 3. Verbum Christi abunde inter vos. Spiritus sanctus utitur se velle scribi doctrinam & testimonia diuina. Psal. 105. Scitur hæc in generatione altera, & populus qui creabitur laudabitur.

A M E M V S ergo & colamus studia libri diuini traditi, ac primum sciamus in summa, duo genera doctrinæ in nullo libro contineri, Legem & promissionem Gratiz, quæ proprie vocatur Euangelium. Hæc distinctio lumen est vniuersæ scripturæ, ut vtrunq; genus doctrinæ ante Moysen.

L E X est noticia in creatione hominis indita menti, domini vnum esse Deum, conditorem rerum, eiq; deberi inuocationem & obedientiam, iuxta discrimen honestorum & turpium, quod ipse Deus impresserat menti, & panis contumaciam. Nam imago Dei in mente, erat in mente illa firma noticia de Deo, & agnitio Legis, illa voluntate conuersio ad Deum. Et si autem post lapsum voluntas hæc facta est, & in mente noticia obscurior facta est, tamen manet noticia, quæ extet æternum & immutabile iudicium Dei contra peccatum, reprobans Deum irasci peccato.

S E D promissio reconciliationis post lapsum, non est noticia in se natura, sed est vox prolata ex utero sine Patris, quæ prius ignota fuit omnibus creaturis, quæ vocellus testatus est, se homines recipere in gratiam, & deleturum esse peccatum & mortem, ac instauraturum iusticiam & vitam, propter quædam venturum semen mulieris. Estq; incoata prædicatio vtriusq; generis in Paradiso. Legis vox est accusatio inobedientie, promissio vero erat: Semen mulieris conculcabit caput serpentis. Et erant postea Patres, ut Adam, Seth, Enoch, & alij, qui legitima vocationeangebantur Sacerdotio, & propagabant vtramq; doctrinam.

L E X quæ prohibet homicidium, expresse prædicatur in concione ad Cain, & deinde in concione ad Noë repetitur. Lex quæ prohibet vagabundines, sancita est in Paradiso, & postea propositum testimonium iudicio Dei in diluuium, & conflagratione Sodomæ. Sic & promissio subinde magis illustrata est, cum ad Abraham dicitur, In semine tuo benedicentur omnes Gentes.

Q U I D igitur proprie nominatur vetus Testamentum? quid nouum? cum Legem & Euangelium sepe per prædicare necesse fuerit, & cum eiusdem vocis ministerium perpetuo sit in Ecclesia? Respondeo, Vetus Testamentum proprie

promulgatio Legis, seu pactum, quo populus Israël ad Legem & formam politicam, obligatus est ad hunc finem, ut in hac politia firmaretur & propagaretur promissio de venturo Messia, propter quam & in hoc populo erat vera electorum Ecclesia. Hic finis legitime considerandus est, quem ignara multitudo in populo Israël non intelligebat, sed tres errores circumferebat. Primus erat, sicut promissionem terræ, hoc est, certi loci possessionem & Remp. videbatur esse rem corporalem: Sic Messiam promissum existimabat hanc politiam aucturum & confirmaturum esse, non intelligebant mitti eum ut fieret victima, ut aboleret peccatum & mortem, & hac politia cursum daret iusticiam & vitam æternam credentibus. SECUN-

DO error erat. Non intelligebant cur præcipue Lex promulgata esset. Non enim tantum promulgata est, ut politica disciplina hic populo regeretur, sed ut extaret vox Dei certo & illustri testimonio terræ, qua patefactum esset iudicium Dei æternum & immutabile aduersus peccatum, ut ira Dei agnita quæreretur promissio Messia. Sed multitudo ignara tantæ rei, existimabat Legem tantum esse politiam disciplinam, & externam obædientiam satisfieri Legi Dei, nec intelligebat peccata interiora, dubitationes de ira & de misericordia Dei, non vere expauescere, non ardere fide & dilectione, non acquiescere in Deo fiducia auxilij diuini, in inuocatione dubitare an Deus accipiat preces. Deniq; habere innumerabiles errantes motus. Hæc multa multi fingebant non esse peccata, nec pugnare cum Lege Dei.

TERTIUS error erat: Peccata & lapsus suos fingebant compensari sacrificijs, & mereri se remissionem peccatorum maculatione peccatorum, & alijs ceremonijs. Et hac opinione cumulabant sacrificia. Ius & nouas ceremonias excogitabant, aut Ethnicas recipiebant. Mactabant liberos suos, ut magno & difficili opere plura bona mereantur, ut humana cæcitas ad hunc errorem prona est, ut putet opera nobis excogitata magnificeri à Deo. Hi tres errores late grassabantur in hoc populo.

SED tamen semper seruauit Deus in hac ipsa politia aliquam veram Ecclesiam, hoc est, cœtum recte sentientem, ut Iesa. 1. dicitur: Nihil dominus reliquisset nobis semen, sicut Sodoma esse mus, &c. Tanta igitur vera Ecclesia errores, & reuocabat aliquos ad veram Dei inuocationem, docebat hanc politiam constitutam esse, ut esset certa fides & certus locus Ecclesie, donec veniret Messias, ut in hoc loco interim conseruaretur & propagaretur promissio, testabatur hunc Messiam mitti, ut fieret victima pro peccato, & daret iusticiam & vitam æternam, non imperium mundi in hac mortali vita.

DE IUDÆ & de Lege docebant, externam obædientiam & disciplinam non satisfacere Legi Dei, nec placere Deo, nisi prius iacta-

fundamento, hoc est, agnita promissione Messiae, ac propter eam accepta remissione peccatorum & reconciliatione. Hanc fidem docebant oportere praelucere in inuocatione, quod Deus propter hoc Messiam verè reciperet ipsos, & exaudiret preces. Hæc fide docebat incoandam esse hanc partem Legis in corde, videlicet, Decalogum de Dilectione, de Inuocatione, de Timore Dei.

S i c de ceremonijs concionabantur, nequaquam traditas esse, vt essent pro remissione peccatorum, sed vt essent signa venturi Messiae testimonia professionis, ac exercitia admonentia de Fide & Inuocatione, nec valere nisi prius iacto fundamento, videlicet, agnitione promissione Messiae, & accepta remissione peccatorum, & inuocatione.

S i c de reuera legis, id est, de iudicialibus docebant, placere politica officia in fundamento, id est, agnita promissione Messiae, & accepta remissione, & incoata in corde illa prima parte Legis, scilicet Decalogo, fiducia auxilij diuini, & propter gloriam Dei, & dilectionem promissi fierent politica officia, non sicut ea faciebant Alexander, Scipio, Marius & similes, cum contentu Dei, propriæ potentia ac virtutis causa.

S i c Prophetæ monstrabant promissionem & vnam Legis, e contra vero superstitiosas opiniones taxabant, vt Ieremias Non præcepi patribus vestris de holocaustis. Et Psalm. 50. Holocaustis non delectaberis. Hæc & similia dicta videbantur aperte pugnantia cum Lege, quare impij Reges & Pontifices armati perirent Legis, crudeliter sæuebant in Prophetas: Sed Prophetæ hoc viderant, Lege non postulari ceremonias sine noticia & fiducia Messiae, & sine penitentia, seu vt vulgo loquuntur, ex opere operato, & cum cæteris erroribus, quos ignara multitudo affingebat.

Q uæ autem constitutio illa politiæ Mosaicæ dicatur proprie vetus Testamentum, confirmant hæc dicta, Galat. 4. Hæc sunt duo Testamenta, vnum quidem ex monte Syna ad seruitutem generans; id est, obligans ad hanc politiæ, quæ etsi erat magnum beneficium (gratum enim est enim scire certam Ecclesiæ sedem) tamen seruitus erat, non est, nondum erat illud summum bonum, noua & æterna vita, quæ vera libertas exhibenda in nouo Testamento: Sed erat ministerium Legis, prædicans iram aduersus peccatum, & coercens disciplinam, & erudiens populum umbris quibusdam de futuris bonis.

S i c ad Hebr. 7. vetus Testamentum ait abrogari, quod fuit imbecille ac inutile. Non loquitur de promissione venturi Messiae. Hæc non fuit inutilis Patribus, sed Lex fuit infirma & inutilis, licet, ad iustificationem, seu ad tollendum peccatum & mortem. Hæc ipsum enim vult dicere: Etsi magnum beneficium erat dari certam Ecclesiæ sedem in terris, constitui pulcræ politiæ & disciplinæ.

tamen hæc bona omnia erant res interitui & morti obnoxie, erant iusticia & vita æterna. Sic & clare Ierem. cap. 31.

Verus Testamentum fœdus, quod factum est cum educeretur populus ex Aegypto, & eruditissime discernit vetus & nouum. Vetus fuit promulgatio externa Legis, & declaratio iudicij aduersus peccatum, & constitutio politie, vt certa sedes esset verbi & testimoniorum Dei. Sed nouum non erit externa promulgatio Legis, sed noua & æterna vita, lux & iusticia, Lege ardente in cordibus, liberata morte & peccato. Complectitur enim Ieremias totum & integrum effectum noui Testamenti, vt plerunq; Prophetæ de beneficijs Messie loquentes, non tantum de incarnatione concionantur, sed de tota & integra instauratione naturæ. Fitq; ita illustre discrimen noui & veteris Testamenti, cum illa noua, celestis & integra liberata natura ab omnibus malis, confertur ad veterem naturam, subiectam Legi & morti.

Hæc etiam appellationes referuntur: Vetus, sic dicitur & propter tempus & propter subiectum: Qui Legis promulgatio tempore antecedit instaurationem naturæ in nouam resurgente Christo, & complendam, cum tota Ecclesia mundata ornabitur sua gloria. Deinde propter subiectum dicitur Vetus, quia hæc vetus natura premitur iudicio Legis, & coercenda est disciplina Legis. Ac vt vetustas naturæ manet in hac vita, sic manet Lex & hoc ingens onus, quod Lex in maledictionibus denuntiat, illi est, manet ira Dei æterna, nisi ex Euangelio fuerit accepta remissio. Deinde manent & ingentes calamitates, quæ sunt poenæ, quibus Deus omnium peccata extra Ecclesiam & in Ecclesia punit, graffiantur bella, morbi, inopia, vastationes, exilia, iniuriæ, desertiones, pericula, distractiones amicorum, deniq; dolores innumerabiles. His ærumas sciamus non casu accidere, sed perpetuam vocem Legis esse, quæ hanc miseram naturam admonet de ira Dei æterna, & feruente coercet. Nec putemus deleta politia Mosaica, propterea dissipate iudicium Dei, & maledictiones aduersus peccata. Incoatur quidem benedictio & liberatio in ijs, qui credunt Euangelio, & ira Dei æterna remittitur, sed donec vetustas corruptæ naturæ manet, simul manent aliqua poenæ.

Nam vox Legis moralis & maledictiones, ideo reuelatæ sunt, non quod ad illum populum tantum pertinerent, sed vt alicubi extaret testimonium & iudicium Dei, aduersus peccatum, in toto genere humano. Dicitur ergo vetus Testamentum, hoc onus, quia premit totam veterem naturam, non solum in impijs, sed etiam in sanctis, ante integram liberationem. Sed his consolatio, auxilium & mitigatio proponitur in Euangelio, & eateenus maledictio abrogata est. At impij pereunt iuxta maledictiones hanc liberatione, vt multi præstantissimi homines horribiliter perierunt

runt oppressi simul presentibus calamitatibus, & aeterna ira, ut Scaevola, Pompeius, Caesar, Crassus, Cato, & sunt in conspectu quotidiana exempla, congruentia cum vniuersa mundi historia. Cum enim vniuersa hominum sit rea, premitur maledictionibus Legis. Ex his recensui satis intelligi potest, quomodo quadrent appellationes veteris & noui Testamenti, si tempus promulgatae Legis, & integritas ratio conferatur. Item, si cogitemus veterem naturam premi dicitur, ante integram instaurationem. Idque cum cogitamus, singulae arumnas sciant esse Legis concionem, qua de ira Dei admonemur, quæramus Messiam, sciant frænos nobis iniici, ut hæc vetustas ratio coërceatur. **N O V V M** Testamentum est prædicatio iustitiam peccatorum, & donatio vitæ aeternæ, ac nouæ iustitiæ, ut peccato, & deleta morte, propter Christum Mediatorem. Comparatur nouum Testamentum, incoatum intelligamus in conspectu prædicatione Euangelij, inde vsque ab initio datae promissionis, & compleri intelligamus in tota Ecclesia, cum ex morte resuscitata in æternam gloriam. **E T** huius ingentis gloriæ exemplum in ipso, & aliquot membris viderunt Apostoli, cum viderunt resuscitatum, & ascendentem Christum. Ibi enim viderunt integre in illa resuscitatione esse mortalitatem, viderunt nouam naturam fulgentem in illa, noua iustitia & vita. Sic de nouo Testamento Ieremias loquitur, est, complectens non tantum prædicationem Euangelij ante resuscitationem, sed integrum beneficium, cap. 31. Dabo Legem in cordibus eorum, & ero eris in Deum, & erunt mihi in populum, & non docebo ultra vir proximum suum, dicens, Cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me: Quia ero propitius iniquitati eorum, & peccatorum non recordabor amplius. Pugnancia hic dici videntur, **INCOATUM** enim inquit, Feriam nouum pactum, At vero pacta sunt verba, quo, & ministerio vocali, per quod Deus suam voluntatem declarat, & sæpe alias dicitur in nouo Testamento-propagandum esse nouum verbum, ut Iesaiæ 61. Spiritus Domini super me, ad annuntians afflicto misit me. Postea vero inquit: Non docebit ultra vir proximum suum. Hic inquit ministerium vocis humanæ deservit. Hæc congruunt recte distributa. **I N C O A T V M** enim nouum Testamentum in hac mortali vita, per ministerium prædicanda promissionis omni tempore: Sed completur integre exhibita luce iustitiæ & vitæ aeternæ, in qua ministerium docendi mandatum hominibus cessabit, & coram fruemur aeterno conspectu Dei, interim vero est incoatum nouum Testamentum in renatis, tamen quia vetustas carnis manet, caro ut supra dictum est, horribiliter premitur maledictionibus Legis, hoc est, calamitatibus omnis generis, ut agnoscat Deus aduersus peccatum, & quaeratur Mediator. Item, ut peccator

peccatur & puniatur. Ideo, vt supra saepe dictum est, maxime Ecclesiam in gentibus calamitatibus oppressa est, quia praecipue in Ecclesia iram suam aduersus peccatum vult conspici, sed tandem Ecclesia propter & peccatum exuret, & liberabitur ab omnibus poenis, & dabitur aeterna vita & gloria. Sicut hic dicitur, Peccati eorum non cordibor amplius.

§ 1 c & 2. Corinth. 1. Paulus discernit nouum Testamentum, & eandem doctrinam tradit grauis imam, & dulcissimam consolatione. Doctrina haec est, Vetus Testamentum vocat literam & ministerium mortis, id est, Legem accusantem & damnantem homines: At nouum vocat ministerium spiritus, id est, praedicationem Euangelij, per quam datur Spiritus sanctus, incoans in corde nouam lucem, iustitiam & vitam, vt Rom. 8. dicitur: Accepistis Spiritum adoptionis filiorum, pro clamamus Abba Pater. Agnita misericordia per Euangelium non iam fugiunt mentes Deum, sed accedunt ad eum tanquam Patrem, & vt accedant, adiuantur Spiritu sancto, inuocant, credunt, & accipiunt in promissionibus, cum considerant, Deum seedere aetno & immutabili sibi adiunxisse humanam naturam, cum filius nouus est ex virgine, id est, cum duae naturae diuina & humana in Filio copulate sunt, tenent euident testimonium, quod ostendit, Deo nec curae esse genus humanum, cum audiunt hunc Filium mitti, vt sit iustitia, & sit auctor nouae & aeternae vitae, sicut Iesaias inquit: Pater miseratus, ad ipsum confugient. Et haec ipsa vox Euangelij, est potentia Dei, ad salutem omni credenti, id est, per hanc datur Spiritus sanctus, & incoatur noua & aeterna iusticia.

CONSOLATIO

ecclesiae. Miretur aliquis, cur noui Testamenti gloria tantopere celebratur a Prophetis, cum illa collectio Ecclesiae, quae fiebat per Apostolos, nequaquam habeat tam conuenientem ordinem, tam certos gubernatores, tales victorias, & miracula, sicut educitio ex Aegypto, & reuolutio politica.

Hic responder Paulus, Imo illa gloriosa facta omnia exhibita sunt, vt essent testimonia, non tantum de illa peritura politica, sed de promissione futuri & aeterni regni. Ac doctore credamus cum affuerit Deus illi periturae politicae, multo magis futurum esse isti suo aeterno regno. Offenduntur humana indigentia vident Ecclesiam esse dispersos & vagos coetus, sine praesidijs gubernatis, sine potentibus gubernatoribus, deniq; sine ordine. Deinde inopiam suam infirmitate excruciantur, quaerunt quid profit Euangelium, & nomen Christi, cum non sentiamus in nobis noua & miranda dona. Item relinquamur in arumois, sicut alij damnati homines in hac vita.

ADVERSUS has dubitationes opponit Paulus hanc consolationem, si peritura politica ministerium fuit gloriosum, quanto magis hoc ministerium salutis aeternae erit gloriosum, id est, erit efflu-



cax in his qui Euangelium amplectuntur, & mirabilibus modis fru-
uabitur. Angimur animis in tantis tumultibus rerum humanarum
tuimus Ecclesiam, doctrinam, literarum interitum, & hæc pericula
nent, non humanis consilijs, sed diuinitus inter tantas regnum
fufiones & ruinas feruari Ecclesiam. Id vult Deus considerari
peti defensionem: & ne frangamur animis, tradidit promissio-
mansuram Ecclesiam in terris vsq; ad finem mundi, sicut clamat
Christus Matth. ultimo: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consum-
tionem sæculi. Iam cum Ecclesia mansura sit, necesse est Euangeli-
esse gloriosum, id est, efficax, necesse est protegi Ecclesiam man-
bus operibus Dei, necesse est & studia aliqua literarum manent
in hac vltima senectâ mundi omnia erunt imbecilliora & defen-
ra. Sed tamen cogitatione harum consolationum nos confirmet
& ad precandum excitemus.

Sunt autem plurimæ noui
menti descriptiones passim in Prophetis, in quibus simul mem-
& passionis Christi & beneficiorum, videlicet remissionis pec-
rum & regni æterni, hoc est, nouæ & æternæ iusticiæ & vitz, vult
& Dan. 9. Septuaginta hebdomades præfixit sunt populo tuo
in his aboleatur peccatum, & exhibeatur iusticia æterna. Ita
ciderit Dominus. In his dictis breuiter summa rerum, quæ in
Testamento sicut, comprehensæ sunt.

Sic & Zach. 1. dicitur:
Tu quoq; in sanguine Testamenti tui emittes vinctos tuos
cu, in quo non est aqua. Breue dictum est, vt multa sunt in Prophe-
sed collatione sunt perspicua. Vocat sanguinem Testamenti, sangui-
nem victimæ, per quam Testamentum de rebus æternis condendum
confirmandum est, videlicet sanguinem Christi. Notat enim Pro-
phetæ non tolli peccatum sanguine pecudum, sed eas victimas
esse alterius victimæ. Educes, inquit, vinctos tuos de lacu, id est,
morte æterna: captiuos illos, videlicet, qui erunt tui: & quidem
ces sanguine, id est, victima quæ promissa est, vt res æternas reddas
videlicet placata ira morte filij Dei. Complectitur ergo, mem-
Christi, & æterna beneficia.

DEINDE quale sit hoc regnum
quales actiones præcipuas habiturum sit, describit Cap. 1. dicitur
super domum David Spiritum gratiæ & precum. Hic nominat præ-
pria noui Testamenti bona, Spiritus gratiæ est Spiritus sanctus,
adiuantur corda, vt agnoscant auditio Euangelio, & credant
pi in gratiam, statuunt vere placatam esse iram Dei: Postea
agnita misericordia innocens, ac præcipue nominat innocens
quia hæc est solius Ecclesie cultus, prorsus ignotus omnibus
rantibus Euangelium.

Ac simul doctrina & consolatio
tur, admonemur vt innocemus, & significatur, hunc cultum Deo
rum, & non irritum fore. Hæc descriptiones & similes in Prophe-

me nos de nouo Testamento & beneficijs noui Testamenti eru-
atque quidem propius aspiciemus, cum has amplissimas cōsola-
ad vltim nostrum transferemus, & spiritum inuocationis exci-
ant. Et plerunq; Prophetæ de nouo Testamēto dicentes, si-
de pœnis impiorum præsentib. & æternis concionantur, vt Amos
dece oculi Dei super regnum peccans, & conteram illud: Vetunta-
non conteram regnū Iacob. Ecce ego mundabo & concutiam in
multos gentib. domum Israël, sicut concutitur triticum in cribro,
hinc cadet granum super terram. Gladio morientur omnes peccato-
In die illa suscitabo tabernaculum, &c. id est, Cum colligam mihi
scelerum, simul horribilib. pœnis declarabo iram aduersus impios,
delictis regnis excerpam & seruabo exiguam multitudinem, vt deleta
Hittitayma & dissipata gente Iudaica, excerptæ sunt reliquæ præ-
dicatione apostolorum, & postea dilacerato imperio Romano, ciui-
libus & barbaricis bellis, tamen Ecclesia collecta est, & nunc tristissi-
mæ regnum morus & excidia, sunt pœnæ fatales mundi, inter quas
tamen Deus excerpit Ecclesiam, & cum glorificabit totam Ecclesiam,
similiter æternas pœnas abijcet impios. Sic describit nouum Testa-
mentum Iesaias, cap. 67. de inuocatione & prædicatione loquens: Ecce
ego ad gentem, quæ nesciebat me. Deinde de pœnis imperiorum: Vos
quæ dereliquistis Dominum, in eade corruetis. Interim tamē inquit:
conspici Ecclesiam, vt si vna vna inueniatur, ne disperdam, inquit, to-
tam. Et de completionem noui Testamenti addit: Ecce creo cœlos nouos.
Hæc dicta Prophetarum consideranda sunt, vt incoatio-
nem completionem discernamus. Item, ne tristissimo spectaculo
ruinas imperiorum fracti, existimemus nullam esse Dei Ecclesiam,
sed inter has horrendas confusiones, ramen querendum &
perceptum esse verbum Dei, & eos qui se fide, voluntate, inuocatio-
ne confessione, cum vera Ecclesia coniungunt, esse membra popu-
li, vtique sunt, etiam si inter tumultus regnorum seruitute, aut
nunc opprimantur. Hanc consolationem pijs necessariam esse hoc
tempore omnes intelligunt. Sæpe enim hac tentatione sani con-
citantur. An Deus profus abiecerit has gentes, vbi non manent Ec-
clesiæ politæ. Hic multi ruunt in desperationem, pauci pijs vix
negotio certamine eluctantur. Hos dolores describens Oseas cap. 13.
vult de nouo Testamento dicturus est, inquit: Dolores partu-
rentis venient eis, sed de manu mortis liberabo eos. Ero mors tua o
mors. Quil vocer dolores parturientis, satis intelligunt nunc sani,
vt afficiuntur conspectu Turcici latrocinij, & aliorum tumultuum
periculis in multis locis, sed addita est consolatio, quæ pijs
conferatur confugere ad promissionem noui Testamenti: Ero mors
tua mors. Item: Omnis qui inuocabit nomen Domini, saluus erit.

Dixi quid sit nouum Testamentum. Ac monui considerandum esse, quæ dicta de incoatione, quæ de impletione loquuntur. Dicitur enim nouum Testamentum, & quia promissio post lapsum tradita est, & quia incoatur noua & æterna iusticia & vita, quæ noua in regre post resurrectionem exhibebuntur. Nunc vero Ecclesia hæc infirma natura subiecta est cruci, & imperia mundi omnia inuicem pœnis concutientur vsq; ad finem. Quare etiam delecta christi Israël, & cum ea ceremoniæ & forenses leges extinctæ sunt, tantum legis quæ iudicat peccatum, videlicet vox Decalogi semper manent & pœnæ, sed pijs mitigantur. **S**i cetera autem iusticia Israël Deus pacem & alia vitæ commoda promissit populo, prædixit: sic Ecclesia quanquam dispersus cœtus est, nec habet imperium, aut certam sedem, tamen quia huic vitæ opus est in hospitio promissiones habet, non de certa sede, sed de hostio victu in genere. **P**rudenter igitur exempla pœnarum bonorum Israël accommodanda sunt: vt ibi polluti idolis, idolis, & alijs sceleribus puniri sunt, ita nunc vagantur pœnæ per eos pollutos: quia iudicium Dei aduersus peccata idem est omnino pœnitentibus, & exempla illa proposita sunt, vt vocem legis & iudicium Dei vniuerso generi humano, & omnibus ætatibus declarare, & ad pœnitentiam hortentur. Deinde vt Dauid, Iesaias, & multi alij uocantes Deum, exaudiuntur & defenduntur in sua uocatione: ita nunc sciamus Deum Ecclesiæ, etiam cum dispergitur, tamen hospitio aliqua daturum esse, vt tunc dabat Eliæ exulanti nidulum apud uiam Sarephanam. **S**ed tamen discrimen esse sciamus, quia non est promissum regnum, non promissa est certa sedes: Sed in gratiam sciamus Deum in hac vita daturum esse hospitium Ecclesijs, & sicut nascenti Christo hospitium fuit in præsepi. In hoc sciamus inquit Paulus 1. Timoth. 4. Pietas promissionem habet pœnitentiam futuræ vitæ. **A**c valde prodest intelligere, cur promissiones corporalium bonorum traditæ sint. Possunt autem numerari causæ. **P**rima, vt refutentur Epicurei furiosi, hoc esse, aut ordine naturæ tantum, existimemus nobis obijci bona corporalia, sine auxilio Dei: Sed vere statuamus hæc bona etiam Deo esse, & Deum nobis dare hospitia, politias, domicilia, pacem, & bonos successus in laboribus. Hæc sæpe inculcantur, vt Psalm. 127. Dominus ædificauerit domum. Et sequenti: Beati omnes qui timeant Dominum. Labores manuum tuarum manducabis. Et Psalm. 128. diebus famis saturabuntur. Christus inquit: Primum quæratur Deus, & cetera adijciuntur vobis. Et quidem iubet petere pœnitentiam. Et Deuter. 8. Affixit te penuria, & dedit tibi carnem ostenderet quod non in solo pane uiuit homo, sed ex anima & corpore.

... ex ore Dei. Et de Isaac dicitur Genesis 26. Seminavit Isaac
... illa, & inuenit illo anno centuplum. Benedixitq; ei Domi-
... locupletatus est. Et Genes. 28. Si fuerit Deus mecum, & custo-
... & dederit mihi panem. Deniq; sparsa sunt vbiq; testimo-
... illio Dei hanc corporalem vitam defendi, & iuari rebus ne-
... cessarijs.

SECVNDA causa est, cur promissiones bonorum
... datæ sunt, vt sciamus Deum in hac vita Ecclesiam serua-
... esse. Nam in tanta magnitudine periculorum, hac contola-
... ne nobis opus est.

TERCIA causa est, vt fides & invocatio
... expectandis his rebus necessarijs exerceatur, & crescat
... bonitatis & presentia Dei, ac simul crescat gratitudo. Ideo
... Paulus inquit Rom. 5. Tribulatio patientiam efficit, patientia pro-
... bationem, probatio spem, spes autem non confundit. Cum videt Pau-
... las exardere se precantem in naui, & seruari omnes, quanquam fracta
... nauis, agnoscat presentiam Dei, & hoc testimonio fides fit ardentior
... & firmior, & accenditur gratiarum actio.

HARVM causarum
... cogitatione, nos quoq; fidem exerceamus in petitione corporaliu-
... bonorum. Exerceamus & gratiarum actionem. Et quanquam oportet
... legibus paratos esse ad obedientiam in calamitatibus, tamen scia-
... mus in hac precatione duo obiecta comprehendenda esse. Oramus
... pro toto corpore Ecclesie, & pro nobis ipsis. Petimus ne bellis tota
... Ecclesia deleatur, ac pro vniuerso cœtu certo impetramus. Quan-
... quam ratem non semper singulis tollitur malum, tamen mitigatio
... impetratur, vt orantes pro Dauidis exercitu, primum totum exerci-
... tum creabant seruari, idq; impetrabant: Deinde singuli ad obedi-
... entiam vocati erant, si dimicantes interficerentur, sed tamen sibi miti-
... gationem impetrabant, vt multi seruarentur, aut certe consolatio-
... nem à Deo haberent. Vt Ionathas quanquam interficitur, tamen pri-
... us oratus & confirmatus est à Deo, & vincit ea pars tandem, quam
... impetrabat superiorem esse. Hæc dixi, vt in his precationibus disca-
... mus complecti non nos tantum, sed totam Ecclesiam, & totas politi-
... cas de his exercitijs homines sæpe commonefaciendi sunt.

EXPOSITI discrimen veteris & noui Testamenti, quod in Ec-
... clesiæ re intelligi valde vtile est. Postremo autem hoc monendus
... est, vt politia Mosayca funditus deleta est, ita ceremoniarum & so-
... leris leges, quæ non sunt præcepta naturalia, abolita sunt. Nec ma-
... gis ad nos pertinent, quam leges Solonis. Sed vt natura hominis ma-
... net, ita manent naturalia, quale est, Ne cognati in primo & secundo
... gradu conubia contrahant. Et inter naturalia Decalogus est, qui est
... prima pars legis, propter quam cætera constituta sunt. Vult
... Deus promulgationem fieri decalogi illustri testimonio, vt ex-
... ceptæ vox iudicij diuini aduersus peccata totius generis hu-
... manæ.

ni. Ideo tantis miraculis populus ex Aegypto eductus est, & tota
nostris mirabiliter in deserto defensus, ut cōspiceretur praesentia Dei, &
hæc miranda facta omnia, testimonia essent vocis decalogi, quæ non
est abolita, sed est æternum & immutabile iudicium Dei aduersus pec-
cata.

Quoniam enim confugientibus ad Christum remittuntur pec-
cata, non propterea Deo peccatum placet, sicut placet eius carnis fili-
æ, cui tunc interdictum erat. Manet hæc vox, & est æterna: Nolle-
us volens impietatem tu es: Sed ingentem iram suam effudit in
qui pro nobis intercessit, & persoluit poenam. Hoc pretio in-
dente recipimur. Qui autem non confugiunt ad hunc Filium, in-
dente condemnati voce legis, & pereunt. Hæc alias copiosius expo-
nimus.

CÆTERVM etiam ceremoniarum Leviticæ abolitæ sunt, quæ
continent imagines de multis Christi beneficijs, sed dextræ expo-
ditæ sunt. Nam prava imitatione legis Mosaycæ multi errores in-
trati sunt. In lege honorificentissime institutus est ordo Sacerdotum,
praepositus summus sacerdos, aliarum familiae sacrificijs, aliarumque
trib. destinatae sunt. Hi ad tabernaculum seu templum certis
praesto erant, docebant, sacrificabant, dijudicabant controversas
doctrinas, versabantur in studijs, Denique nihil hoc collegio in
nere humano pulchrius & venerabilius fuit. Est enim lapsus in
erant impij, & postremo tempore Pharisei & Sadducei: quorum
Deus familiae sacerdotum promissionem dederat, semper aliquos
quæ piæ manserunt, ut Ieremias, & postea Simeon, Zacharius, &
multi.

Hoc exemplum collegij omnium toto orbe terrarum
cervini, certe significat in Ecclesia semper fuisse & futurum esse
ministerium vocis diuinæ, per quod Deus est efficacis, & imperat
æternam: Monet item, hoc ministerium reuerenter colendum.
Sed principalis functio est huius collegij, proponere Euangelium.
Malach. 2. dicitur, Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & in-
quiritur ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Sed
autem quondam Ethnici retinuerunt ceremonias Noë, Sem &
Iaphet, amissa doctrina: sic indocti vltimis temporibus, fixerunt ad
genem sacerdotij Levitici regnum pontificium, in quo obsecrati
Euangelij, dederunt pontifici imperia, & potestatem leges con-
de nouis cultibus, & ut alluderent ad sacrificia Levitica, veterem
cœnam Domini in sacrificium certi ordinis, quod fixerunt pro
vivijs & mortuis, ex opere operato, id est, sine bono motu veterum
depravationes & κακοζυλία reprehendenda sunt, & quædam
quis tunc fuerit pius vsus sacrificiorum, & quid vere significent.

MULTAE sunt dulces significationes in ceremonijs, quæ
de magnis rebus admonent, sed cauendum est ne aberret in
tio. Pulcherrima imago est Ecclesiae omnium temporum, Arcano

sancti sanctorum, quæ vocabatur Arca fœderis. PR I-
geur appellatio Arce fœderis, significat illum tantum esse pō-
Dei, cum quo expresso verbo pactum fecit. Amisso igitur ver-
populus ille definit esse Ecclesia Dei, & singuli ita tantum fu-
ere membra Ecclesiæ, cum illud pactum fide amplectantur. &
si in hanc arcam nos includimus, in qua non parietes contem-
di sunt, sed hæc appellatio fœderis, videlicet quæ monet Deum
cum fecisse pactum, nos receptos esse à Deo. Vides igitur hæc
appellatione significari, eam esse Ecclesiam, quæ fœdus, id est,
rebus Dei amplectitur.

DEINDE in arcam collocatæ sunt
Decalogi, quo significatum est, Ecclesiam semper oportere cu-
idem esse ipsorum librorum Prophetarum & Apostolicorum, in
quibus Deus se patefecit. Vbi igitur hi libri non sunt, ibi Ecclesiam
Dei esse impossibile est ac servatur Arca propter hos libros. Sic sem-
per aliquis cœtus servabitur, qui erit custos horum librorum. Itæ
primæ professio & libri custodia significatur, ut ad huius libri con-
servationem & lectionem invite mur. Deinde significatur, qualis sit Ec-
clesia Dei distincta à reliquo genere humano. In mentibus huius cœ-
tæ agnitio Dei tradita in verbo, & incoata est obedientia, &
tam esse integra. Talis erit populus æternus Dei, tenens in mentibus
hæc sacramenta instaurata in clusum Decalogi: Ardebit dilectione Dei
non corpore, tota anima, sine vitiosis appetitionibus.

TEK-
10. Arca tegebatur tabula aurea, quæ vocabatur propitiatorium.
Hæc appellatio significatum est, Ecclesiam regi aduersus iram &
impendendum iudicium Dei, mediatore Christo, qui, quia est Propitia-
tor Deus parit nobis, recipit nos, ac servat nos. Sine hoc vmbracu-
lo natura hominum opprimeretur magnitudine iræ Dei.

AD-
17. est autè promissio de Propitiatorio, Exod. 25. Inde Deum lo-
caturum esse, ibi exauditurum esse. Ideoq; hæc tabula nomen habuit
Propitiatorij, quia Deus eo loco voluit inuocari, & ad hunc locum al-
lequi populum, ita ne alijs locis nouæ arcæ, noua templa conderen-
tur. Congruit autem typus. Vt enim propitiatorium est sedes Dei,
ita Christus vere sedes est Dei, quod in Christo vere est diuina natu-
ra. Ad hunc alligata est Ecclesia, non exaudimur nisi propter ipsum,
et scriptum est: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit
vobis. Quare inuocantes sine agnitione, & sine fiducia Christi, repel-
luntur à Deo, ut omnes ignari Euangelij.

SUPRA hanc se-
dem stant duo Cherubin, alas iungentes, & sese contuentes. Hi
significant ministerium doctrinæ in vtroq; Testamento, & sunt iun-
ctæ, & facies se mutuo contuentur, ut consensus doctrinæ signifi-
cetur. Eadem est vox Prophetarum & Apostolorum de peccato, de
reparatione per Christum, de vita æternâ, deniq; de vera agnitione
Dei;

Dei, & vero cultu Dei: Et tota illa pompa sacrificiorum veterum, significat vnum sacrificium filij Dei, qui pro nobis victima factus, sustinuit iram Dei, effusam in se, quasi ipse peccata nostra admiserit. Huius iræ doloris, confusionis, ignominia, humilitatis magnitudinem, nulli Angeli, nulli homines eloqui possunt, sed tamen exitum mentes sunt ad tantæ rei cogitationem. Ac rursus admonet Chierubin, non esse Ecclesiam, vbi non est doctrina Prophetiarum, & apostolica ministerium. Vinctes & baculi significant etiam milites, doctores, & scholasticos. Etsi autem hoc nostrum munus locum est, & longe infra impiorum gubernationem collocatum: tamen Deo gratum esse, ac necessarium generi humano, & a Deo libenter inter ingentes procellas defendi & seruari. Plenum est veræ dignitatis, ac nos ipsi muneris magnitudinem cogitantes, in functionem nostrâ diligentia, patientia, modestia studeamus, aduersus pericula sustentemus nos promissionibus: Ecce ego vobiscum usque ad consummationem sæculi. Item: Supra hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & contra eam non preualebunt portæ inferorum. **E T S I** autem sumus, vt Paulus inquit, vasa vitæ in ministerio miseris, infirmi, egeni, non florentes opibus, tamen in hac legatione pro Christo, vt inquit Paulus: quam certe Deus delectatur, sicut in ipsa multorum Prophetarum & Apostolorum vocazione declaravit, hoc munus sibi curæ esse. Quantis miraculis vocatus Isaiam, Ieremiam, Iohannem Baptistam, Paulum? Hæc non contemnerentur, nec propter illos tantum, sed testimonia sunt velle non Ecclesiæ, quæ ostendunt Euangelium vere esse vocem Dei, & Deorum esse suos ministros. Hæc satis sit admonuisse de ceremoniarum, vt studiosi cogitent typos fuisse rerum magnarum, & ad deorum interpretationem opus esse vera Euangelij cognitione.

P **S T R E M O**, etsi leges forenses nihil ad nos pertinent, tamen legere admonent Deo placere vitam politicam, contractus, ordinatum magistratum, iudicia, pœnas sceleratorum, ac ostendunt pios debent talibus officijs exercere fidem, confessionem, patientiam, dilectionem: Nam, vt supra diximus, ante hæc opera politica, fundamentum teneri necesse est, videlicet noticiam promissionis, ac filiam incoatam obœdientiam Decalogi. **E T** quia politia Modestissima optima idea & forma est politia, in hoc natura deprauata: flauis prudentibus gubernatoribus vile est hanc formam considerare. In Ethicâ in duabus rebus fuerit negligentiores, in puniendis blasphemis, & prohibendis vagis libidinitibus. At lex diuina grauissimas pœnas constituit in cultores idolorum, blasphemos, impios doctores. Item, in pollutos vagis libidinitibus. Voluntas igitur Dei de his rebus est in lege diuina, à sapientibus gubernatoribus consideranda.

DE DISCRIMINE PECCATI
MORTALIS ET VENIALIS.

Paulus inquit: Ego aliquando sine lege vivebam, id est, non sentiebam me à lege accusari, non expauescebam, non sentiebam me Dei aduersus peccatum, non cogitabam quanta res sit peccatum, aut ira Dei: Ita maxima pars hominum secura est, ac ne leuiter quidem cogitat, quanta res sit peccatum, quanta res sit ira Dei. Cum tamen poena primi lapsus, & cum tantæ calamitates totius generis humani, nos quotidie admoneant de magnitudine iræ Dei. Denique cum Christi intercessio & mors sit testimonium, serio & vere Deum irasci peccato. His testimonijs aliquantum mouentur corda piorum, qui iræ magnitudinem aliqua ex parte sentientes petunt mitigationem peccatorum, vt: Domine ne in furore tuo arguas me. Itē Abacuc: Cum irasceris Domine, misericordix tuæ recordaberis. Item: Ieremias: Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, non in furore tuo, ne ad nihilum redigas me. Tales aliquo modo intelligunt discrimen peccati venialis & mortalis. Homines securi, ebrij voluptatiuosi, non intelligunt hoc discrimen, ideo & multi scriptores in hoc loco hallucinati sunt. **E** r s i autem magnitudo iræ Dei verbis describi non potest, tamen discendi causa teneantur hæ definitiones. Peccatum mortale in genere est defectus, vel inclinatio, vel actio contra legem Dei, offendens Deum, non remissa, sed iram Dei, & æternas poenas promerens. Sunt igitur in non renatis peccata mortalia ipse motus originis, & omnes vitiosi affectus, & omnes prauæ actiones. Infamem magna est virtus Pomponij Attici, aut Senecæ, non volunt cuiquam nocere, imo multis benefaciunt, non polluunt se libidinibus, non sunt defraudatores in contractibus, tamen mentes dubitant de providentia, nec inuocant Deum, sed potius fremunt aduersus Deum, cum vident in tanta confusione vitæ sæpe negligi bonos. Hæc caritas in corde magnum peccatum est, quod tamen homines contemnant. Cum autem corda auersa sunt à Deo, virtutes etiam talium non immemororum polluuntur, nec recte reguntur. Benefacit Atticus, sed non propter Deum. Alexandri fortitudo vere erat donum Dei, & excellens virtus, & res quas gerit, adiuuantur à Deo. Sed Alexander ipse non habet hunc finem propositum, vt Deo seruiat, vt sua gubernatio propagetur vera de Deo noticia: Imo nec vere credit suam manum in præliando à Deo gubernari, sed existimat casu & sua virtute eos Macedonicos crescere. Ideo negligens Deum, postea sese nimium admiratur, vult se coli vt numen, interficit amicos, à quibus arbitratur se non satis magnificeri, ruit in libidines flagitiosas. Hæc habes ostende-

k

ostende-

ostenderunt, quale fuerit antea cor immundum. Ergo immundicia cordis & virtutes polluebat, & postea genuit manifesta scelera.

QUANQUAM autem Nero & Epicurus a nullo atrocius peccant quam Cato, tamen utriusque sunt oppressi peccatis mortalibus horrendis, & ira Dei æterna. Nec necesse est in non renatis quærere discrimen peccati mortalis & venialis: quia omne quod non est peccatum est. Cato est sine luce vere invocante Deum, fugit Deum, fremit aduersus eum, cum videt se in causa (vt videretur) negligi, hic profus ei omnis de Deo persuasio elabitur. Quare actiones eius sunt damnatae. Sed de renatis necesse est quærere peccata venialia, & qui eorum lapsus dicantur mortalia peccata.

QUANQUAM igitur renati, in quibus accensa est agnitione Christi, fides & vera invocatio, & incoacta est obedientia, fore ut placeant Deo, & habent Spiritum sanctum: tamen in eis adhuc vita manet ingens infirmitas, videlicet caligo in mente de Deo, in voluntatis ac cordis praua inclinatio, & multi vitiosi affectus. Incurrunt in animum prauæ dubitationes de Deo, fiducia, timor, & aliarum virtutum omnes multo languidiores sunt quam esse debent, interim nos ipsos plura facimus quam oportuit, & alimus in nobis superbiam & fiduciam nostri, & hac superbiam & fiduciam nostram, non minus interdum incaute, non mouenda. Vt Iosias pius & sanctus, bellum intulit Aegypto offerenti pacem: & incenduntur sancti in iniuriis odijs, flammis iracundiæ & libidinum, quibus tamen repugnant. Sunt item ignorantia & omissionis peccata plurima in laicis, sicut clamitat Dauid, Delicta quis intelligit? Nulla est enim ignorantia vel Ecclesiastica, vel politica, vel æconomica, cui hæc humana infirmitas par esse possit.

HÆC mala in renatis sunt contra legem Dei, vt Paulus testatur Roman. 7. & quanta sit deformitas, quanta magnitudo horum malorum, pij in veris doloribus aliquo modo agnoscunt. Sed quia persona accepta est, accensa agnitione Christi, & fide in corde, & donato Spiritu sancto, & aliquo modo infirmitatem agnoscit & deplorat, & expauescit agnitione iræ Dei aduersus peccatum, & petit condonationem, & repugnat primis incedentibus sunt huic personæ hæc mala venialia peccata, id est, condonata, vt non excutiant Spiritum sanctum & fidem, ac maneat perfecta gratia. Hæcclare docet Paulus Roman. 8. Nulla nunc condonatio est his, qui in Christo Iesu ambulant, id est, etsi sunt in eis peccata infirmitas illa quam dixi, & vitiosi affectus, tamen persona accepta est, & damnatio remota est, sicut & supra inquit: Non estis sub lege, sed sub gratia.

QUOD vero dicitur, nihil esse peccatum nisi voluntarium, caliginem, dubitationem, omissiones, subitos affectus præcurrentes iudicio & assensui, non esse voluntaria. Hæc capitulum

prefutari potest. Nam dictum illud, Nihil esse peccatum nisi sit
 iudicium, de iudicio civili loquitur, non de iudicio legis diuinæ.
 Talis in mente, dubitationes, omissiones magnæ & multæ, non
 sunt, & multæ subitæ flammæ sunt peccata, etiam si non sunt vo-
 luntaria. Sicut Paulus inquit: Quod nolo malum hoc facio. Et de
 illis loquitur Iohannes, inquiens: Si dicimus nos non habere pec-
 catum, mendaces sumus. Loquitur enim de infirmitate & vitiosis mo-
 tibus in renatis, non de lapsibus eorum qui contra conscientiam, id
 est, volentes indulgent prauis affectibus. **S I C** & Paulus discer-
 nit peccata eorum qui manent in gratia, & aliorum qui effundunt
 gratiam. Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: Sed si
 spiritu actiones corporis mortificabitis, viuetis, id est, si prauis cupi-
 ditatibus obtemperauerit voluntas, auertens se à Deo, cum sciens &
 volens ruit contra mandatum Dei, abijcit pœnitentiam, timorem
 Dei, & hanc fidem, quod placeat Deo, sauciat animum ne possit inuo-
 care Deum, amissa gratia & Spiritu sancto iterum ruit in mortem,
 hoc est, accersit sibi iram Dei, & pœnas æternas, vt Adam & Eva suo
 lapsu amiserunt gratiam, & sibi horribilem iram Dei accersuerunt.
 Sed si spiritu actiones corporis mortificabitis, viuetis: Vocat corpo-
 ris actiones, vitiosæ naturæ prauos motus & negligentias. Tunc au-
 tem inquit nos victuros esse, id est, retinere gratiam & Spiritum san-
 ctum, si vitiosis illis motibus repugnemus, & hic gradus magis per-
 fectæ declaratur in alijs locis, vbi præcipitur vt sit in renatis iusti-
 cia bonæ conscientie. 1. Tim. 1. Finis mandati est dilectio ex corde
 puro, conscientia bona, fide non ficta. **T U N C** ergo repugna-
 mus, quando cauemus ne scientes & volentes assentiamur vitiosis
 motibus, ac indulgeamus. Est in nobis assidua caligo, & hanc de-
 ploremus, sunt impetus multi vitiosi, vel præcurrentes voluntatem, vel
 simul eam aliquantisper rapientes, vt Paulus inquit, Se captiuum
 ducti peccato in membris. Hic si repugnans, nec contra conscien-
 tiam obtemperas, retines gratiam & Spiritum sanctum. Hæc nihil
 habent perplexitatis, nec opus est subtiliter & Stoice metiri gradus
 cœlestis. Rapitur enim infirma voluntas, priusquam animaduertat,
 sed illud spectandum est, quod facile intelligi & indicari potest,
 ne sciens indulgeas, sed vt repugnes, & addit Paulus, Spiritu, id est,
 virtutibus pœnitentiæ, timoris ac fidei, expauescat voluntas cogi-
 tatione iræ Dei, deploret infirmitatem, metuat insidias Diaboli,
 condonationem petat propter Christum, petat & auxilium Spiritus
 sancti, promissiones reuocet in memoriam, & tanquam ad magnam
 prælium se præparet, non admittat illecebras, sed fortiter eas repel-
 lat, occasiones vitæ. Habent renati Spiritum sanctum, hunc non
 conturbent alendis & accendendis prauis motibus, sed sciant datum
 esse,

esse, ut nos regat, qui quidem vult nos regere & adiuuare, si ipsi nos expellamus eum, sed repugnemus vitiosis motibus. Ideo dicitur 2. Cor. 6. Adhortamur vos, ne frustra gratiam Dei acceperitis. Paterat David retinere Spiritum sanctum, & ab eo adiutus fuisse, nisi volens eum excusisset, & volens aluisset incendium in animo eorum.

PLURIMA exempla summorum virorum proposita sunt, sed securitate lapsi sunt, & pœnas sibi & posteris accersuerunt, ut Adam, Eua, Aaron, David, Salomon, & de toto populo dicitur: Sedes populus manducare ac bibere, & surrexit ludere, id est, cum essentia & securi, obliui sunt Dei, & facti sunt negligentiores & petulantiores, &c. Et notum est vstratum dictum, Luxuriant animi rebus plerumque secundis. Ac circuit Diabolus intentus in occasiones, ut incarnet multiplicet lapsibus inextricabilibus. Texit enim longam telam, videlicet vno lapsu multa mala secutura esse, ut ex lapsu Adæ, David, Salomonis, quanta moles peccatorum & calamitatum secuta est. Haec exempla, & quotidianæ naturæ calamitates, semper nobis in conspectu sint, ac nos de horribili ira Dei aduersus peccatum admovent. A precatio pellat securitatem, sicut inquit Salomon: Beatus qui semper est pauidus. Item: Orate, ne intretis in tentationem.

Et igitur morbi hærentes adhuc in renatis in hac vita, & vitiosi vitia, non sunt leuia aut contemnenda mala, ut caligines & dubitationes multiplices de Deo, carnalis securitas, errantes flammæ libidinum & odiorum, multa magna errata ignorantia non affectata, & combinationis non affectata: nec sunt tantum & trifida præter Legem Dei, ut Monachi slexerunt, sed vere sunt contra legem Dei, tamen donec non in renatis bona conscientia & fides, manet etiam Spiritus sanctus. Neque tamen fiducia nititur propria dignitate, sed Christo, & sumus ex promissione nos in gratia esse propter Christum, ac repugnemus vitiosis motibus, & petimus condonationem. Sic retinetur conuatio Dei, ut 1. Iohan. 3. dicitur: Cum cor nostrum non condemat nos, fiduciam habemus erga Deum, & quod petimus, accipimus, quia mandata eius seruamus: hoc est, credimus in Christum, & retinemus bonam conscientiam. Neesse est autem & hoc sciri, conuentionem oportere regi verbo Dei.

DE XI de veniali peccato. Sed cum hi qui fuerunt renati, scientes & volentes violant Legem Dei, cum amplectuntur impias opiniones, aut stabiliunt eas sua approbatione, aut indulgent odijs, ambitioni, flammis libidinum, auaritia aut externis factis ruunt contra Legem Dei, ut David rapinam alienam coniugem, & astute maritum interficiens. Hæ actiones contra conscientiam sunt peccata mortalia, quæ admittens, amittit gratiam, fidem, & Spiritum sanctum, & accersit sibi iram Dei, ac nisi subsus ad Deum conuertatur, abijcitur in æternas pœnas, & quia conu-

retinens propositum peccandi, contemnit aut fugit Deum, non Deum inuocare. TESTIMONIA manifesta hæc sunt.

1. Hoc scire, quod omnis scortator, aut impudicus, &c. non hereditatem in regno Dei. Nemo vos decipiat vanis sermonibus, propter hæc venit ira Dei aduersus inobedientes. Clare dictum Deum irasci talibus, donec retinent voluntatem talia faciendi.

EZECH. 33. Cum recesserit iustus à iusticia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in ea, & cum recesserit impius ab impietate sua, & fecerit iudicium & iusticiam, viuet in ea. EODEM modo

intelligantur & hæc dicta, 1. corinth. 6. Nec scortatores, nec adulteri, nec idololatæ, &c. possidebunt regnum Dei. GALAT. 5.

Manifesta sunt opera carnis, adulterium, scortatio, idololatria, &c. De his pezdico vobis, quod qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Ideo autem vocat manifesta opera, quia de eis conscientia faciens certo iudicare potest ex lege Dei, & scit Deo displicere malum propositum. Item 1. Iohan. 3. Nemo vos decipiat, qui facit iusticiam, iustus est: Qui facit peccatum, ex Diabolo est. Præterea manifestissimum est, Euangelium postulare bonam conscientiam. 1. Timoth. 1.

Amor: Dilectio ex corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Etenim eodem capite: Milita honestam militiam, retinens fidem, & bonam conscientiam. Et 2. Cor. 1. Hæc est gloriatio nostra, testimonium conscientie nostræ. Et ad Galat. 6. Vnusquisq; opus suum probe, & sic apud sese gloriationem habebit, & non ab altero, id est, unusquisq; curet vt suum opus recte faciat, sic habebit apud se gloriationem, id est testimonium & approbationem propriæ conscientie, que vnusquisq; necessaria est, nec aucupabitur opinionem gloriosam in aliorum reprehensione, nec pendeat ex alienis tantum iudicijs.

1. Pet. 3. Bonam conscientiam habentes. ITEM, Impossibile est, hominem retinentem propositum peccandi, placere Deo, quia

scire dicitur: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Iuramentum ad vtrunq; referatur, ad conuersionem, & ad reconciliationem. Non igitur placet lapsus, donec retinet propositum peccandi.

IDEM docet dictum Iesaiæ vlt. Ad quem respiciam, nisi ad contritum spiritu, & trementem sermones meos? Et cap. 57. Habitans cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, & viuificet cor contritorum. O dulcem consolationem & promissionem ingendam intimis pectoribus, sed pertinentem ad eos qui expauescunt, hoc est, non retinent propositum peccandi, sed metuent iram Dei.

POSTREMO hæc duo impossibile est simul existere, malam conscientiam, id est, propositum peccandi: & fidem, que est fiducia misericordie Dei propter Christum promissæ. Quia habens propositum peccandi contemnit aut fugit Deum,

non accedit ad Deum: At fiducia misericordiae accedit ad Deum, potest tunc Christo. Experiuntur faucibus conscientiae, se ab inuocata horribiliter depelli, & mergi vel in contemptum Dei, vel in desperationem. Ideo inquit Paulus: Quod non est ex fide, peccatum est, id est, res damnata à Deo. Multi autem exposuerunt hoc dicitur, Quod non est ex fide, id est, quod est contra conscientiam, non est ex fide, id est, quod fit contra legem Dei, peccatum est. Sed sciamus & Legem & Euangelium comprehendere. Sic opus conscientiam legi Dei, & simul accedat fides, id est, fiducia misericordiae propter Christum promissae, ut in Nicodemo non est malum propositum, sed tamen ante conversionem fides deest, id est, fiducia misericordiae Dei propter Christum promissae, qua statueret sua facta Deo placere.

Ex his omnibus perspicuum est, discernendos esse lapsos intra conscientiam, ab infirmitate & vitijs, quae hærent in Sacerdotibus, hoc discrimen in Ecclesia retineri necesse est. Paulus vocat peccatum regnans seu dominans.

Et si autem non litigo de vocabulis, tamen aliquid lucis addit collatio appellationem. Est enim singularis emphasis in vocabulo, Peccatum dominans, atrocitas & efficacia peccati describitur, quod, cum non repugnamus, dominatur, & eligit effectus horribiles, cumulat scelera, & alijs alia addit, ac semper de maiores ruinas trahit, & maiorem iram ac tristiores penas meretur, & in æternum exitium reos impellit, ut Saul cum fuisset doctus Spiritu sancto, & ornatus eximij virtutibus, & insignibus virtutibus, non retinuit hoc decus, sed æmulationi succubuit. Huic affectu primum facile erat resistere, sicut Aaron repressit similes flammam. Sed Saul furorem alit, peccatum igitur dominans impellit eum primum, ut interficere Dauidem conetur, auellit eum à Deo, & excitat multiplices furores: Ruit iratus Saul, & sacerdotes interficit, suscipitur iram Dei peccatum dominans, & late sæuiens. Quare Deus à ipsum, & exercitum eius, & filium Ionatham, virum sanctum, & hostibus trucidandos. Hæc omnia complectitur tristissima appellatio Peccati dominantis.

APPARET autem Paulum summatim hanc formam loquendi ex Gen. cap. 4. ubi breuis concio recitatur, quæ tamen summam doctrinæ legis complectitur. Primum de iudicio Dei concionatur: Si bonus fueris, eris acceptus: Sin autem malus, peccatum tuum cubabit donec reueletur. Sub te sit appetitus tuus, & tu dominaberis ei.

DE multis magnis rebus hi pauci verba concionantur. Primum docent, ita placere externos cultus, si conscientiam iustum. Deinde peccantibus penas minantur, & monent de morte securitas confirmetur, quia penas differuntur. Ac significat futurum iudicium post hanc vitam, & mira est descriptio. Totius prophana securitas vno verbo significata est, Peccatum cubabit, &

cler, sed donec reueletur. Peccatum Iudæ cubabar, donec sententiam. Deinde sequitur præceptum: Sint sub te appetitiones, & tu dominaris. Hic significat, manete in hominibus istas appetitiones, sed repugnandum esse, & Deo hanc obediendum placere, cum in agnitione ipsius repugnamus peccatis. Econtra dicitur à Deo illos qui sinunt dominari peccatum.

Iuxta

hanc concionem & Paulus Roman. 6. inquit: Peccatum nobis non dominabitur. Etsi sunt acres impetus, magna dubitatio, odiorum & altorum cupiditatum incendia, &c. tamen nunc non dominantur, id est, ut ipse interpretatur, non obediemus eis. Cum vero dominantur, abstrahunt a Deo, & postea in varia scelera impellunt, & peccata in hac vita & postea accedunt. Quod igitur vicitate dicitur peccatum mortale, seu (ut Nazianzenus nominat) φωνή, id perspicue vocari peccit regnans seu dominans peccatum.

Nec

opus est hoc asserere disputationem de electione. Nos enim iuxta verbum Dei, in quo voluntatem suam expressit Deus, iudicare debemus. Nos est quærenda alia voluntas extra verbum Dei, & exemplum primorum parentum perspicue ostendit, etiam electos labentes contra conscientiam, amittere gratiam, & effundere Spiritum sanctum. Certum est enim Adam & Euan amisisse gratiam, & illam præstantiam doctorum quam habuerunt: Ideo enim posteri nascuntur filij iræ, id est, alieni à gratia, & asserentes caliginem de Deo, & auersum voluntatem à Deo, & multiplicem contumaciam, imo magnitudo peccati lapsus Adæ monet, quanta res sit ira Dei, quanta mala post unum lapsum sequantur, ac de multis partibus doctrinæ in Ecclesiâ, omnium temporum, maxime insignes & illustres admonitiones, in historia Adæ proponi sciamus.

Non

igitur nobis ipsis blandiamur, nec extenuemus lapsus, sed agnoscamus Deum vere iusti peccato, & proponamus nobis dicta, quæ citavi, quæ de ira, de iudicio Dei, & de prænis concionantur, ut dictum est: Propter hæc venit ira Dei aduersus inobedientes. Expauescant animi, & abijceant propositum peccandi, & ad Deum redeant, iurandum illud cogitantes: Vivo ego nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Cogitemus Adæ, Aaronis, Daudis, & Manassæ lapsus, peccata & correptiones, deploremus ingentem imbecillitatem humanæ nature, & sumus vigilantiores aduersus illecebras & Diaboli insidias, meminerimus singula peccata mereri subitam mortem, sicut sapienter aduheri & homicidæ in ipso facto subito interficiuntur, & tamen immensa misericordia Dei nobis concessum esse spacium, ut ad Deum redire possimus, ut dulcissime dicitur Iesa. 30. Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri. Et in Luca idem significat parabola de Ficu.

NON abutamur hac tanta bonitate, sed lapsi accusemus nos vero gemitu, vt David inquit, Peccaui Domino, & intueamur Mediatorem filium Dei, & fiducia Mediatoris redeamus ad Deum, & inuocemus, petamus nobis ignosci, nos recipi & sanari, &c. Capimus illam dulcissimam vocem: Gaudium est in coelis de peccatore resipiscente. Audiamus & vocem Euangelij, qua cum peccatore Ecclesia recipitur, confirmatur hoc ipso testimonio, vt firmam tuamus recipi lapsus: Ac veniat in mentem testimonium vniuersae Ecclesiae, quae semper recipit lapsos, vt hoc testimonium aduersus Iudaeos allegauit Petrus Alexandrinus Episcopus. Denique vniuersae doctrinam de poenitentia intenti cogitemus, quae de rebus multis pios admonet, & disputationes de electione seponamus.

POSTREMO & hoc adiiciendam est, cum dicimus, peccata mortalia esse lapsus contra conscientiam, complectimur etiam peccata ignorantiae affectatae, & omissionis affectatae, vt vltate loquimur. Hanc enim volentes accersimus, seu confirmamus, vt qui nolunt discere Euangelium, cum hac voce, HUNC AUDITE, totique humano Deus praecipit, vt Christum audiamus, & quidem ipse Euangelium inter omnes Gentes, & addiderit testimonia non fallacia.

HABENT igitur peccatum mortale omnes Aegyptii, Iudaei, & alij damnantes Euangelium, etiam si fatentur se non habuisse, nec intelligere. Talis erat inscitia Pharisaeorum, quibus inquit Christus: Si caeci essetis, peccatum non haberetis, nunc discitis videre, ideo manet peccatum vestrum. ERANT & cultores Iudaeorum apud Ethnicos affectata ignorantia, quia volentes amittere & abiecerant doctrinam, & non quaerebant eam rursus in Ecclesia, & receperant furores manifeste pugnantibus cum naturali noticia, quae monstrat vnum esse Deum, nec colendum esse Deum obscuro, vt apud illos erant Bacchanalia, & alia turpia sacra.

DE affectata omissione inquit Paulus: Vae mihi si non euangelizem. Et Matth. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras, quae foris sunt. Hanc terribilissimam comminationem, in sua quisque vocatione consideret. Excommuni manent multa ignorantiae, & omissionis non voluntariae peccata renatis, vt in Apostolis ante Pentecosten multa erant: tamen se in vocatione voluntas, seu studium recte faciendi, & plerumque recte facimus. Hunc gradum constituit Paulus: Primum fatetur a. Vocem humanas vires non esse pares ministerio Euangelij. Non sumus, inquit, idonei per nos ipsos cogitare aliquid, scilicet, de explanatione doctrinae, aut consiliorum felicium in gubernatione, aut sententiarum in iudicandis controuersijs, & omnes sapientes in qualibet quamuis exigua functione, tamen se saepe hallucinari experiri. Patrifamilias saepe male cauet liberis praeter expectationem. 1. Corin.

1. Th. 4. inquit: Hoc flagitatur in ministris, ut sint fideles, hoc debent habere voluntatem fidelem recta faciendi, non indulgeant operi, sed discant, laborent mediocriter, & faciant non aliena, sed veris opera: Nam sedulitas fugit utrumque vitium, ignaviam & negligentiam.

DE ECCLESIA.

Imper in conspectu sit omnibus hoc Pauli dictum: Quos elegit, hos vocavit. Quotiescumque de Ecclesia cogitamus, intueamur cœtum vocatorum, qui est Ecclesia visibilis, nec alibi electos ullos esse somitemus, nisi in hoc ipso cœtu visibili. Nam neque inuocari, neque agnosci Deus aliter vult, quam ut se patefecit. Nec alibi se patefecit, nisi in Ecclesia visibili, in qua sola sonat vox Euangelij. Nec alium agimus Ecclesiam invisibilem & mutam hominum, in hac vitata vita viventium, sed oculi & mens cœtum vocatorum, id est, profectum Euangelij Dei intueantur, & sciamus oportere inter homines publice sonare Euangelij vocem, sicut scriptum est: In omnem terram exiit sonus eorum. Sciamus oportere ministerium Euangelij publicum, & publicas congregationes esse, ut Ephes. 4. dicitur, & ad hanc cœtum nos adiungamus. Simus ciues & membra huius visibilis ecclesie, sicut præcipit Psal. 25. Dilexi decorem domus tuæ. Et Psal. 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine. Hi & similes loci non de idea Platonica, sed de visibili Ecclesia loquuntur, in qua sonat vox Euangelij, & in qua ministerium Euangelij conspicitur, per quod patefecit se Deus, & per quod est efficax.

Nec laudemus erroneos, qui reguntur, & ad nullam se Ecclesiam adiungunt, quia nusquam inveniunt talem ideam, in qua non desideretur aliquid in moribus aut disciplina: sed queramus Ecclesiam, in qua articuli fidei recte doceantur, & non defenduntur idola, & ad hanc nos adiungamus. Hanc docentem audiamus & diligamus, & nostram inuocationem & confessionem ipsius precibus & confessioni aggregemus. Sic Cyrus, & alij qui inter Ethnicos, etsi non erant Hierosolymis, tamen publica professione erant in cœtu vocatorum, audiebant vocem & ministerium Euangelij, erant ciues & membra visibilia Ecclesie visibilis, inuocationem & confessionem suam coniungebant cum Prophetis, & toto cœtu piorum, qui erat in Hierusalem, ubi erat præcipua ministerij sedes.

Hæc sæpe multumque cogitanda sunt, ut discamus quid sit Ecclesia Dei, & ubi sit, quomodo Deus agnoscendus sit, & nos vere ad Ecclesiam adiungamus, & fouere eam discamus, ne fiant dissipantes. Nam ubi nullæ sunt congregationes, vox Euangelij conticebit, ut tyranni Mahometici in multis locis omnia templa deleverunt.

ruot, & nullas congregationes fieri, ne quidem suorum, permittunt. Tales Diabolicas vastitates & dissipationes, intelligamus iniquas & summum malum esse. Ideo & Deum oremus, ut seruet suos ceteros, & nos ipsi omnibus eos officijs foueamus.

SIT autem hæc definitio: Ecclesia visibilis est cœtus, amplectentium Euangelium Christi, & recte vrentium Sacramentis, in quo Deus per ministerium Euangelij est efficax, & multos ad vitam æternam regenerat, in quorum numero multi sunt non renati, sed de vera doctrina consentientes. In Mariæ tempore erant Ecclesia, Zacharias, Simeon, Ioseph, Elisabeth, Maria, Pastores, & alij multi similes, qui de pura doctrina consentiebant, & audiebant non Saducæos, aut alios impios Pontifices, sed Zachariam, Simeonem, Hannam, Elisabeth, Mariam, & similes. Seruat enim Deus aliquas suas reliquias inter ministros, & in ministerium instaurat: Et inter hos auditores Zacharie & Elisabeth, aliqui erant non renati, habentes delicta contra conscientiam, tamen, quia de vera doctrina consentiebant, erant ceteros & membra Ecclesiæ in hac vita.

INTERIM vero Pontifices, Pharisæi, Saducæi, pugnantibus cum verbo Dei, etsi tenebant gubernationem, non erant membra Ecclesiæ, iuxta illud: Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit, &c. Sic Eliæ tempore erant Ecclesia, Elias, Elifas, & eorum auditores, neque erat Ecclesia sine ministerio. Inter enim ministri Euangelij Prophetæ ipsi, & erant aliqui pii sacerdotum, quibus adiuuncti, fuit enim mediocri multitudo sanctorum, ut scriptum est: Reliqui mihi septem millia, &c. His admisti erant aliqui, quorum mores culpandi erant, qui tamen, quia de vera doctrina consentiebant, erant membra Ecclesiæ in externa societate, & similes ministerij. Interim vero sacerdotes Baal, & similes, qui designabant impios cultus, non erant membra Ecclesiæ. Hæc historica exempla ideo scripta sunt, ut doceant discrimen veræ & falsæ Ecclesiæ.

QVOD autem in descriptione hæc verba recitata sunt: In quo cœtu Deus, per ministerium Euangelij est efficax, dux sunt partium insignes non omitrendæ, quoties Ecclesiæ definitio constituitur. Non enim fingenda est Ecclesia sine noticia aliqua promissionis de Christo, & sine ministerio, non est Ecclesia in eo cœtu, ubi nec noticia promissionis de Christo, nec vox, nec ministerium Euangelij. Non sunt membra Ecclesiæ, Aristides, Cicero, & similes, etiam si habent excellentes politicas virtutes, quas Deus dat propter imperitiam, tantisper dum vult genus humanum in hac vita manere. Quod non necesse sit noticiam esse Christi in Ecclesia Dei, hæc dicta sunt.

IOHAN. 3. Qui non credit, iam iudicatus est. Qui non credit in Filio, non videbit vitam, & ira Dei manet super eum. Iohan. 3. 18. & ista eos in sermone tuo, sermo tuus est veritas. 1. Cor. 14. 22.

ter sapientiam non cognouisset Deum in sapientia, placuit Deo
 salutem prædicationem saluos facere credentes. Roma. 10. Quo-
 modo inuocabunt, si non credent? Quomodo credent, si non audie-
 rint. Ephes. 4. Christus sedens ad dextram Dei, dat alios quidem
 prophetas, alios Apostolos, alios Pastores, alios Doctores, & diserte
 vult seruari ministerium Euangelij, vt non agitemur varijs doctri-
 narum ventis. Quemadmodum Ethnici, cum verbum Dei non audie-
 rint, acciderunt in horrendos furores, & fixerunt subinde alios De-
 os, & multa portenta, & multos prodigiosos cultus. Idem accidit hæ-
 reticis, Manichæis, Anabaptistis, &c. quia relinquunt verbum Dei.

SCIAMVS igitur, Ecclesiam Dei cœtum esse alligatum ad vo-
 cem seu ministerium Euangelij. Nec extra hunc cœtum, vbi nulla est
 vox Euangelij, nulla inuocatio Christi, esse vllos hæredes vitæ æter-
 næ, sicut scriptum est: Non est aliud nomen in quo oporteat saluos
 fieri, sic Ideo & Iesaias dicit cap. 8. Obsigna Legem in discipulis
 meis, id est, video quidem magnas tenebras secuturas esse, sed te Deus
 oro, vt auditores Prophetarum serues, & in eis obsignes doctrinam
 tuam Prophetis traditam, ne verbum aut intellectus verus verbi ex-
 tingatur. Manent aliquæ Ecclesiæ reliquiæ, & hæ sunt hic cœtus,
 memos verbum tuum incorruptum, quod à Prophetis acceperunt.

Ihesus addit, Ad legem & ad testimonium: Qui non dixerit iuxta ver-
 bum hoc, non erit ei matutina lux. Non enim apprehenditur volun-
 tas Dei, nisi per verbum quod tradidit, & Deus ita vult agnosci & in-
 uocari, vt ipse se patefecit. DEINDE & hoc additum est, quod
 Deus vere per hoc ministerium, id est, per vocem Euangelij auditam,
 lectam, cogitatam, sit efficax, moueat mentes Spiritu sancto, velit
 eos assentiri, adiuuet assentientes, & incoet in eis vitam æternam.

Scribitur est Rom. 1. Euangelium est potentia Dei, ad salutem om-
 ni credenti. Ec 2. Cor. 3. Nouum testamentum est ministerium spi-
 ritus. Hæc continent salutarem doctrinam & consolationem, cum
 intellet scimus vere præstari hoc ipso modo per verbum, promissio-
 nem æternæ vitæ. NEC imaginandum est, in Socrate, Platone,
 Xenophonte, Cicerone, & similibus fidem esse, quia est in eis quædam
 notitia legis de Deo. Hæc enim nondum est noticia de Christo. Ec-
 clesiæ namque simpliciter & prorsus alligata est ad promissionem de
 Christo. Inuocari nomen Christi super omnes oportet, & in omnibus
 qui sunt doctrinæ capaces, oportet esse agnitionem, inuocationem &
 confessionem filij Dei. Ac talis ab initio fuit Ecclesia, inde vsq; ab
 Adam post editam promissionem, cœtus alias maior, alias minor, qui
 salutem, promissi Domini accepit remissionem peccatorum, & Deum ve-
 re inuocauit.

POSTquam autem hoc constitutum est, oportet
 Ecclesiæ esse vocem Euangelij & ministerium, oriuntur deinde
 quæstio-

quaestiones de personis : An Ecclesia alligata sit ad Episcopos, & eorum collegia, quae dicuntur tenere ministerium. Item : An alligata sit ad ordinariam successiōem Episcoporum & collegiorum.

R E S P O N D E O.

ECCLESIA ad ipsum Euangelium Dei alligata est, quod resonet in ministerio, Deus subinde excitat aliquos recte docere, ut Ephes. 4. dicitur, etiamsi inter hos alij plus, alij minus luciant. Cum autem ministri, siue Episcopi, siue Collegia, siue alij, habeant pugnantia cum Euangelio & doctrina Apostolorum, necesse est, ut regulam Pauli : Si quis aliud Euangelium docet, anathema sit, hac regula iudicari potest, Ecclesiam non alligatam esse ad ordinariam potestatem tenentem, non sunt audiendi. Haec enim vera est, sed politicis viris ingrata est, qui vident inde ordinationes : Ideo intuentes imperia & politias humanas, quodam modo transformant Ecclesiam in regnum. Ut regnum Francico multitudo Francico regi subiecta, distincta legibus & locis ab alijs regibus à ceteris gentibus, munita praesidijs, alligata ad successiōem ordinariam Regum, & in iudicijs necessario obtemperans legibus interpretatione Regis, cuius interpretatio propter autoritatem regis : Ita imaginantur multi, Ecclesiam multitudinem esse, ut Romano Pontifici subiectam, distinctam à ceteris gentibus, per caeremonias, quas instituerunt Pontifices, alligatam ad successiōem ordinariam Episcoporum, & ad interpretationem scripturae, quam Pontifices aut Synodi tradunt. Quia enim saepe incidunt discordiae in scripto, dicunt aliam oportere regulam certam esse, scilicet vocem gubernatoris, ut in regno vox regis autoritatem habet interpretandi leges. Haec valde plausibiliter dicuntur apud potentes. Amat enim humana ratio talem picturam Ecclesiae, congruentem cum ceteris opinionibus, & potentes intelligunt augeri hac opinione suam autoritatem, & hanc formam existimant ad pacem vtiliorem esse.

SCIA NT autem pij, in hac imitatione, vel potius in multis erroribus esse. Concedendum est, Ecclesiam esse coetum similem : neque tamen esse regnum Pontificum, sed coetum similem sacro coetui. Vult enim Deus Ecclesiam non profus abditam in latebras, aut ignotam, sed vult eam exaudiri, vult agnoscere Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, vult se semper ab aliquo te generis humani invocari, vult excerpere ex genere humano veritatem filio, ideo scriptum est : In omnem terram exiit. Et Christus ipse dicit Psal. 2. Praedicabo de praecipuo. Haec est igitur vox Euangelij & ministerij, & erit aliquis visibilis

pta Dei, sed vt cœtus scholasticus. Est ordo, est discrimen inter
 iures & auditores, & sunt gradus: Alij sunt Apostoli, alij sunt
 presbiteri, alij doctores, & recte intelligitur de visibili cœtu, quod scri-
 ptum est: Dic Ecclesiæ. Sed primum videndum est, qui sint membra
 visibilis Ecclesiæ. Nam condemnantes manifestam veritatem
 Evangelij, & exercentes sauitiam ad stabiliendos manifestos errores,
 non sunt membra huius cœtus, de quo scriptum est: Dic Ecclesiæ.
 Deinde neq; hoc recipiendum est, maiorem partem suffragiorum an-
 tecedendam esse. Quia etiam si sunt multi recte sentientes, retinentes
 eorum Evangelij, tamen plerunq; plures sunt, vel palam contradicen-
 tes, vel infirmi & dubitantes, vt Apostoli ipsi diu retinebant somnium
 de imperio mundano. Quis igitur erit iudex, quando de scripturæ
 sententia dissensio oritur, cum tunc opus sit voce dirimentis con-
 trarium? Respondeo: Ipsum verbum Dei est iudex, & accedit con-
 fessio veræ Ecclesiæ. Semper enim sequuntur verbum tanquam iudi-
 cem aliqui pii, & confessione firmiorum adiuuantur infirmi, vt inquit
 Chrysostomus: Et tu conuersus, confirma fratres tuos. Hoc modo dirimuntur
 controversiæ de doctrina. Et cum maior pars hunc verum iudi-
 cem, & hanc veram confessionem non audit, vt sæpe accidere etiam
 vetera exempla ostendunt, Deus Ecclesiæ iudex, tandem dirimit con-
 troversiam, delens blasphemos, vt cum maior pars Iudæorum contra-
 dicebat Ieremiæ, & deinde Apostolis, tandem blasphemii delati sunt.
 Et igitur dissimilitudo aliqua iudiciorum Ecclesiæ, & iudiciorum
 pauciorum. Nam in politicis, aut monarcha solus autoritate sua
 pronuntiat, aut in senatu valet sententia maioris partis: Sed in Ec-
 clesiâ valet sententia congruens cum verbo Dei, & confessione pio-
 rum, siue sint plures, siue pauciores impijs. Ita veteres damnauerunt
 Simoniacum, & deinde Arrium. Iudex erat verbum Dei, id est, testi-
 monia ex Evangelio, bona fide & sine sophistica prolata, quæ conuin-
 ctionem calumniose iudicantem: Sed tamen multum adiuuabantur
 tunc quoq; infirmi in pronuntiando, confessione firmiorum, scilicet
 eorum qui Apostolos, aut eorum discipulos audierant, & quos con-
 fectum fuisse fideles custodes doctrinæ, vt Polycarpi, Irenæi, Gregorij
 Neocæsariensis: Ab his recentiores audierant λόγος significare per-
 sonam. Postea ipsi collatis dictis Evangelij, agnoscunt hanc naturam
 esse sententiam, quam ab illis audierant. Aliqui etiam non solum
 dicunt à prioribus, sed etiam tanquam à firmioribus confirmantur.
 Ita Petrus Alexandrinus refutabat Meletium, citabat Evangelium,
 quod satis perspicue docet recipiendos esse lapsos, qui emendantur:
 sed simul adiuuabatur exemplis prioris Ecclesiæ quæ semper antea
 lapsos receperat. Ita nos pronuntiamus de baptismo infantium. Ha-
 mus testimonia in scripturis manifesta, quæ affirmant extra Eccle-
 siam

siam non esse salutem: Ergo inferimus Ecclesie infantes. Deinde in prima Ecclesie testimonij iuamur: Ita iudex est verbum Dei, & accedit purae antiquitatis confessio. Vult enim Deus in Ecclesia esse ministerium vocis. Quare audienda est Ecclesia vt doctrix, scilicet & inuocatio nituntur verbo Dei, non humana autoritate. Discimus ab Ecclesia, quod λόγος in narratione Iohan. cap. 1. significat personam: Sed credimus filium Dei esse natura Deum, & cum inuocamus, quia ipse hoc reuelauit, & in Euangelio tradidit. Hoc discrimen considerandum est, non contemnamus docentem Ecclesiam, & tamen dicentem esse sciamus ipsum verbum Dei. Ita in vtraque parte cauetur incommoda, videlicet ne tyrannis prae consuetudinis statuitur, nec tamen laxetur frangum audacibus ingenijs, quae si non auerant veram Ecclesiam, fingunt opiniones, quae nulla habent testimonij vilius temporis in Ecclesia, vt nostro tempore fecerunt Seneca, Campanus, Anabaptistae, & alij multi. Docentem Ecclesiam non vereri & venerari discamus, & purioris Ecclesiae testimonia inuenimus, sicut in allegoria Samsonis dulcissime significatum est: Si arasseris mea virgula, non inuenissetis, id est, nisi audissetis laborem Ecclesiam in ministerio, quae est cultus verbi Dei, profusus ignem esset vobis verbum Dei. Et Psal. 67. In Ecclesijs benedicite Deo Domino, de fontibus Israel, id est, celebrate doctrinam, & quidem in publica confessione, in coetu audientium Euangelium, sed haec erant ex fontibus Israel, id est, ex ministerio Prophetarum & Apostolorum.

De 1. de definitione Ecclesiae, & de quaestione, vbi sit quaedam, scilicet, vbiq; sonat vox Euangelij incorrupta, praefectum quod ad fundamentum attinet, vt Paulus loquitur, id est, vbi arceatuli sunt integri, & sine corruptelis traduntur, & non defenduntur manibus cultus idolorum. Cum autem ingens sit imbecillitas etiam in factis in hac vita, alij plus alij minus lucis habent, ideo Basilii, Ambrosii, Epiphanius, Augustinus, Bernardus, & multi alij, etiam in fundamentum recte tenuerunt, tamen aliquid interdum dicunt incorruptate de ritibus humanis, vt omnibus aliquid contagij aspersit consuetudo sui saeculi. Ideo Paulus praecipit, vt fundamentum praecipue consideremus, & significat multa vera membra Ecclesiae habere alij infirmitatis, & aliquos nauos. Fundamentum, inquit, non potest aliquid, praeter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Hoc est completitur cognitionem incorruptam omnium articulo- rum & prohibitionem cultus idolorum. Deinde sequitur: Alius aedificat aurum, alius stipulas, vt Polycarpus extruxit aurum in fundamentum, id est, illustrauit necessariam doctrinam, refutauit opinionem de essentia Dei, de causa mali, & de alijs multis articulis cultus praestitit praecipit a Deo, & summos: recte gubernauit

clio, & ornauit confessionem admiranda constantia in supplicio. Porro contineatur appellatione Auri. At Basilius, & alij multi acurrunt stipulas, super fundamentum, qui retinuerunt quidem artem fidei, sed tamen instituerunt ritus monasticos, & illa exercitia exulerunt vitæ politicæ, & ostuderunt hominum animis opinio- nem, ut porarentur esse cultus Dei. Deinde multo magis errauerunt illi, qui fixerunt tales ceremonias mereri remissionem peccatorum.

IN QVIT autem Paulus: Vniuscuiusq; opus quale sit, quis probabit. Alludit enim ad materiam ædificiorum. Aurum non sumitur igni, si puluæ facile concipiunt flammam, & celerrime de- lignant. Ita in tentatione agitata & disputata doctrina, vera & ne- cessaria manet, & consolatur mentes, ut nunc doctrinam de iusticia fi- dei cogitant, omnes pij libenter amplectuntur, & intelligunt firmam consolationem esse. Econtra vero euanescent ritus monastici, quia iam intelliguntur, nec ad agnitionem Dei, nec ad mores prodesse. Hæc idem recenset, & ut Pauli dictum attente consideretur, & ut deplora- tur infirmitas humana, quæ etiam in veris Ecclesiæ membris sæpè conuenit, & prudenter de scriptorum dictis iudicetur, & agnosca- tur que condonanda sint, & quæ non condonanda.

VT autem discrimen Ecclesiæ & Politiarum magis conspiciatur, collatio fiat. In imperijs mundi, hæc tria necesse est esse, ordinem, gloriam, & præsi- dia. Vt in regno Gallico est ordo, ut sit vnus Rex, quo mortuo, ne- cessè est parere succedenti ordinaria successione. Deinde sunt certæ leges, & iudicia certorum locorum, & gradus Principum & populi. Quia est, præstantia consilij & virtutum, ac victoriæ, quia cum nun- quam sit certa pax, sicut Plato dicit, in imperijs pacem inane nomen esse, semper enim aut ciues inquieti, aut hostes tumultuantur, necesse est esse prosperos successus, & victorias gubernatorum, alio- qui cito dissipantur imperia. Præsidia sunt, exercitus & opes ne- cessariæ ad sumus domesticæ gubernationis, & ad bella gerenda.

Hæc tria aliter se habent in Ecclesia, quam in Imperijs. **O**rdi- nis, quia reuera vnum est caput, dans vitam, & bona æterna Eccle- siæ, scilicet, Filius Dei. Sed hoc caput non conspicitur iam oculis cor- poris nec tenet cœtum vni alicui loco alligatum, nec tamen vllus est ordo, sed semper est ministerium Euangelij. Et iure diuino debetur obedientia ministris Euangelij, in omnibus quæ præcipit Euangeli- um. Non est autem alligatus hic ordo ad successionem ordinariam: Sed cum Episcopi & pastores defendunt errores & idola, vitandi sunt; præterea sunt gradus donorum, ut Paulus antecedit Barnabæ. Hi gradus considerandi sunt, ut amemus, & honore afficiamus singu- los suis donis ornatos.

GLORIAM politicam, id est, victo- rias corporales non semper habet Ecclesia, quales habuit cum Saul

aut

aut David pepulit exercitus hostiles, sed plerunq; Ecclesia fuit, est, & erit subiecta cruci, & tamen ingentem habet gloriam sapientiae & virtutum, & multorum miraculorum, quae non cernuntur ab impijs. Summum decus est, quod Deum recte agnoscit & inuocat. Semper enim aliqua sunt vera membra Ecclesiae, quae fundamentum tenent, etiamsi deinde ingens est multitudo infirmorum, qui tamen, quidem recte inuocant, magnum decus habent. Ceterum supra dictum, non esse membra Ecclesiae illos, qui pertinaciter errores cum incremento pugnant defendunt, etiamsi nomen & titulum Ecclesiae texunt.

DEINDE magnae victoriae sunt omnium reformationum, videlicet quod non evertuntur Diaboli insidij, tentationes tyrannorum, & alij tentationibus, & miracula multa sunt: quoniam, liberationes crebrae in magnis periculis, quarum multae pro precibus Ecclesiae fiunt, ut Paulus scit, se & nauim suam seruanda, etiamsi alij existimabant casu eam seruata esse. Magna gloria est felicitas in uocatione, studijs, consilijs, iudicijs. Sic uero tra summa deformitas & calamitas est, & turpitudine omnium fugienda, esse parricidam Ecclesiae aut patriae.

POSTHAEC praesidia uisibilia Ecclesiae alligatae certis locis nulla sunt, id est, Reges, nec opes, nec exercitus, nec sedem unam aliquam certam perpetuam in hac uita habet Ecclesia, post deletam politiam. Ideo Christus inquit: Non habet Filius hominis ubi reclinet caput. Vult enim Deus, Ecclesiam subiectam esse cruci, ut caussa alio loco multae recensentur, quae non sunt notae Philosophiae, sed tantum in Euangelio patefactae.

QUANQUAM autem interdum Deus aliquos Reges aliquantisper ad Ecclesiae defensionem exultat, praecitauit Cyrum, Constantinum, & alios alios: tamen non semper iungit Ecclesiae regna ad eam defendendam, sed uult eam sperare defensionem uniuersi corporis diuinitus, ut Iesaias ait: Ego uos in utero meo gesto, ego etiam senescentem Ecclesiam gestabo. Et Ose. 1. Seruabo uos, non in arcu, nec in gladio, sed in domino Deo uestro. Quid tristius est hac specie? Vagatur iam Ecclesia, ut scholastici exultantes, & quanquam Deus alicubi praebet metueria hospitia, tamen maior est potentia hostium Euangelij, & defensores quam sint firmi, & quamdiu duraturi, incertum est. Cyrus habebat Ecclesiam, Cambyfes & Darius opprimebant. Hanc fortunam Ecclesiae consideremus, ut intelligamus pericula, & simul discamus Ecclesiam colligi, seruari, instaurari, defendi, non humanis consilijs praesidijs, sed potentia Dei, sicut in paradiso Adam & Eua uersati sunt a peccato & tyrannide Diaboli. Semper igitur adest Ecclesiae, filius Dei, sicut dixit: Ego uobiscum sum usque ad conuersionem saeculi.

CONTRA DONATISTAS.

scripsimus Ecclesiam visibilem, in qua diximus multos non rectos admittos esse sanctis, sed hic discerni malos oportet. Alij doctrina recte sentiunt, nec sunt hostes Euangelij, seu hæretici, sed quia habent aliqua morum vitia. Tales si non sint excommunicati, veli vocantur mortua membra, tamen sunt in externa societate Ecclesie, & cum funguntur munere docendi, aut administratione Sacramentorum, valent ministeria, & sunt efficacia, & licet eis uti.

EST QUÆ acriter taxandus error Donatistarum, qui contendunt nec Euangelium, nec Sacramentum vllum esse efficac, si ministri malos sint vitiosi. Contra hunc errorem tenendæ sunt sententiæ perspicuæ. Math. 13. Christus confert Ecclesiam sagenæ, in qua boni & mali pisces sunt. Dicit item, in Ecclesia mansura est zizania vsq; ad resurrectionem. Item, Sicut in diebus Noe, &c. Ex his sententijs perspicuam est, semper in Ecclesia vsq; ad resurrectionem fuisse, esse, & futuram esse magnam multitudinem malorum. CVM igitur sint in Ecclesia mali, nec hypocritis humano iudicio agnosci possit, possunt in ministerio esse etiam hypocritæ. Fieret enim incerta fides, si vis Euangelij & Sacramentorum penderet ex dignitate ministri. Ideo sciendum est, Euangelium & Sacramenta efficacia esse propter promissionem Dei, non propter ministri personam. Reuocat igitur Christus vocem nostras, & fidem nostram, à persona ministri ad sese, inquit: Qui vos audit me audit, quasi dicat, Nec Euangelium est vestrum, nec opus vestrum est saluos facere auditores, sed Dei opus est, qui hoc mirabili modo, sparsa voce Euangelij, colligit sibi æternam Ecclesiam. Sicut & Iohannes inquit: Ego baptizo vos aqua, alius autem baptizabit vos igni & Spiritu sancto, id est, Euangelium & Sacramenta sunt efficacia propter Christum & per Christum. Citatur etiam huc dictum Christi: Super cathedram Moysi sedent Scribæ & Pharisei, &c. quæ vitia significant: Etiam si sunt in ministerio hypocritæ, tamen valere ministerium ipsam, si tamen sedeant in cathedra Moysi, id est, doceant doctrinam à Deo traditam, non sedeant in alia cathedra, non proponant doctrinam pugnantem cum fide. HÆC tota caussa contra Donatistas copiose tractata est ab Augustino in multis voluminibus, & epistola 166. recenset hoc argumentum: Si penderet vis Euangelij, & Sacramentorum à dignitate ministri, fides nostra fieret incerta. Ut igne fides sit certa, necesse est rejici & damnari fanaticum delirium Donatistarum. REPVTA TVR & à Nazianzeno hic error, qui hæc videtur similitudine. Eadem est figura sigilli, siue aureo, siue ferreo metallo insculpta sit, ita idem esse ministerium inquit, siue boni, siue mali teneant. Hæc de Donatistis monere necesse est, vt contra tales

furioses pij præmuniantur, & discant intelligere vim ministerij. Nam & nostra ætate Anabaptistæ renouant errores Donatistarum, & impie abijciunt ministeria, & dum iactant se constituere Ecclesiam, in qua nulli sint mali prorsus, vt Circuncelliones, magnam multitudinem pessimorum latronum contrahunt, vt ostendit Monasteriense exemplum, quod meminisse prædebet, vt bonæ mentes maiore cura & sollicitudine caueant, ne assentiantur falsis opinionibus. & cogitent ex vno ore paulatim oriri multiplices & insanabiles furores. Quid igitur diligendum est? an dissimulanda sunt aperta crimina ministrorum angelij? Respondeo: Polluti manifestis criminibus excommunicati sunt communi voce Ecclesiæ. Sicut Paulus 1. Cor. 5. in celum non ex Ecclesia. Et Christus Matth. 18. inquit: Dic Ecclesiæ. Eaque si non erit negligenda, sed si negligitur, tamen ministerium vultu dictum est. **P R A E T E R E A** & magistratus, qui gladium gerunt, punire crimina suis legibus debent, vt adulteria, cædes, & alia.

S E D præter publica crimina sunt infirmitates in moribus omnium hominum. Alius est morosior aut iracundior. Alius indulgens, aut minus temperas quam oportet. Alius est ad rem attentior, in alio factus, in alio seignities reprehenditur. Deniq; omnes habent suas quasdam infirmitates. De his communibus moribus cum non accidunt crimina, sciamus piæ mentis esse sequi vsitatam regulam. Mores amici noueris, non oderis. Item, Remitte & remittetur vobis. Vniuersa delicta tegit dilectio. Ac præcipue piorum gubernatorum & doctorum mediocres mores tolerandi sunt, sicut Christus laues, & pedes mutuo lauimus, id est, vt tales infirmitates inter nos misericorditer sanemus. **E S T** autem vsitatum, calumniose exaggerantia gubernatorum. Ideo toties præcipit Spiritus sanctus, vt eos honorare afficiamus, vt grauisime dicitur ad Hebræos: Obsecrate, vt qui præsent, vt cum gaudio & nõ gementes faciant suum munus, quod dicat: Per sese difficilis & ærumnosa res est gubernatio, sed cum contumacia inferiorum, duplicatur miseria. Vt enim Herodotus inquit: Quantum bellum differt à pace, tantum differt seditio à bellico gubernatori ærumnosius est, cum suis quam cum alijs certantibus. Ideo & 1. Thef. 5. dicit Paulus: Petimus vt eos qui præsent, ut cellenter puteris diligendos esse propter ministerium, & pacem vobis habere. Deniq; de hac re multa extant præcepta. Vt autem illi puniatur, propterea quod patrem deridet, ita sciant se penas deesse Deo omnes, qui ministris recte docentes. si sit medicocritas aliis in moribus molesti sunt. Sicut & ad Abraham dictum est: Benedictus benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi. Hæc non haud dubie pertinet ad Ecclesiam, & recte docentes. Sciamus

per mores docerium non esse discedendum à reliqua Ecclesia, nec
 mutata facienda esse, si nullus sit error doctrinæ. Sed alij sunt
 polluti falsis opinionibus, qui impiam doctrinam defendunt, &
 pugnant veram, & interficiunt pios propter veræ doctrinæ profes-
 sionem. Sicut Ieremiæ Machabæi, Christi tempore fuerunt Pontifi-
 ces, & eorum sectatores, qui palam contradicebant veræ doctrinæ, &
 sanctos interficiebant: Cum hoc cœtu, etiamsi tenet gubernationem
 per tyrannidem, pijs non sit societas, & culpa schismatis penes ipsos
 est, quia mandatum Dei est: Fugite idolatriam. Item: Si quis aliud
 Evangelium docebit, anathema sit. Sic Apostoli à Caipha, & ab eius
 cœtu recedebant.

Es t q u e diligenter observandum discrimen
 eorum: Ministerium non mutatur, etiamsi mores aliquorum sunt vi-
 tiosi. Sed cum falsa doctrina defenditur, & stabilitur idololatria, mu-
 tatur ipsum ministerium. Ideo horum ministerium relinquendum est,
 qui doctrinam corrumpunt. Etsi autem principalis pars ministerij est
 doctrina, tamen interdum pars ministerij, vt Sacramenti alicuius ad-
 ministratio, possidet etiam ab his, qui corrumpunt doctrinam. Vt
 Iherosolimitæ retinebant circumcisionem, etiamsi cultus impios postea ad-
 dedunt. Caiphas & Pharisei retinebant circumcisionem, etiamsi in
 alijs materijs graues errores amplectebantur, valebat tamen circum-
 cisiō non propter has personas, sed quia fiebat vice Ecclesiæ. Sic
 de Baptismo dicemus eorū, qui baptizati sunt in Ecclesijs, vbi regna-
 runt mali doctores. Valuit enim Baptismus, quia fiebat vice veræ Ec-
 clesiæ, & retinebantur verba institutionis, & eorum sententiæ sine ido-
 lolatria, in hoc Sacramento. Sed Samosatani, Manichæorum, Arria-
 norum Baptismus non valebat, quia non retinebant sententiam ver-
 borum, Baptizo te in nomine Patris, & Filij, & spiritus sancti. Hæc
 breuiter attigi, vt muniantur pijs contra Anabaptistas, & cogitent sæ-
 pe in Ecclesia dominari malos. Sicut ait Christus, similem esse Ecce-
 liam sagonæ, in qua sunt boni & mali pisces. Valet igitur ministeriū,
 quod retinet in his Sacramentis, quæ non ex profisso corrumpunt.

E t s t autem Baptismus eorum qui retinent verborum sententi-
 am, valet, vt dixi: tamen quia docent impie de cæteris rebus, præbent
 causam, cur necessario ab ipsis Ecclesia discedat. DISCRIMEN
 enim est inter personas, quæ peccauerunt ignorantia, & illas quæ pa-
 lam sunt blasphemæ, vt post resurrectionem Christi erant Caiphas &
 similes. Nec dubium est, blasphemos, & manifesta idola defendentes,
 relinquendos esse: sicut scriptum est: Fugite idola.

DE SIGNIS MONSTRANTIBVS

ECCLESIAM, QUAE ALII NOTAS NOMINANT.

Signa quæ monstrant Ecclesiam, sunt Euangelium incorruptum, &
 legitimi

legitimus usus Sacramentorum: Et quanquam Ecclesia non semper floret simili gloria, tamen subinde aliqua significationes Spiritus sancti, in miranda gubernatione accedunt. Quod autem Euangelium sit signum, monstrans qui cæterus sit Ecclesia, supra testimonia recitata, & satis perspicua sunt hæc. Ephes. 2. Super fundamentum Apostolorum & Prophetarum extructi estis, &c. Item Iesaiæ 59. Spiritus meus est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent ab ore tuo, nec ab ore seminis tui in æternum, &c.

ALII RATIONES humanarum politiarum addunt Ecclesiæ hæc signa: ordinariam functionem Episcoporum, & obædientiam in traditionibus humanis postea Episcopus audacissime armant duobus regijs nervis, potestatem interpretandæ scripturæ, & potestate legum ferendarum, & cultura uos instituendi. Admonendi sunt autem pij, ut has insidias diligenter caueant. Nam omnibus ætatibus in Ecclesiæ gubernatione, homines politici, ignari doctrinæ Euangelij, pinxerunt sibi Ecclesiam rationatione politiarum, & magni errores hoc modo stabiliunt.

QVARE cum hæc nomina audis, successio ordinaria, potestas interpretationis, potestas ferendarum legum, scias insidias doctrinæ strui, & quæri prætextus ad stabiliendos errores in Ecclesia. Remouenda est igitur illa imago humanarum politiarum, & aliter Ecclesia sentiendum. Dixi supra, Ecclesiam non esse alligatam ad successionem ordinariam, ut vocant, Episcoporum, sed ad Euangelium. Cum Episcopi non recte docent, nihil ad Ecclesiam pertinet ordinaria successio, sed necessario relinquendi sunt. DE potestate interpretationis, sciendum est, magnum discrimen esse inter potestatem & donum. In Ecclesia donum est interpretationis, non alligatum certo ordini, sicut propter locum vel ritulum non datur Spiritus sanctus. Id donum non est potestas alligata ordini, seu titulo, cui propter ordinem parere necesse sit, sicut regis vel prætoris interpretatio propter ordinem parere necesse est. Deus enim, dedit magistratibus ciuilibus potestatem condendi leges congruentes cum ratione, & non interpretandi. Sed de voce Euangelij in Ecclesia, longe aliter est. Hanc filius Dei ex sinu æterni Patris protulit. Et est sententia sapienter posita de agnitione Dei, de ira Dei aduersus peccatum, de magnitudine peccati, de iusticia donata per filium Dei, de Timothei Fide, de Cruce, de Auxilio Dei, de Resurrectione, de Ecclesia, de vita æterna, de duabus naturis in Christo, de Patre, Filio, & Spiritu sancto. Cum igitur iusserit Deus audiri Filium, deinde & Filij mandata missi sint Apostoli, ut eos audiamus, necesse est retinere doctrinam per Apostolos traditam, ac nos discipulos esse doctrinæ ipsorum, & affingere interpretationes pugnantibus cum certis & perspicuis scripturarum testimonijs, sicut Iudæi fingunt corruptelas, ut eludant doctrinam Christi.

DEINDE, qui volunt esse discipuli Euangelij, nec autem ut calumniose depravent, sed ut Deum agnoscant, celebrent, & adorant: in his, cum assentiuntur verbo Dei, cum timore & fide, recenditur lumen, quo iuuantur, ut discernant Euangelium ab humana sententia, & articulos doctrinae de Deo, de peccato, de iusticia, de Christo, de Ecclesia, de vita aeterna dextre accipiant. TERTIO, sibi illi iuuantur etiam verae Ecclesiae testimonio. Ut cum Samofatenus noluit Verbum interpretari personam, in his dictis, In principio erat verbum, &c. pij iuabantur Irenaei testimonio, qui Policarpum Iohannis discipulum audierat. Iuabantur & Gregorij Neocæsariensis, & Alexandrinae Ecclesiae testimonijs, quae affirmabant hanc sententiam inde vsq; ab Apostolis retentam esse, cum qua videbantur, caetera testimonia in Iohanne & Paulo, congruere. ET quantum Ecclesia audienda est, iuxta illud: Nisi arassetis vitula mea, non inuenissetis, tamen fides non nititur Ecclesiae auctoritate, sed ipsa voce Euangelij. Inuocamus filium Dei, quia dictum est, Et Deus erat verbum. Item: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Item: Si ne me nihil potestis facere. Item Stephanus inquit: Domine Iesu accipe spiritum meum. ITEM cum Ecclesiae testimonia quaruntur, videndum est ubi, & quae sit Ecclesia, quae tempora sint puriora, qui scriptores sinceriores. Sic nos adiuuamur contra Anabaptistas: Scimus primum ex Euangelio, infantes nasci reos & obnoxios peccato originis, & id remitti his qui sunt in Ecclesia, & infantes debere fieri membra Ecclesiae, & afferri ad Christum. Deinde accedit testimonium primae Ecclesiae, quam legimus baptizasse infantes. Censemus igitur nequaquam cedendum esse furori Anabaptistarum, qui tot millia infantum ex Ecclesia extrudere & perdere conantur, & vniuersos multos miscent. DONVM igitur interpretationis est lumen, quod accendit Spiritus sanctus in horum mentibus, qui assentiuntur Euangelio, ut Christus inquit Iohan. 14. Spiritus sanctus docebit vos omnia, & rediget vobis in memoriam omnia, quae dixi vobis. Hic allegat Apostolos & totam Ecclesiam ad ea, quae ipse dixerat, & addit de dono, de hoc ipso verbo Spiritum sanctum nos commonefacturum esse. Et Iohan. 6. citat Christus ex Iesaiâ: Et erunt omnes docti à Deo. E contra de impijs dicitur: Non intelligent omnes impij. Item, Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei, stulticia enim est, & non potest intelligere. Item: Iesâ. 6. Audite audientes, & non intelligite. HAE C testimonia perspicue ostendunt, interpretationem esse donum piorum, nec esse alligatam potestati, aut maiori parti, quae plerumq; est impia, & quidem praecipua poena est impietatis cecitas. Psal. 68. & Rom. 11. dicitur: Obscurentur oculi eorum, ne videant. Et manifesti furores Gentium ac Iudaeorum ostendunt,

dunt, cæcitate præcipue puniri impietatem. Si ordinaria potestas, aut maior pars, haberet ius interpretandi, fuissent antequam dæ sententiæ Phariseorum, sententijs Zachariæ, Simeonis, Elisabethæ, Mariæ, Hannæ, & similibus: Sed Ecclesia vera plerumque obnoxius cœtus, in quo dominatur magna multitudo impiorum, sicut requirit Iesaias: Nisi Deus reliquisset nobis semen, sicut Sodomus effusus: Ideo nequaquam alliganda est interpretatio ad ordinariam potestatem, & maiorem partem. Et insidiæ cauendæ sunt, cum aliorum hoc prætextu stabilire errores conantur. **C A E T E R U M** ipsum donum agnoscendam est, & Deo gratiæ agendæ, quod sententiæ ita gubernavit Ecclesiam, ut cum obscurata esset doctrina, non eam accenderit. Ut post Noë, interpretis promissionis fuit Abraham sic post Moysen missi sunt Samuel, David, & ordine ceteri: Regibus Pharisæis & Sadducæis, erant tamen Simeon, Zachariæ, Elisabetha, Maria, & alij multi, in quibus donum interpretationis fulgebat, in alijs magis, in alijs minus illustre. Ita postea Deus in Ecclesia libere inde excitavit flammam veræ doctrinæ. Hanc igitur accendimus, prætextu multitudinis, vel ordinariæ potestatis, propugnantis idola & errores. **C A E T E R U M** & labi possumus, qui antea recte senserant, & recte sentientes aliquid habent caliginis. Et suas stipulas, ut ad Corinth. dicitur: Quare sententiæ ex veteri Dei tradito, & dextre collato, iudicandæ sunt. De similitudine traditionum, & de legib. Episcoporum infra dicitur. Nec enim vnitæ Ecclesiæ, collocanda est in similitudine humanarum traditionum, quæ continentur: Hæc sententiæ, quod humanæ traditiones non sunt colendæ. Item, quod propter eas non sint damnandi hi, qui alioqui recte sentiunt.

DE SACRAMENTIS.

I N I T I O constituamus simplicem vocabuli descriptionem. Sacramentum nunc quidem, ut in Ecclesia loquimur, vocatur ceremoniam in Evangelio instituta, ut sit testimonium promissionis, quæ est angelij propria, videlicet promissæ reconciliationis, seu gratiæ. **H O M I N E S** prophani cogitant Sacramenta esse signa promissionis, quæ discernant à cæteris hominibus nos, qui quasi huic gradui adiuncti sumus, ut discernebat Romanum toga ab aliarum nationum hominibus, seu esse signa quorundam officiorum erga homines. Vt enim quondam in fœderibus faciendis mos erat, vna veluti ex sacralibus rebus: ita nunc multi humano more exultant, cœnam Domini tantum esse talem notam mutui fœderis inter homines. Sed quæquam multi sunt fines Sacramentorum ordinati, tamen longe ceteris antefendus est hic principalis finis, quod sint signa voluntatis

erga nos, videlicet testimonia addita promissioni gratiæ. Ac in-
tota Ecclesia, in qua statim post lapsum Adæ, edita pro-
missione gratiæ, additæ sunt ceremoniæ, videlicet sacrificia Adæ,
incedebantur de cælo: Offercebatur agnus, qui consumebatur
illis flamma. Id significabat venturæ hostiæ passionem, de qua
missio facta erat, & testimonium erat reconciliationis.

DEINDE cum renouaretur promissio, additum est nouum te-
stimonium, scilicet circumcisio. Deinde iterum instaurata luce do-
ctrinæ, accessit mactatio agni, & aliæ ceremoniæ. Ita in Ecclesia, vo-
ci Euangelij additi sunt ritus, Baptismus, & Cœna Domini. De alijs
postea dicam. Hi ritus non sunt humana spectacula, vt Græcorum tra-
gediæ institutæ, vt qualiscunq; memoria rerum gestarum traderetur
posteriori: sed habent alios longe superiores fines.

PRIMUM enim sunt signa voluntatis Dei erga nos, seu testi-
monia promissæ gratiæ. Ideo Paulus de Abraham inquit, accepisse
eum circumcissionem, tanquam sigillum iustitiæ fidei, id est, testimo-
nium quo Deus testatur esse, cum receptum esse in gratiam. Et quia
Sacramenta sunt addita promissionibus, ideo sicut promissionem acci-
pi fide necesse est, ita oportet in vsu Sacramentorum accedere fidem
autem promissionem.

POSTEA possunt accedere multi
fines: Confessio, discrimen à cæteris sèctis, publici conuentus cele-
britas, admonitio de certo opere. Vt Cœna Domini primum est testi-
monium gratiæ erga nos. De toto Euangelio, de morte & resurre-
ctione Christi nos admonet, testatur nobis donari beneficia Christi.
Et hic necesse est fidem accedere, quæ credat promissioni gratiæ.

DEINDE accedunt alij fines. Theodosius credens Euangelio,
hæc exemplo publice confiteretur quid sentiat. Item, per hunc ritum in-
telligitur seiunctus à cæteris sèctis.

TERTIO, Quia Deus
vult Ecclesiam non in latebris iacere prorsus ignotam, sed vult eam
conficere & audiri, vt nomen suum celebretur, & doctrina propage-
tur: Ideo etiam vult honestos cœtus esse, vult in publica congrega-
tione honore Euangelium. Vt igitur in tali conuentu ostendatur con-
fessio, & sint exercitia fidei, semper voluit esse publicos aliquos ritus
ad quos publice conueniret Ecclesia. Et quanquam Diabolus va-
rie dissipare & deformare tales conuentus conatur, tamen Deus eos
subinde repurgat, & mirabiliter conseruat. Ita & cœna Domini, pro-
pter hanc vtilitatem instituta est, vt sit neruus publicæ congregatio-
nis.

POSTREMO admonet ritus de multis officijs. Primum
de gratiarum actione præstanda Deo, postea de mutua benevolentia
membrorum Ecclesiæ. Sicut vna vescebantur rebus sacrificatis, hi,
qui fœdera faciebant.

C Onfuetudo est non vetustissima, numerare septem Sacramenta. De hoc numero rixæ sunt, quarum hic modus sic, vt res consuetudinæ retineantur, & discernantur à non necessarijs. Discernantur etiam ceremoniæ diuinitus institutæ in prædicatione Christi, ab alijs, quæ non proprie ad nouum Testamentum pertinent.

S i generaliter omne opus præceptum à Deo, cui est addita promissio aliqua, Sacramentum vocari volunt, erunt Sacramenta, cunctio, tolerantia in cruce, Eleemosynæ, condonatio iniuriæ. Nihil operibus semper fuerunt additæ diuinæ promissiones. De oratione nota sunt mandata & promissiones: Inuoca me in die tribulationis & eripiam te. Et Deuter. 4. dicitur: Nec est alia Gens, quæ hunc Deum appropinquantem sibi, sicut Deus noster adest cunctis oblationibus nostris. Item in Euangelio, Petite & accipietis. Nec est inutile, numerare Orationem inter Sacramenta, vt hæc ipsa applicatio homines moneat de promissionibus, & de fructu huius operis. De tolerantia in cruce sunt promissiones, Psal. 50. Sicut facium Deo spiritus contribulatus. Item: Preciosa mors Sacramenti. Item: Psal. 71. Preciosus sanguis eorum coram me. Et in Euangelio plurimæ sunt tales sententiæ: Qui vult me sequi, tollat crucem suam, & sequatur me. Item: Recipiet in hac vita centuplum. De Eleemosyna notissimæ sunt sententiæ: Date & dabitur vobis. Frangite ridenti panem, &c. De condonatione iniuriarum: Remitte & remittetur vobis. Hæc est insignis promissio, addita nostræ condonationi, non quod nostra condonatio possit iram Dei placare, sed vt moneat nos de Euangelio, sicut alia Sacramenta. S i igitur tantum ad ceremonias, sed etiam ad opera moralia accommodatur nomen Sacramenti, poterit etiam Coniugium dici Sacramentum. Nam & mandato Dei præcipitur, & ornatur promissione, vt Psal. 113. Videbis filios filiorum tuorum, pacem super Israël. Et est institutum propagandæ & conseruandæ Ecclesiæ causâ. Deinde etiam imago est, & amoris Christi erga sponsam Ecclesiam, & afflictionem & officiorum Ecclesiæ. Sicut maritus vere amans coniugem & liberat, pugnat eos, & sua bona impertit eis: sic Christus Ecclesiam veram amat, donat suis bonis, iusticia sua, & vitæ æternæ societate. Huius morem, & hanc *soçylw* in marito honesto significat Paulus, idcirco dicitur esse naturæ, vt sic imago adumbrans verum amorem Christi erga sponsam Ecclesiam. Præterea afflictiones & officia domesticæ sunt imago afflictionum & officiorum Ecclesiæ. S i d eum modo generaliter vtimur appellatione Sacramenti, non de solis

instituti primum in prædicatione Christi loquimur, verum quo modo illa opera vocantur, semper meminerimus, in Decalogo proponi summam omnium operum moralium, quæ necessaria, & à præceptis sunt. Deinde quæramus pascim additas promissiones, & earum exempla. **S**CIAMVS etiam, discrimen esse inter promissiones legales, & promissionem Euangelij primum, quæ est promissio reconciliationis gratuita.

CVM autem vocabulum Sacramenti de ceremonijs intelligitur, instituti in prædicatione Christi, numerentur hæc Sacramenta: Baptismus, Cœna Domini, Absolutio, quæ sunt externi ritus, & sunt signa totius Euangelij, & quidem proprie sunt testimonia remissionis peccatorum, seu reconciliationis, de qua præcipue dicitur in definitione vsitata: Sacramentum est signum gratiæ, id est, reconciliationis gratuita, quæ propter Christum donatur, & in Euangelio prædicatur.

MIHI tantum placet etiam addi Ordinationem, ut vocant, id est, vocationem ad ministerium Euangelij, & publicam eius vocationis approbationem. Quia hæc omnia mandato Euangelij præcipiuntur, ut ad Titum: Constitue Presbyteros, ut iussi: & est addita promissio omnium maxima, & dignissima cognitione, quæ testatur Deum vere esse factum esse per ministerium eorum, qui voce Ecclesiæ electi sunt, ut testatur dictum vniuersale de Apostolis, & omnibus sonantibus verbum traditum per Apostolos: Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti.

ET Christus inquit Iohan. 17. Rogo non pro eis tantum, sed pro omnibus credituris per verbum eorum. Et Iohan. 20. Quorum remisistis peccata, remittentur eis, &c. Et Ephes. 4. Ascendit, dedit dona hominibus, Prophetas, Apostolos, Pastores, Doctores. Lucæ. 10. Qui vos audit, me audit. Iohan. 17. Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, ille feret fructum copiosum. Et 2. Corinth. 5. Deus posuit in nobis verbum reconciliationis: Pro Christo igitur legatione fungimur, tanquam Deo adhortante per nos. Et 2. Corinth. 3. Fecit nos ministros noui Testamenti, non litteræ, sed spiritus. Hæc & pleræque similes sententiæ, clare testantur Deum efficacem esse per hoc ipsum ministerium docentium Euangelium, quod in Ecclesia vult perpetua vocatione conseruare. Ex præterea loquitur Paulus de verbo externo, seu de ministerio foræ vocem Euangelij, cum inquit: Prope est verbum in ore tuo. **P**ostulit in nobis verbum reconciliationis, pro Christo igitur legatione fungimur. Et mandatum Ecclesiæ datum est, ut eligantur ministri seu legati tales, ut ad Titum expresse scribitur.

ADMONEMVS igitur nos ritus ordinationis de hoc mandato, & de his promissionibus, & Deo gratias agamus, quod instituit & conseruat hoc ministerium, & quod hoc modo nos recipit, ac à peccato, à potestate

Diaboli & æterna morte liberat, ac iusticiam & vitam æternam nobis restituit. Hac fide, & nos veneremur & tuamur ministerium, & utamur, discamus & audiamus Euangelium, exerceamus fidem via Sacramentorum, & sciamus per hoc ministerium exhiberi nobis æterna bona, oremus item Deum, ut det ministros idoneos, & eos adoret, ut iubet Christus orare, ut Deus extrudat operarios in messum. De Coloss. 4. iubet Paulus precari ceteros, ut Deus ipsum adiminet in functione. **E s t** & hæc magna consolatio, cum hoc ministerium à Deo institutum sit, etiamsi semper in mundo varie qualitate hominum homines ab eo desiscunt ac pereunt, tamen non poterunt deleri. Christus enim inquit Matth. 16. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, id est, super hoc ministerium, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hac consolatione pij etiam hoc potest se sustentent, & sciant mansuras esse reliquias Ecclesie & ministerij, etiamsi ruant imperia. Quanquam id non sic sine culpa Ecclesie, sed tales sunt & fuerunt semper mundi pœna, sicut dicit inquit: Ecce oculi Domini super regnum damnatum, & delectabitur de terra, sed Jacob non delebo, verum ut triticum in cribro commutiam, nec deciderit granum in terram. Hic Propheta simul tantam consolationem proponit. Nec mirum est puniri imperia, quoniam deberent iuuare, & tueri ministerium, sicut Psalmus inquit: Aperte portas principes vestras, impij principes delere Ecclesiam celestem. Alij mediocres sua negligentia deformant, non fouent studia, non querunt eruditos ministros, non curant eis victum mediocrem, non student conciliare voluntates eorum. Deniq; hanc partem publico status, vel negligunt tanquam extremam, vel arte premunt.

B A S I L I V S queritur, suo tempore euectos esse ad gubernationem Ecclesie, seruatorum omnium vilissimos, indoctos & ignaros. Postea cum opes creuerunt, functiones Ecclesiasticæ fuerunt præpotentibus, ipsum vero ministerium neglectum est, & per meos inos indoctos partim superstitione, partim avaricia deprauatum est.

N V S c rursus etiam in illis locis, ubi doctrina sincera recepta est, admittuntur ad ministerium multi indocti & ignari. Quia potententes totam hanc rem negligunt, nec tuentur studia, nec curant ministros. Ita perpetuis difficultatibus, in hoc mundo, Ecclesia constitatur, quas pij considerare debent, ut suo quisq; loco, quantum potest, eas leniat, ut etiam Deus mitiget pœna.

E t quæ hæc officia, quæ profunt ad ministerij conseruationem, Deus largissime requirit, & magnis præmijs compensat, sicut hæc seruatorum stantur: Qui dederit alicui ex minimis horum tantum aquæ propter doctrinam, amen dico vocis, non perdet mercedem. Similia exempla sunt illustria, vidæ Sareptanæ, quæ excepit Eliam. Alij

11. qui centum Prophetas in speluncis abditos, defendit &
 Ezechiaz, 2. Paral. 36. Aethiopsis, qui seruat Ieremiam.
 In his rebus omnibus, de efficacia ministerij, de precatone pro
 terio, de officijs quæ ei debentur, de pœnis sperari ministerij, ad-
 dat nos doctrina de Ordinatione, cum inter Sacramenta recense-
 antur nos & ritus ipse, cum publice, spectamus antiquissi-
 mum hunc ritum haud dubie à primis patribus acceptum, videlicet im-
 positionem manuum, quæ semper signum fuit rei destinatae ad cul-
 tum Dei, fuit & signum benedictionis. Hoc ritu Iacob benedixit fi-
 liis suis. Hoc ritu, Moyses ordinat Iosue ad gubernationem po-
 puli Dei. Num. 37. Hoc ritu Christus benedixit pueris. Hoc ritu pe-
 tro ordinabatur ad hoc munus, ut fierent victimæ. Præcipue au-
 tem ritus victimarum, significauit Christum. Deus æternus Pater
 imposuit ei manus, id est, delegit eum, benedixit ei, vnxit eum, &
 fecit sibi, ac presertim ingenti onere, ac fecit victimam pro nobis.
 Hinc præcipue significat hic ritus impositionis manuum. Postea ve-
 ro ministerios transferatur significatio. Christus pontifex imponit
 etiam manus, id est, deligit eos voce Ecclesiæ, benedixit eis, ac vnxit
 eorum suis, sicut scriptum est: Ascendit, dat dona hominibus,
 Prophetas, Apostolos, Pastores, Doctores, quos ornat luce doctrinæ,
 & regit. Deinde subiicit eos sibi, ut solum Euangelium doceant,
 sicut Christi regno seruiant, non querant sibi potentiam, non con-
 ferant imperia prætextu religionis, sint etiam victimæ, id est, per-
 ferunt odia, arumnas & supplicia, propter veram doctrinam, sicut
 Petrus inquit: Propter te mactamur tota die. CVM igitur
 ritus non casu, non sine aliqua significatione, hunc ritum à pri-
 mis patribus, & ab Apostolis usurpatum esse, exciterur animus ad
 querendum muneris efficaciam, ad reuerentiam, ad querendas si-
 gnificationes, quæ nos de Christo pontifice, & de officijs huius mu-
 neris admonent. Econtra vero in doctrina de Ordinatione, etiam
 valde sunt deprauationes. Sacrificuli, qui missas pro alijs fa-
 ciunt, sequuntur ordinationem ideo fieri, ut detur potestas sacrificandi
 pro suis & mortuis, & quidem dicunt se offerre filium Dei, & sua
 voluntate mereri alijs remissionem peccatorum. Addunt item, sine
 hoc sacrificio non prodesse Ecclesiæ mortem Christi. Eius autem
 potestas summa sunt ex κακοῦργία Leuitici sacerdotij male intelle-
 ctam, & alia multa affixerunt ex Ethnicis opinionibus. Hi er-
 rones rejiciendi sunt, qui pepererunt multiplicem eius ὀλοκαυτία,
 sicut Tyrannide puniri non dubium est. Sed propter munus
 ministerij docendi, & efficaciam eius muneris, Ordinatio retinenda,
 & significanda est.

ANABAPTISTAE autem una cum ministerio contemptum ordinationem, fingunt expectandas esse novas revelationes & illuminationes à Deo, easque petendas magnis macerationibus corporis, sicut monachi, & olim ἔθνη σιωπῆς sinnerunt. Hæc fanatica deliramenta execranda sunt. Oriuntur autem ex falsis persuasionibus de doctrina legis, & ex ignorantione doctrinæ fidei. Nos contra scimus Deum immensa bonitate patefecisse voluntatem suam in Evangelio, nec alias illuminationes quærendas esse, sed fidem & invocationem ministrari, hoc ipso Evangelio nobis exhibito, & Deus vult esse publicum ministerium, idque mirabiliter conseruat, & subinde reponere ad hoc Evangelium exhibitum, sciamus Ecclesiam alligatam esse, ut dicit Paulus Ephes. 4. his verbis: Institutum esse ministerium Evangelij, ut Evangelium conseruetur, ne circumferamur omni doctrinæ.

CONFIRMATIO.

OLIM fuit exploratio doctrinæ, in qua singuli recitabant sententiam doctrinæ, & ostendebant se dissentire ab Ethnicis & hæreticis. Erat mos ad erudiendos homines, item ad discernendos profanos, ut admodum utilis. Postea fiebat publicæ precatio, & Apostoli imponebant eis manus. Ita donabantur manifestis donis Spiritus Sancti. Sed nunc ritus Confirmationis, quem retinent Episcopi, est prope otiosa ceremonia. Utile autem esset, explorationem & precationem doctrinæ fieri, & publicam precationem pro pijs, nec ea precatio esset inanis.

DE VNCTIONE.

VNCTIO olim curatio medica fuit. Nam Deus ut autoritate quam Patribus & Prophetis circumdaret, inde usque ad imbecillitatem nauit eos dono sanandi, ut Abraham, Isaac, Iacob, Iesayas, & alij viri professione medici fuerunt. Estque per hos viros, una cum doctrina veræ religionis, propagata doctrina physica de plantis, & animalium naturæ partibus. Hunc veterem morem renouauit Christus, cum misit Apostolos, iussit eos moderari ægrotis, & instruxit dono sanandi. Hoc donum mansit in Ecclesia etiam postea, & certum est, ægrotos precibus Ecclesiæ sanari. Hæc moneri vtile est, ut discamus donum esse corporis incolumitatem, quam tribuit ut alijs infirmis. Hanc vult peti, & quadam diligentia foueri. Sed ritus nunc qui nunc est, tantum est superstitiosa ceremonia: & accedens tuorum invocatio, quæ est impia. Ideo vnctio illa cum suis precibus reijcienda est.

DE BAPTISMO.

Baptismus est integra actio, videlicetmersio, & verborum pronun-
 tiatio: Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.
 principalis autem significatio & finis Baptismi, discitur ex promissio-
 ne: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ideo enim bap-
 tismus proprie Sacramentum dicitur, quia huic promissioni addi-
 tur, vt restetur promissionem gratiæ vere ad hunc pertinere qui
 baptizatur. Ac perinde sentiendum est de hoc testimonio, ac si Deus
 sua aliqua voce de cælo testaretur, se hunc recipere. Postquam ergo
 baptizatus doctrinam intelligit, exerceat hanc fidem, credat se vere à
 Deo recipi propter Christum, & sanctificari Spiritu sancto. Sic ven-
 dum est Baptismo. Postea in vita quotidie nos commonefaciat: Ecce
 hoc signo Deus testatus est, te receptum esse in gratiam. Hoc testimo-
 nium non vult contemni. Quare credas te vere receptum esse, & hac
 fide cum innocens. Hic est usus assiduus Baptismi. Ita Abrahæ circun-
 cisionis erat perpetuum testimonium, scriptum in ipsius corpore, quo
 attestabatur de semine venturo, & de promissa benedictione propter
 fidem, quoties cogitabat de circuncisione, acquiescebat fide, statuens
 se Deo placere, & ei gratias agebat, & eum invocabat. Vt au-
 tem promissionis amplitudo melius aspiciatur, verba Baptismi con-
 sideremus, quæ completuntur Evangelij summam, & sunt benedictio,
 qua consecramur Deo, & per quam super nos invocatur nomen Dei:
 Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Et
 hoc signo testificor ablui peccata tua, & te reconciliatum esse vero
 Deo, qui est Deus æternus, pater Domini nostri Iesu Christi, & misit
 pro te filium, mirando & inenarrabili consilio, vt tibi peccata remit-
 teret, & incoeret in te nouam iusticiam & vitam æternam, Spiritu sancto.
 Hæc benedictio consecrat nos Deo, & discernit Ecclesiam ab omnib.
 gentibus, quia nulla alia gens vere invocat Deum, sicut se patefecit,
 dicitur, Patrem Domini nostri Iesu Christi, placatum per Filium, &
 sanctificatorem Spiritu sancto. Et quia summa Euāgelij his verbis con-
 tinetur, amplissimæ consolationes nobis proponuntur. Quam gratum
 est enim audire, quod iam vere sis à Deo ac æterno Patre receptus,
 quod filij beneficia tibi donata sint, quod velit te Deus regere Spiritu
 sancto, quod eripuerit te à morte æterna, & à vinculis Diaboli: Quo
 æternam cogitabis verba Baptismi, eo magis accedet animus agni-
 tione misericordiæ Dei, & magis confirmabitur fide, & excitabitur ad
 inuocandum. Vt autem verba nobis proponunt promissionem
 & consolationem, ita vicissim postulât fidem, & hanc obligationem,
 vt hanc verum Deum æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, &
 Spiritum sanctum agnoscamus. De hoc mutuo fodere
 dicitur.

dicitur. 1. Pet. 3. Baptisma, quod est non sordium corporis depositio, sed stipulatio bonæ conscientie erga Deum, per resurrectionem Christi. Intelligit enim mutuam obligationem, & mutuum pactum. Deus proficitur se nos recipere, id conscientia credens amplectitur, & hac fide iam vere agnoscit Deum & inuocat. Hæc recta de Deo sententia, vocatur bona conscientia, videlicet recte agnoscere Deum, & eum inuocans. Additur autem, Per resurrectionem Christi. Docetur Baptisma efficacem esse propter regnantem Christum, & in eum agnoscere, donatam esse hanc reconciliationem propter Christum.

DE SIGNIFICATIONIBVS.

Dixi supra, in Sacramentis multas esse significationes, sed præcipuam, videlicet gratiæ, anteferendam esse ceteris. Hæc etiam ritus pingit, quia ablutio significat abluere peccata propositam, & nobis applicari beneficium passionis Christi, cum mergitur in aquam, velut in mortem Christi. Postea non est absurdum, adhibere alias significationes. Sicut iter Israëlitarum per mare rubrum, hæc imago afflictionum Ecclesiæ & liberationis: itamersio in Baptisma, imago est afflictionum & liberationis. Sed altera significatio anteferenda est, quæ nos de promissione & de gratia admonet, & requirit fidem. Vt autem satis fuit semel circumcidi, cum esset mandatum circumcissionis: ita semel tantum fiet baptismus, ut hæc grauisissima res ostendit. Peccatum est, abuti nomine Dei, & inuocationem veram improbare: Qui autem rebaptizant, improbant priorem baptismum, iudicant inane & inutile fuisse. Atque ita improbant veram reconciliationem Dei, factam de hoc baptizato. Ideo non est reprobanda hæc ceremonia. Ceterum de Anabaptistis plura mox dicemus, qui multos perniciosos errores suo anabaptismo admiscunt. Scimus autem pij, semel factum baptismum, manere perpetuum testimonium & fœdus. Dauidi post lapsum non erat opus noua circumcissio: ita illa prior circumcissio, de vtraque re admonet eum, videlicet hanc naturam circumcidi, quia sub peccato est, & redeundum esse ad promissionem reconciliationis, illis ipsis qui lapsi essent. Sic autem iam sentiant, non iterent ceremoniam, sed admoniti fœdere quæ facta est, in quo fit mentio filij, quæ est testimonium remissionis peccatorum, redeant ad propositam reconciliationem. Ita baptismus magnam doctrinam & consolationem lapsis affert, quia ipsi membra filij admonet nos de poenitentia, & de remissione peccatorum, ut statim redeantes iterum fieri membra populi Dei.

DE BAPTISMO IOHANNIS
ET APOSTOLORVM.

OTVM ministerium Iohannis Baptistæ, opus Dei fuit, & incoar-
no noui ministerij, quod post legem secutum erat. Ideo bap-
tismus non cogitemus inepte, otiosum spectaculū fuisse. Et quod
quidam dicunt tantum pœnitentiam significatam esse, non remissionem,
est absurdum. Nam prædicatio pœnitentiæ sine remissione, est
inutilis: Estq; prædicatio iræ & mortis æternæ, quæ non sonat in
salutem sine prædicatione remissionis. Ideo Lucas & Marcus ex-
plicitè dicunt: Prædicans Baptismum pœnitentiæ ad remissionem
peccatorum.

ET SI igitur differentia erat in hoc articulo, Iohannes de passuro Christo, Apostoli de passio & resuscitato prædicar-
unt ministerium fuit idem, & effectus eosdem habuit in credenti-
bus. Docet enim Iohannes de utraq; re, de remissione peccatorum,
& de efficacia Spiritus sancti, in his qui Filio crederent, sicut inquit,
Baptizabit eos Spiritu sancto. Item, Ex plenitudine eius omnes ac-
cepimus, ubi testatur, non ita recipi credentes, ut non sit efficax in eis
Christus, sed docet nouam lucem & iusticiam in eis incoari.

SEU cur Iohannes discrimen facit, inquit: Ego baptizo vos
aqua, qui autem post me venturus est, baptizabit vos Spiritu sancto
& aqua. Respondeo: Non discernit externum ministerium, sed per-
sonas, vult intelligi discrimen Messie & ministrorum. Ministri tan-
tum adhibent externum ministerium: sed per illud efficax est Chri-
stus, propter eum, & per eum datur reconciliatio, Spiritus sanctus, &
vita æterna. Hæc non efficiunt ministri, quare necesse est perso-
nam Christi à ministris discerni. Id discrimen non obseruant ignari
fanatici, qui imaginantur Christum tantum esse doctorem, sicut
Pharisæi putabant: nec intelligebant eum esse missum, ut esset victi-
ma, sed, ut esset dator nouæ & æternæ vitæ, ac iusticiæ.

DE BAPTISMO INFANTIVM.

Quisimè præcipitur à Paulo, ut explorentur Spiritus, & Chri-
stus regulam tradit, inquit: Ex fructibus eorum cognoscetis
eos. Eorum enim signum est fanaticæ mentis, & agitæ malo spiri-
tus, quibus aliquos errores pertinaciter defendere. Porro Anabap-
tistæ non tantum hunc vnum articulum de Baptismo infantium labefa-
cunt, sed multos prodigiosos errores miscunt. Estq; totum eorum
delirium, confusum ex multarum veterum sectarum furoribus, ex
Manichæis, ex Enthusiasticis, ex Iudæorum recentium fabulis. Non
consequuntur discrimen iusticiæ spiritualis & ciuilibus. Ideo negant licet
Christianis imperia tenere, magistratus gerere, iudicia exercere,
212

dare legitimum iusurandum, contendunt discedendum esse à proprijs facultatibus, & oportere eas in commune conferri, aiunt relinquere dos esse coniuges, qui abhorrent ab Anabaptitico dogmate. Hi furiores non possunt non oriri à Diabolo, & sunt faces seditionum. Quia enim non intelligunt Euangelij præcipuum locum de iusticia fidei, sed maxime contendunt hominem propter propria opera, & duras afflictiones, ut ipsi loquuntur, iustum esse: ideo iniqua talia opera monastica, ut aliquid noui & duri facere videant. Adiderant Anabaptistæ Monasterienses magis prodigiosos errores, fixerant Iudaico more, futuram esse monarchiam piorum ante resurrectionem, & ut illam monarchiam constituerent, seditiosa arripuerant. Hæc amentia erat perspicua nota Diaboli, quæ sanos concit, ut intelligant fugiendum esse contagium Anabaptiticum. Sciamus qui sunt moderatores, tamen semina similium furoramentent. Deniq; omnes de peccato originis, de iusticia fidei, & de monasterio eterno errant, tollunt manifesta amentia peccatum originis, nec iudicant peccatum quicquam aliud esse, nisi facta seu actio eterna, pugnant cum lege Dei. Iam audio noua deliria ab eis, Christum passum esse, non ut aboleret peccatum, sed ut aboleret mortem corporalem. Hoc non solum falso, sed etiam stolidè dicitur, quia abolerem mortem, est abolerem peccatum. Nam ut Paulus dicit: Pro peccatum irrupit mors. Deniq; nunquam vnus aliquis insignis error defensitur, sed plures misceri necesse est. Ideo iudicium de iusticia opinionibus facile fieri potest, conquisitis talibus notis. Comp manifesta sint notæ mali spiritus in confusione dogmatum Anabaptiticorum, fugiamus eorum contagium, nec hypocriti eorum ueamur. Quod autem baptismus infantium non sit reces non sed primæ & purioris Ecclesiæ testimonio comprobatus, sequens sententiæ ostendit, quas recitabo, quia non dubito, pios Ecclesiæ purioris exemplo confirmari. Origenes 6. cap. ad Rom. sic scribit: Itaq; & Ecclesiæ ab Apostolis traditionem accepit, etiam paruum de re Baptismum. Sciebant enim illi quibus secreta diuinorum mysteriorum commendata fuerunt, quod essent in omnib; genuinæ fons puritatis, quæ per aquam & spiritum aboleri deberent. Hæc Origenes in perspicuum testimoniū continent de duobus articulis, de Peccato originis, & de Baptismo infantium. Cyprianus scribit, in Synodo datam esse opinionem cuiusdam, qui infantes non volebat ante octauum diem baptizari. Censuit enim Synodus, infantes baptizari esse, nec obseruari oportere præscriptū tempus octauæ diei. Augustinus de Baptismo contra Donatistas, lib. 4. inquit de Baptismo populi: Quod vniversa tenet Ecclesiæ, nec Concilij institutum, semper retentum est, non nisi Apostolica autoritate traditū, retentum creditur.

I. ARGVMENTVM.

SED sumemus etiam argumenta ex Euangelio, quæ quia bona frequentia ex certissimis sententijs sequuntur, necessario valent. primum hoc certissimum est, regnum Dei, id est, promissionem vite, & vitæ æternæ, non ad solos adultos, sed etiam ad infantes pertinere, qui tamen infertur sunt Ecclesiæ, quia Christus clarissime de illis inquit: Talium est regnum cœlorum. Item: Non est voluntas Patris, vt pereat vnus de paruulis istis. Hæc dulcissimæ voces testantur magnam Ecclesiæ Dei partem esse infantes, super quos inuocatum est nomen Dei. Quare hæc dicta & amemus & tueamur, nec faciamus eludi ea sycophanticis cauillationibus, vt Anabaptistæ conrodant, nihil promitti infantibus, sed præcepta esse adultis tradita, vt inuocatur infantium innocentiam, qui nondum habent studium nocendi. Hæc cauillatio non impedit, quo minus statuas hæc dicta verè esse promissiones, testantes Deo placere hos infantes, de quibus loquitur, id est, infantes insertos Ecclesiæ. **CERTVM** & hoc est, extra Ecclesiam, hoc est, apud eos, super quos non est inuocatum nomen Dei per Baptismum, & qui sunt sine Euangelio, non esse remissionem peccatorum, & societatem vitæ æternæ, vt apud hostes Christi & prophetas Iudæos, Mahometistas, & similes. Id clare probatur hoc verbo, Non est aliud nomen datum hominibus, quo oporteat saluari, nisi nomen Iesu Christi. **ITEM** Ephes. 5. Paulus describens Ecclesiam, inquit: Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum protrahit, vt eam sanctificet, mundans eam lauacro aquæ. Desinit Ecclesiam esse regnum Christi, quam sanctificat, & addit Ecclesiæ signum, vt discernat eam à reliquis gentibus, super quas non est inuocatum nomen Christi. **ITEM** Rom. 8. Quos elegit, hos & vocauit. Nulla igitur est electio eorum, qui non inseruntur Ecclesiæ extra rocationem. Item Matth. 18. Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum: Ergo in eo cœtu qui non est congregatus in nomine Christi, Christus non adest. Tenenda est igitur hæc sententia firmissime: Extra Ecclesiam non esse remissionem peccatorum, & salutem æternam. His duabus propositionibus constituitur, quod ad infantes pertineat promissio gratiæ, & quod non pertineat ad infantes extra Ecclesiam, clare sequitur conclusio: Infantes necessario inferendos esse Ecclesiæ per Baptismum, in quo super eos inuocatur nomen Dei. Magna res est inuocatio nominis Dei, quæ fit per ministerium. Ideo Christus coniunxit hæc duo: Sinite paruulos venire ad me, quia talium est regnum cœlorum. Talium, id est, eorum qui mihi offeruntur, super quos inuocatur nomen meum. **ITEM** non dubito conuinci omnes sanos hoc argumento, Extra Eccle-

m
fiam

siam non est salus, id est, vbi nec ministerium Euangelij sonat, nec Sacramenta ministrantur. Ad infantes pertinet promissio salutis: Ergo infantes necesse est inferi Ecclesie per Baptismum, in quo super eos inuocatur nomen aeterni Patris, Filij, & Spiritus sancti. Hoc argumentum ita firmum est, vt euerri non possit. Nequaquam enim confirmari potest, pertinere salutem ad infantes extra Ecclesiam, vnde villo testimonio furenter contendunt Anabaptistae.

II. ARGVMENTVM.

INFANTES nascuntur cum peccato, nec sunt haereditaria aeterna, sine remissione peccati. Instituit autem Deus in Ecclesia ministerium remittendi peccata, & distribuendi remissionem per Sacramenta. Vult ita dari remissionem, cum eius ministerio vtiatur. Quare infantibus impertendum est hoc beneficium per Baptismum.

QVOD vero Anabaptistae in vniuersum negant totam doctrinam de peccato originis, magis produnt suam amentiam. Nam si sine peccato, Christus non est passus pro infantibus. Collegimus autem alio loco testimonia Prophetica & Apostolica, quae ostendunt omnes nascentes secum asserre peccatum, vt Rom. 5. Mors perit in omnes homines, eo quod omnes peccauerunt, id est, sunt peccati. Ephes. 2. Erasmus & nos natura filij irae, id est, rei, seu addicti irae, in damnati. Cum igitur non dubium sit, in infantibus esse peccatum, debet aliquod esse discrimen infantium Ethnicorum, qui manent in peccato, & infantium in Ecclesia, qui recipiuntur à Deo per ministerium.

III. ARGVMENTVM.

AD quos pertinet promissio, ad eosdem pertinet & signum. Nam signum traditum est propter promissionem. Certum est autem promissionem gratiae pertinere ad infantes: Ergo necesse est, applicari signum per ministerium, quo super eos nomen Dei inuocatur.

IIII. ARGVMENTVM.

MANDATVM de Baptismo est vniuersale, ac ad totam Ecclesiam pertinet: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum caelorum. Pertinet igitur etiam ad infantes, vt supra per Ecclesiam. Nec dubium est semper fuisse aliqua signa, quibus infantes in Ecclesia Deo oblati sunt, vt fuit circumcisio masculorum inde vti ab Abraham, & aliae ceremoniae, quibus infantes masculi & foeminae Deo offerebantur, id est, in quibus ceremonijs nomen Dei sepe inuocabatur, & applicabatur eis benedictio diuina, promissa per Abraham. Habuerunt patres & ante Abraham alia signa à Deo tradita. Oportet enim teneri hanc hypothesein: Infantes qui sunt in Ecclesia

quos invocatum est nomen Christi, recipi in gratiam, non Tur-
 cos non Iudaicos. SED reclamant Anabaptistæ, negant pro-
 baptismum infantibus, cum nō intelligant verbum, & ceremonia
 sine accipientis sit otiosa. Ad hoc respondeo: Verissimum est, in
 adultis requiri pœnitentiam & fidem. Sed de infantibus hoc
 est tenere: Spiritus sanctus per baptismum eis datur, qui efficit
 in eis novos motus, novas inclinationes ad Deum pro ipsorum modo,
 ne id temere affirmatur. Nam hæc certa sunt, recipi infantes à Deo
 per hoc ministerium, dari item semper cum remissione peccati Spiritu
 sanctum, & neminem placere Deo, nisi sanctificatum à Spiritu
 sancto. Sicut clare inquit Christus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua &
 Spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Item 1. Cor. 15. Caro & san-
 guis, videlicet sine Spiritu sancto, non possunt regnum Dei possidere,
 Et Rom. 8. Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Cum ergo cer-
 tum sit, hos infantes esse partem Ecclesiæ, & placere Deo, certum &
 hoc est, Deum in eis efficacem esse, quia vitam æternam oportet in
 hac vita inchoari. HÆC de Baptismo pie & diligenter confide-
 remus omnes, ut nos etiam grandiores pacto & foedere illo nos conso-
 lemur, ut supra dixi. Maxime vero adolescentes caueant, ne donum
 spiritus effundant, neque illam ingentem gloriam amittant, quam præ-
 dicat Christus de infantibus in Ecclesia: Non est voluntas Patris, ut
 pereat unus de parvulis istis. Quæ potest maior gloria cogitari, quam
 quod affirmat, hos certo placere Deo, & ei curæ esse? Et parentes hæc
 sit de baptismo innocenti Deum pro infantibus & eos Deo commenda-
 re, ac statim cum doceri possunt, assuefaciant eos, ut ipsi innocenti
 Deum, & filium eius, & paulatim eis tradant summam Evangelij. De-
 bere, cum pueri sint magna pars Ecclesiæ, sciant parentes & præce-
 ptore sibi non exiguum thesaurum commendatum esse: Quare præ-
 stent fidem & diligentiam in docenda, & regenda iuventute.

DE COENA DOMINI.

SAEPE dictum est, singulare & ingens Dei beneficium esse, & ad-
 mirabilis ipsa creatione rerum, quod Deus se patefecit humano
 generi certis & illustribus testimonijs, & voluntatem suam de nostra
 salute tradidit claris promissionibus nobis declaravit, & harum pro-
 missionum voce, Ecclesiam sibi inde vsq; ab initio post receptos pri-
 mos parentes condidit, & collegit. Hæc ipsa patefactio manifeste
 communit nostras mentes, ut statuere cogantur, nos Deo curæ esse,
 ut ab eo respici. Ideo historix omnes patefactionum, quæ scriptæ
 sunt, sæpe cogitentur, ut cum lapsos primos parentes Deus rece-
 pit, & primam promissionem edidit, cum Noë mandavit ut arcam
 conderet, cum Abrahæ promissionem novam tradidit, cum populum

ex Aegypto eduxit, & suæ Ecclesiæ certum domicilium, ut ita dicam, & certam sedem dedit, cum misit Prophetas, ac deniq; Filium Dei nostrum Iesum Christum, & resuscitatione mortuorum, & alijs miraculis declaravit vere à Deo missos esse. Quoties autem fit mentio promissionum, & conditæ seu instauratæ Ecclesiæ, simul consideres à Deo addita testimonia quædam, incurrentia in oculos, quæ essent quasi *σφραγίδες* promissionum. Et tres causæ magnæ ac præcipuæ sunt, cur illi externi ritus additi sint promissioni.

P R I M A, ut priuatim commonefacerent videntes de promissione & de voluntate Dei erga nos, atq; ita per ea fides in nobis erga Deum excitaretur & confirmaretur. **S E C U N D A** causa huius est, ut memoria publice durabilior esset, & propagari ad omnem posteritatem promissio certius posset. Nam ritus incurrentes in oculos, sunt diuturniores, ut videmus Ethnicos etiam retinuisse ritus acceptos Patribus, amissa doctrina Patrum, quos ritus tamen corrumperunt, & subinde novas opiniones & nova idola fingerent. Cæterum manifestum est, ritus ad memoriam & propagationem conducere. Et multi ritus pinxerunt promissiones, ut circumcisio admonerebat Abraham posteros de semine. Mactatio victimarum admonerebat Patres de morte venturi Domini.

T E R T I A causa fuit & est, ut ritus illi essent nerui publicorum congressuum. Vult enim Deus ministerium Euangelij publicum esse, non vult in latebris, ut Eleusinia, tanquam neri inclusam Euangelij vocem, sed exaudiri eam vult à toto genere humano, vult se agnosci & inuocari. Ideo vult esse publicos & honestos congressus, & in his sonare Euangelij vocem, vult se ibi inuocari & celebrari, vult etiam hos ipsos congressus testes esse seiunctiōis Ecclesiæ Dei ab aliarum gentium sectis, factionibus, & opinionibus. Conuenit Iohannes Ephesi cum suo cœtu, & docet Euangelium, & vult Sacramenti, totus cœtus ostendit se hanc doctrinam amplecti, & Deum inuocare, qui Euangelium tradidit, & seiunctum se esse à Diænæ, Iouis, & aliorum idolorum cultoribus. Vult enim Deus conspicui & audiri suam Ecclesiam in mundo, & vult seiunctam esse multis publicis notis à reliquis gentibus. Sic habuerunt suos cœtus Adam, Seth, Enoch, Noa, Sem, Abraham, & deinceps politia Israel habuit multos ritus, ut seiunctio illa à gentibus esset conspicua.

Q U A N Q U A M autem Diabolus semper conatus est, & conatur delere ministerium Euangelij, & dissipare hos cœtus, & congressus Ecclesiæ per tyrannos & hæreticos: tamen Deus sua immensa misericordia semper seruauit, & subinde restituit & ministerium Euangelij & publicos Ecclesiæ congressus. Quid nunc arma Turcica alioquin inuadunt, nisi ut deleant vocem Euangelij, dissipent congressus Ecclesiæ Dei? At Deus seruaturum se Ecclesiam suam promisit, & seruaturam

ipsa cœna Domini inclusa est hæc promissio, quæ affirmat non tantum esse Ecclesiam Dei in hoc mundo: lubet enim annuntiarî cœnam Domini, & hanc cœnam distribui, donec venerit. Hæc cœna piojs grata esse debet. Et retinentes puritatem Euangelij, & ipsam Sacramentorum, haud dubie defenduntur. Hæc præsertim sum, ut cogitemus de causis institutionis cœnæ Domini, quæ & ipsa testimonium est insigne patefactionis Dei. Non aliter audias verba huius cœnæ, quam si ipsum Christum coram tecum loquentem audires, & simul de ipsius resurrectione & cæteris miraculis cogites, quibus se vere Deus nobis patefecit. Ac scias institutum esse hoc Sacramentum, primum ad commoerfaciendos singulos, & excitandam & confirmandam fidem in nobis, deinde, ut memoria passionis & resurrectionis Christi perpetuo propagetur hoc ritu, deniq; ut sit nervus publicæ congregationis, in qua Ecclesia Dei ostēdat, se seiuinctam esse à cæterarum gentium opinionibus. P o s t hæc exordia hæc sequuntur capita considerentur. Primum, quomodo instituta sit cœna Domini. Secundum, quibus proficit manducatio. Tertium, qui sint ad eam admittendi. Quartum, de abusu & prophanatione Sacramenti.

D E P R I M O.

R i t u s describitur à Mattheo, Marco, Luca, & à Paulo. Et nominatim inquit Paulus, Conuenientibus vobis. Vult publici congregationis ceremoniam esse hanc cœnam, & simul vult ibi doceri Euangelium, invocari Deum, mentione & fiducia Domini nostri Iesu Christi, & agi gratias. Ideo dictum est: Hoc facite ad recordationem mei.

N e c est inane spectaculum, sed Christus reuera adest, dans per hoc ministerium suum corpus & sanguinem manducanti & bibenti. Sicut & veteres scriptores loquuntur. Cyrillus in Iohanne inquit: Vult considerandum est, Christum non solum per dilectionem in nobis esse, sed etiam naturali participatione, id est, adesse non solum exteriori, sed etiam substantia. E t Hilarius ait: De naturali enim nobis veritate quæ dicimus, nisi ab eo didicimus, stulte & impetereemus. Ipse enim inquit: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, & deinceps. Hæc accepta & haulta efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Non imaginemur esse memorem hominis mortui, ut sunt spectacula de Hercule, & similia. Abipimus has profanas cogitationes, ac hoc testimonio commonefieri credamus, vere Christum pro nobis factum esse victimam, ac mortuum, sed reuera etiam resuscitatum, iam regnare, & adesse suæ Ecclesie, & in hoc ministerio vere nos sibi tanquam membra adiungere.

I N Ecclesijs quæ recte docentur, inuitandi sunt, & affectuendi auditores, vt crebrior vsus sit Sacramenti corporis & sanguinis Christi, & ut in vsu simul exciteur ardentior inuocatio & gratiarum actio. Et simul docendi sunt homines, quibus proficit manducatio. Vnde vituperandum & deplorandum est, qui multi qui volunt videtur, vtra Ecclesiæ totis annis decem vix semel aut bis sumunt Sacramentum: Et simul cum hac negligentia obrepunt prophanæ opinionis, extinguitur inuocatio, & accedunt alia vitia. **O**rtum in Ecclesiæ multo erat frequentior vsus Sacramenti, vt veteres historici Canonæ ostendunt. Est & alteri malo magna diligentia & sollicitudo occurrendum, ne ignari quid agant, & polluti manifestis vitijs, sine pœnitentia ad communionem accedant. **I**deo vile & panis stitutum est, prius singulos explorare quid intelligat, quid didicerit, & in eo colloquio rudiores docere, & quid sit Sacramentum, & quid sit vsus, & quibus proficit. **D**einde manifestum est, de hoc sæpe dicendum esse, non prodesse manducationem ijs, qui non agunt pœnitentiam, sed perseverant in delictis contra conscientiam, hoc Paulus clara voce affirmat: Qui manducauerit panem hunc, & biberit poculum Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Manducant autem indigne, qui non afferunt timorem Dei & fidem, seu pœnitentiam & fidem, & scientes perseverant in delictis contra conscientiam. Alij indulgent libidinibus, alij odijs & iniuriarum cupiditati vindictæ: Alij alijs sceleribus pollutos se esse norunt, & proponunt propositum malefaciendi. Hæc mala per sese offendunt Deum. Sed Paulus cumulari hanc offensionem noua tristiore offensione inquit, quod contumelia afficiant corpus & sanguinem Domini. Deinde addit alteram comminationem: Edens & bibens indigne, nocet sibi edit & bibit, non discernens corpus Domini, id est, panem sibi accersit, non solum pro prioribus peccatis, sed etiam pro hoc scelere, quod contumelia afficit corpus Domini. Necessaria est igitur pœnitentia seu timor Dei in his, qui accedunt ad communionem.

Et quidem de vtraque, re, de pœnitentia & de fide concitatur hæc ipsa actio. Celebratur memoria mortis Christi. Audis corpus Christi pro te datum esse: Audis sanguinem pro te effusum esse. Hæc verba nos primum de ingenti ira Dei aduersus nostra peccata commonefaciunt, quam cum nullorum hominum aut Angelorum virtutibus aut merita placare potuerint, sed Filij morte placari oportuerit, & mens iudicare potest, peccatum non esse leue malum. Multæ calamitates humanæ, morbi, exilia, supplicia, inopiæ, bella, & nobis imp

sunt, vt de iudicio & ira Dei admoneamur: Sed longe illustrius
 monumentum est ingentis iræ, Filius Dei sudans sanguinem, luctans
 ira Dei, laceratus pendens in cruce. Hoc testimonio si quis non
 avertatur, nec expauescit cogitatione iræ Dei, & mortis Christi, in
 ipsa actione & manducatione, non considerat, quid hic agatur.
 Iesu Christe, fili Dei viui, pro nobis crucifixe & resuscitate, accen-
 dementes nostras, vt ad Deum conuertamur, nec contemnamus iram
 eius, & tuam mortem, sed vere ad agnitionem tuorum beneficiorum,
 & mirandi consilij de tua morte sectamur. **L O N G E** superat
 hoc consilium vniuersam sapientiam omnium creaturarum. Ideo tu
 nos Fili Dei Iesu Christe, erudias, qui dixisti, Nemo nouit Patrem
 nisi Filius, & cui Filius reuelauerit. **D E I N D E** & fides necessa-
 ria est, petens & accipiens remissionem peccatorum. Nam hic offer-
 tur remissio peccatorum, & applicatur credenti: Cum enim hic di-
 catur, hic est sanguis noui Testamenti, admonemur de vniuerso Eu-
 angelio, de toto beneficio noui Testamenti. Et hæc promissio requi-
 rit fidem, vt supra dictum est copiose. At non agens penitentiam,
 nec petit, nec accipit remissionem. Hac igitur doctrina præmoniti,
 euertimus animos ad penitentiam, & asseramus fidem. Digne
 agunt accedunt, qui serio agunt penitentiam, & ideo ad Cænam Do-
 mini accedunt, vt commune facti hoc testimonio & promissione noui
 Testamenti, fidem confirmant. Ad hoc igitur prodest manducatio,
 agens penitentiam, videlicet ad fidem confirmandam, qua sumens
 vere consequitur remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum. Si
 noua vox Dei de cælo sonans, testaretur te recipi in gratiam, tum ve-
 ro ingenti animo diceres te Deo crediturum esse, ac gratias ageres:
 Si oportuit in hoc usu Sacramenti nos sentire. Testatur Christus
 hoc tanto pignore te recipi, te fieri membrum sui corporis. Hoc testi-
 monio admonitus, vere te recipi ab ipso credas, & hac fide inuoces
 Deum, agas gratias Christo, quod morte sua placarit iram Dei, quod
 dederit nobis Euangelium & sua testimonia. **R E I C I E N D V S** est
 error Monachorum & Sacrificulorum, qui finxerunt ex opere
 operato, vt loquuntur, sine bono motu ventis prodesse summionem.
 Vide hæc Pharisæica deliramenta in Ecclesiam irrepererunt? Clare di-
 citur, iustus fide sua viuet. Quare in sumtionem necesse est accedere fir-
 dem, plurimas res maximas cogitantem, iram Dei aduersus pecca-
 tum, mortem Filij Dei, qua Pater placatus est, donationem Euange-
 lij & Sacramentorum, quibus nobis applicat promissam remissionem
 peccatorum. Nam Sacramenta singulis applicant promissionem. Et
 in hac actione Christus nos sibi tanquam membra adiungit. **H A C**
 cogitatione & fide cum inuocamus Deum, & ducente Christo Pon-
 tifice ad eum accedimus, accenduntur corda nostra Spiritu sancto.
 m 4 Ideo

Ideo externa vox Euangelij sonat, vt corda eam fide accipiant, vt inquit Paulus: Fides ex auditu est. Ita externa actio Sacramenti ideo proposita est, vt corda commonefaciat, & fidem exulcitet, non vt ipsa sit finis & meritum reconciliationis. **P O S T Q V A M** autem de principali fine, videlicet de confirmatione fidei dictum est, restat ad duntur multi alij fines: Nam vnus actionis possunt esse multi, sed ordinati. **N E C E S S A R I O** autem ad confirmationem hanc addatur proximus finis, gratiarum actio. Ideo nomen huic ceremonie attributum est *εὐχαριστία*. Hic enim & in docendo commemorantur debent Christi beneficia, & publica voce, & in priuatis precationibus expressa gratiarum actio dicatur.

O M N I P O T E N S Deus, æterne Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum, & conseruator, cum Filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu sancto tuo, miserere mater propter Iesum Christum Filium tuum, quem mirado & inenarrabili consilio voluisti pro nobis fieri victimam: Ac simul ostendisti iter tuum aduersus peccatum, & immensam misericordiam tuam erga genus humanum, sanctifica, rege, & iuua me Spiritu sancto tuo, rege & iuua Ecclesiam tuam, & politas quæ sunt hospitia Ecclesiarum.

G R A T I A S etiam ago tibi omnipotens Deus, æterne Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum & conseruator, cum Filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu sancto tuo, quod te immensa bonitate patefecisti Ecclesie tuæ, & Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum misisti, vt pro nobis vittima fieret, & per eum nobis donaretur remissio peccatorum, & vita æterna: Et quod hæc tua immensa beneficia per Euangelium & Sacramenta tua nobis impertis, & Euangelij ministerium & Ecclesiam seruas, nec deleri finis. Vtinam grati, ardenti pectore possimus hanc tantam bonitatem tuam & ingentia beneficia considerare & celebrare. Sed te oro, vt accendas nos Spiritu sancto tuo, vt vere sint gratiam mentes, & luceat in moribus nostris gratitudo, &c.

T I B I etiam Iesu Christe Fili Dei, crucifixe pro nobis, & interfecte, ago gratias, quod ingenti amore erga nos intercessisti apud æternum Patrem pro genere humano, & factus es victima pro nobis, & in te deriuasti iram Dei aduersus nostra peccata: Accende etiam nostra, vt hoc ingens beneficium tuum magis intelligamus, & tua gratitudine celebremus, &c. **T A L E M** aliquam formam expressam rudiores teneant, vt se ad cogitationem harum maximarum rerum exultent. Nam fides alitur, & accenditur cogitatione. Ne uecur animus, cum cogitas iusticiam Dei seueram, quod non tenet peccatum sine precio, vere igitur & horribiliter irascitur peccatori. Iam quantus amor Filij est, quod intercessit pro nobis, & iram illi

Quantum hęc obiectio sui fuit? quod iacuit coram Deo, & iram eius, tanquam pollutus tuis & tot turpissimorum hominum flagitijs, idolis, libidinibus, & alijs probris. Quid nos superbi cum filius Dei in tantam humilitatem sese abiecerit. Hęc in contemplatione cogitare utile est.

TERTIVS finis accedat, docet ut tuum exemplum pro sit ad retinendam publicam congregationem. Nam si pauci vterentur Sacramento, & paulatim homines ab hoc congressu, tandem Ecclesię prorsus obliuiscerentur publicę congregationis, concionum & Sacramenti, sicut accidit in magna parte orbis terrarum, vbi soli sacrificuli legunt Missas, populus abest a templis, nec audit conciones, nec intelligit vsum Sacramenti.

EST autem mandatum Dei, ut singuli suo exemplo intente alios ad hanc publicam congregationem, ut docet præceptum de Sabbato, quia Deus vult ministerium esse publicum, vult publice sonare vocem Euangelij, vult omnes hanc audire & discere. Promittit etiam se interfuturum his congressibus, & preces exauditurum, ut Math. 18. clare dicitur: Vbi sunt duo aut tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. De quacunque re duo consenserint, fiet eis a Patre meo cœlesti. Hac dulcissima promissione, commendat nobis Christus publicam congregationem, vult nos amare veras, Ecclesiã, esse κοινωτικόν, odit distractiones & dissipationes.

QUARTVS finis est, Confessio doctrinę. Cum sumis sacramentum, ostendis te eius Ecclesię doctrinam approbare, & vellemur esse eius cœtus, cum quo manducas agnum.

QUINTVS finis est, Simul manducare mutę dilectionis vinculum est. Sic utrumque vltimum fuit in faciendis fœderibus, velci iisdem rebus uniteratis. Et Paulus admonet hanc communionem vinculum esse mutę dilectionis, sicut panis est vnus, ita multi sumus vnum corpus. Hęc de finibus ita intelligantur, ne principalis finis omitatur, neue aliquid affingatur, quod pugnet cum principali fine, & doctrinam de vera vĩa Sacramenti & de exercitio fidei obruat.

DE TERTIO CAPITE.

Qui sint admittendi, ex dicto Pauli satis intelligi potest: Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat. Sumunt autem indigne, qui perseverant in delictis contra conscientiam, seu manifestis, seu arcanis. Item, Qui non afferunt penitentiam & fidem.

Sed ministri iudicare non possunt, nisi de manifestis delictis. Atque ergo eos, qui polluti manifestis delictis, non emendant se, etiam si meminert præcepti: Nolite sanctum dare canibus. Iudicium enim ad Pastorem officium pertinet, explorare doctrinam, & fidem singulorum in populo: & proficere fidem, & ostendere quid sentiamus de doctrina,

m 5 doctrina,

doctrina, apud Pastores singuli debemus. Sicut Petrus precipit, ut peccati sui reddere rationem de fide nostra. Quia vero agitur penitentiam, & serio expauescunt, hi non fugiant Sacramenti usum, propter priores lapsus: Sed sciant ideo hoc tantum pignus propolium esse, ut fides de remissione peccatorum accendatur & confirmetur, & mens reconciliata Deo, rursus eam inuocet, & seruiat ei bona conscientia. Nitatur mens non propria dignitate & puritate, ut filius patris rediens ad patrem, non praedicat sua officia & merita, sed agitur, accusat & deplorat suam culpam: Ita nos nostras sordes agnoscamus & acculemus, & confugiamus ad misericordiam propter Christum remissam, cuius misericordiam pignus est haec ipsa cena, in qua Christus nos sibi tanquam membra adiungit, & restatur donari nobis remissionem peccatorum gratis, hoc est, non propter nostram dignitatem, quia ipse pro nobis factus est victima. Haec cum in usu Sacramenti inuocatione pie cogitantur, ex his ipsis exercitijs fidei magis diliguntur, quam ex longis disputationibus, & collatio facile diligitur abusus.

DE QUARTO CAPITE.

CONTRA huius Sacramenti pium usum, de quo dixi, perierunt in Ecclesia horrendae prophanationes, quas taxari & vitare esse est, iuxta illud: Fugite idola. Ac primum teneatur regulae spicua & firma: Ceremonia non habet rationem Sacramenti, nisi non est signum gratiae Deo placens, cum aliquid instituitur contra praeter verbum Dei, aut cum transformatur ceremonia in opus generis diuersum, id est, cum alius finis constituitur, quam qui a Deo praescriptus est, ut si quis aquam Baptismi circumferret spectandam, aut in ea inclusum esse Spiritum sanctum, aut si quis Baptismi circumferretur ad sanandam lepraem. Ita nunc Iudaica & Turcica circumferentia iam habet rationem Sacramenti, hoc est, non placet Deo, sed est spectaculum impium & damnatum a Deo, si enim contra verbum Dei.

Ex hoc exemplo multi manifesti abusus coenae Domini videri possunt. Spectaculum in quo panis circumferretur, certe non est dedicatio. Dixit autem Christus, Accipite, manducate. Nihil ad Sacramenti rationem quadrat, partem auferre, & alligare ibi Christi prorsus sine vilo verbo diuino. Sic transformatur ceremonia in opus generis diuersum, cum dicunt, se offerre filium Dei pro vniuersis, & mereri eis remissionem peccatorum. Longius etiam diligitur ab institutione, cum confertur ad bona corporis impetrandam, ad victoriam, ad felicitatem in mercatu, ad depellendum morbum. Sic offert sacrificulus, ut alijs haec bona impetret, res aliena a institutione agitur. Alienissima vero est, cum sacrificuli ignari quid sit tantum sui ventris causa hanc oblationem (ut vocant) faciunt.

Ita autem scio pertinacissime defendi hos abusus, & excusa-
 stitigij altare cogitatis, & varijs fucis pingi: tamen pij hos hor-
 ur, ut hanc horrendam prophanationem fugiant, iuxta illud: Fu-
 idola, & discant pium usum Sacramenti. Ut autem semper publi-
 citate, regnorum ruina, bella, vastationes, seditiones, furo-
 principum, fames, pestilentia, fuerunt poenae horum sceleru, pra-
 cultus idolorum, iniustarum caedum & libidinum: ita arbitror
 usari arma Turcica, praecipue propter idola in Ecclesiam inuecta,
 prophanationes Missarum, inuocationes mortuorum, & propter va-
 libidines. Oremus igitur filium Dei, ut errores corrigat, & poenas
 mizeret. Nec vero opus est longa disputatione in re manifesta.

Ut olim Pharisaici sacerdotes, fingebant se mereri remissionem pec-
 catorum suis macerationibus: ita sinxerunt Monachi & sacerdotes, sua
 oblatione mereri se remissionem peccatorum sibi & alijs, viuis &
 mortuis. In hoc errore multae falsae & perniciose persuasiones conti-
 nentur, videlicet, quod vna Christi passio non satis fecerit pro vniuer-
 sa Ecclesia: Deinde quod homines consequantur reconciliationem
 propter illud opus sacrificii, non fiducia misericordiae promissae
 propter filium Dei pro nobis crucifixum. Et sequuntur alij errores
 plures.

OPPONENDA est igitur his fatotib. doctrina vera, de
 merito passionis Christi, de quo dicitur cap. 10. ad Heb. Vna obla-
 tionem consummavit sanctos. Sola igitur Christi mors fuit sacrificium
 pro omnib. nostris peccatis, non alia opera Leuitica, aut postea secun-
 ta.

DETERMINATUM est & hoc est, remissionem peccatorum fide
 nos propter Christum, non propter vllum opus nostrum aut sacrificii
 habere, iuxta sententiam notissimam: & firmissimam: Inustus sua
 fide vivet. Ex his facile ab omnibus pijs dijudicari possunt horrendi
 abusus, quos sacrificii, qui coenam Domini in quaestum conferunt,
 detestantur.

POSTREMO unde ortum est, quod dicunt se Filium
 Dei offerre? Magna res est offerre, videlicet agnoscere iram Dei ad
 peccata generis humani, & huic irae sese subijcere, & Mediator
 esse inter Deum & genus humanum, & ingredi in sanctum sancto-
 rum ad Deum. Ideo ad Hebraeos cap. 9. dicitur: Per proprium san-
 guinem intrauit semel in sancta sanctorum, aeternam redemptionem
 meritis. Item: Qui Spiritu aeterno seipsum obtulit inculpatus Deo,
 solum obtulit Christus, nostru est agnoscere illam ab ipso factam obla-
 tionem, & credere per eam nobis placatum esse aeternu Patrem, & pro
 ea gratias agere. Haec considerent pij, & vera testimonia veteris Ec-
 clesiae inquireant. Scio multos multa futilia testimonia recentiu con-
 sperere, sed diligentia est pijs necessaria, discernere notha ac adulteri-
 tantiamonia a veris. Retineatur ergo mos Apostolicus, qui annos
 trecentos in Ecclesia, inde vsq; ab Apostolis mansit, recitetur
 pia

piæ lectiones, erudiatuſ populus ſalutari concione, ſiant precationes, deinde recitentur verba Chriſti de cœna, & Sacramentum diſtribuat ſiquot pijs exploratis, petentibus, deinde dicatur gratiarum actio. Nec ſiant priuata ſingulorum oblationes. Et quia hæc cauſa poſtulat explicationem, oſtendentem quæ res ſit ſacrificium, & an ſit vna appellationis ratio, adijciam hanc declarationem, in quo quidem exiſtimo, neceſſariam.

DE SACRIFICIO.

ET ſi autem puerile videtur, vocabula Sacramenti & Sacrificij ſeruare tamen res poſtulat, vt in ceremonijs diſcrimen ſeruetur, & diuerſi fines. Aliæ ſunt ſigna & notæ promiſſionum, in quibus Deus nobis aliquid exhibet: Aliæ vero ceremoniæ non ſunt promiſſionum ſigna, ſed opera quæ nos Deo reddimus. Et in ceremonijs diſcrimina neceſſe eſt obſeruare, quibus ſunt hæc vocabula vtamur. Et quoniam hæc vocabula Sacramenti & Sacrificij in vſu ſunt, nos quoque ea retinebimus. Et itaque Sacramentum cœnæ, quæ eſt ſignum promiſſionis, per quod Deus aliquid nobis mittit aut exhibet. Circumciſio erat ſignum, quo pollicebatur Deus recipere circumciſos. Baptiſmus ſignu eſt, quo Deus nobis ſeipſum & recipit nos in gratiam, & quaſi baptizat nos ipſe: Nam ipſe baptizat vice Chriſti. Sacrificium eſt ceremonia vel opus ſolenne, quod nos Deo reddimus, vt cum honore afficiamus. Hoc eſt, quod nos agnoſcere hunc ipſum cui hæc obediẽtiã præſtamus, ne eſſe Deum, ideoque nos ei hæc obediẽtiã præſtare. Sunt autem Sacrificij ſpecies proximæ duæ, nec ſunt plures. Quoddam eſt ſacrificium propitiatorium, videlicet opus quod meretur alijs remiſſionem culpæ & pœnæ æternæ, ſeu opus reconcilians Deum, & pacem iram Dei pro alijs, & ſatisfactorium pro culpa & pœna æternæ. Altera ſpecies eſt, Sacrificium *euaggeliſicum*, quod non meretur remiſſionem peccatorum, aut reconciliationem, ſed ſit à reconciliatis, vt accepta remiſſione peccatorum, & pro alijs beneficijs, Deo gratias agamus, ſeu gratiam referamus hæc noſtra obediẽtiã. Hæc diſtinctio ſatis clare probari poteſt ex epiſtola ad Hebræos: Hæc enim dicitur tantum vnum in mundo propitiatorium ſacrificium fuiſſe. Redemptur igitur, cætera omnia eſſe opera, in quibus reconciliari obediẽtiã declarare debuerunt. Porro in hæc duas ſpecies, quas dixi, diſtinctiõnibus poſſunt omnia Leuitica ſacrificia, tanquam in ſua domo celebrantur eniã quædam in lege propitiatoria ſacrificia, propter reconciliationem, ſeu ſimilitudinem, non quod mererentur remiſſionem peccatorum coram Deo, ſed quia ſignificabant futurum Chriſtianum ſacrificium. Cæterum ibi merebantur remiſſionem peccatorum in cœna

satisfactione, hoc est, ne illi excluderentur ex politica Moyfi. Dice-
 ritur itaq; propitiatoria pro peccato, pro delicto, holocaustum. Il-
 lud erat *εὐχαριστία*; Oblatio, Libatio, Retributiones, Primi-
 ticiæ. Sed reuera vnicum tantum in mundo fuit Propitiatori-
 sacrificium, videlicet passio seu mors Christi, vt docet epistola ad
 Rom. Impossibile est sanguinẽ taurorum & hircorum auferi pecca-
 to. Et paulo post de voluntate Christi: In qua voluntate sanctificati
 sumus, per oblationem corporis Christi semel, &c. Nam & Christus
 ipse suum sacrificium pro nobis applicat, cum pro nobis orat. Iohan.
 17. Pro eis sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate,
 non pro eis autem rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per ver-
 bum eius in me. Ecce hæc sunt nostri pontificis ac sacerdotis verba,
 quibus se pro tota Ecclesia offert, ac pro ea orat, quæ semper in con-
 spectu & in animo habere debemus. Iesaias etiam interpretatur legẽ,
 vt scilicet mortem Christi vere esse satisfactionem pro peccatis no-
 stris, seu expiationem, non ceremonias legis. Quare inquit cap. 53.
 Postquam dederit animam suam hostiam pro delictis, videbit semen
 longævum, &c. Quasi dicat: Alia hostia restat, quæ vere tollet pec-
 catum & mortem. Ergo istæ vtitæ ceremoniæ non tollunt peccatum
 & mortem. Paulus hanc sententiam reddidit, cum inquit: Factus est
 maledictum. Item: De peccato damnauit peccatum, id est, peccatum
 perdidit & deleuit per hostiam pro peccato. Ipsam enim hostiam He-
 braei peccatum seu delictum vocant, sicut Latini piaculum. Teneamus
 igitur hoc, fuisse vnicum tantum in mundo sacrificium propitia-
 toriam. Nam illa quæ in lege dicebantur propitiatoria, vt dixi, pro-
 pter similitudinem sic vocabantur, ideoq; abolita sunt, postquam
 Christus apparuit. Porro cum Euangelium ideo promissum sit, vt ex-
 liberet veram propitiationem: necesse est ceremonias Leuiticas non
 fuisse veras propitiationes, quia cessauerunt reuelato Euangelio.

DE EUCHARISTICO SACRIFICIO.

Nunc reliqua sunt Sacrificia Eucharistica, quæ vocantur Sacrificia
 iustitiae, prædicatio Euangelij, Fides, Inuocatio, Gratiarum actio,
 Confessio, Afflictiones sanctorum, imo omnia bona opera sanctio-
 nis. Hæc sacrificia non sunt satisfactiones pro facientibus, vt appli-
 cabiles pro alijs, vt mereantur eis ex opere operato remissionem pec-
 catorum, seu reconciliationem. Itaq; præter vnum sacrificium pro-
 pitiatorium, scilicet mortem Christi, cetera sacrificia in nouo Testa-
 mento tantum sunt *εὐχαριστία*, sicut docet Petrus 1. cap. 2. Sacri-
 ficium sanctum, vt offeratis hostias spirituales: Opponuntur autem
 hostiæ

hostiæ spirituales non tantum pecudibus, sed etiam humanis operibus ex opere operato oblati, hoc est, sine fide & bono motu cordis, quia spirituale significat motus Spiritus sancti in nobis. De his Sacrificiis loquitur & epistola ad Hebræos cap. 13. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo. Et addit interpretationem: Fructum labiorum sacrificium nomini eius, id est, Inuocationem, Gratiarum actionem, Confessionem, & similia. Hæc valent non ex opere operato, sed propter fidem. Id monet particula, Per ipsum offeramus, hoc est, per Christum. Est autem insignis consolatio Christianæ mentis, in quod omnia bona opera, & omnes afflictiones, sint sacrificia, quæ opera Deo placentia, & quibus Deus sibi honorem haberi pronuntiat.

Et de hoc genere sacrificiorum plurimæ extant sententiæ Psalmis & Prophetis, vt Psal. 49. Imnola Deo sacrificium laudis, & uoca me in die tribulationis, &c. Item Psal. 50. Sacrificium Deo spiritus tribulatus, &c.

SECUNDO sciendum est, cultum in nouo Testamento spirituale esse, hoc est, esse iusticiam fidei, & fructum dei. Quia nouum Testamentum affert iusticiam & vitam spirituum & æternam, iuxta illud: Dabo legem meam in corda eorum. Et Christus ait: Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Hæc est, verò cordis affectu. Ideoq; sunt abrogati Leuitici cultus, quod non possunt succedere cultus spirituales mentis, & horum fructus & signa.

Ex his sequitur, nullum esse sacrificium aut cultum in nouo Testamento, qui ex opere operato mereatur facienti vel alijs remissionem peccatorum. Repugnat enim sententia, Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate, &c. Imo Pharisæica persuasio est, quod aliquis cultus mereatur remissionem peccatorum ex opere operato. Cumq; hac persuasione Iudæi suos cultus cumularent, vt videtur multa merebantur, gratiam, & reliqua beneficia, propter cumulata sacrificia, Prophetæ acerrime reclamabant. Damnat hanc persuasionem Psalmus 49. Qui repudiatis victimis requirit inuocationem. Nunquid manducabo, inquit, carnes taurorum? &c. Et Ies. 1. Quis mihi multitudinem victimarum vestrarum? Et Ierem. 7. Non faciat cultus cum patribus vestris, & non præcepi eis de holocaustis & victimis. At constat, legem præcipere de sacrificijs. Verum Prophetæ damnat persuasionem de opere operato. Talia sacrificia non respicit Deus. Prorsus in Ecclesia simili opinione cumulata sunt Missæ, quæ sunt sacrificia, quæ Deo placeant ex opere operato, & mereantur facienti & alijs remissionem peccatorum. Docuerunt enim per se fieri applicationem sacrificij Christi. At vnusquisq; propria applicat sibi sacrificium Christi, & quidem gratis, id est, non pro alieno opus. CAETERVM vnus operis possunt esse fines. Cœna Domini vitamur tanquam Sacramento, quate...

gnam, quo erigitur fides. Deniq; hæc ipsa fides cum externo
 est quoddam sacrificium, quia Deus pronuntiat hanc fidem, &
 exercitia in nouo Testamento esse sacrificia laudis, & esse cul-
 ta hæc ipsa obedientia spiritualis sit quoddam sacrificium, quo
 honor Deo honos, quem requirit & approbat. Deinde cum hæc fi-
 deliario coniuncta est gratiarum actio pro illo summo beneficio, &
 vniuersæ Ecclesiæ collato, vnde & nomen est *ευχαριστιας*.
 hæc ita idem opus & confessio est: Nam ostendimus, nos credere
 in angelo, & inuitamus nostro exemplo alios. Hæc omnia sunt sacri-
 ficia *ευχαριστιας*. Ideo veteres hanc ceremoniam appellarunt sacri-
 fici-
 Quid autem disputant nonnulli, de natura cuiuslibet sa-
 crificij esse, vt pro alijs applicetur, falsum est. Nam afflictiones nostræ
 sunt sacrificia, & tamen non sunt applicanda pro alijs. Iuxta illud:
 Vniquisq; mercedem accipiet iuxta suum laborem. Item, Probet
 suum opus, & sic gloriam habebit in seipso. Itē, Iustus fide
 sua uiuet. Probat idem parabola de fatuis virginibus, &c. Præterea
 cum opera nostra sint cultus, qui debentur à nobis ipsis, sicut Paulus
 ait. Debitor es sumus. Item: Væ mihi si non euangelizo: deinde
 cum per se se sint insufficientia, & habeant opus fide, quæ petit, ne im-
 petent nobis infirmitas nostra, qualis erit arrogantia, si talia opera
 docemus esse non solum pro nobis, sed etiam pro alijs, cum di-
 citur Christus: Cum feceritis omnia, dicite, serui inutiles sumus. Item
 Psal. Sacrificium vocat inuocationem in tribulatione. Item, Gra-
 tias actione. Porro id opus, cum gratias agimus, non est opus quod
 pro alijs applicare possumus, vt eis propter operis dignitatem
 prodest. Est igitur falsa persuasio, de natura cuiuslibet sacrificij esse, vt
 applicetur pro alijs. Tantum enim propitiatorium sacrificium Chri-
 sti hinc applicandum pro alijs. Cætera sacrificia nostra, quæ sunt
ευχαριστιας, ita profunt facientibus, sicut quodlibet proprium bonum
 cuius rationi prodest, nec sunt applicanda, vt mereantur alijs remis-
 sionem peccatorum, &c. CÆTERVM oratio pro alijs, aliter se-
 habet, quam natura operū. Non enim offert Deo opus aliquod, quod
 pro alijs prodest, sed tantū cupit accipere à Deo. Promisit autem
 Deus sedaturum, & nobis & alijs, pro quibus petimus. Hæc facile di-
 scerni possunt. In oratione non opponimus, neq; offerimus Deo no-
 strum aliquod opus ac precij pro alijs, sed tantum accipere volumus
 à Deo & quidem propter mediatorem Christum, sicut scriptum est:
 Quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Aliud est fi-
 deli agere cum Deo, non propter nostrum aliquod opus: Aliud est Deo
 opponere alicuius certi operis meritū, & quidem pro alijs. Quare ap-
 plicatio operū nostrorū pro alijs, præsertim pro remissione peccato-
 rum;

rum, nequaquam concedenda est, quia scriptum est: Iustus sua fide viuet.

PRAETEREA de Operibus illud sciendum est, sicut propter aliquorum peccata plebuntur alij, ita & paucorum peccata impetrat multa bona alijs. Vtriusq; sententia multa sunt testimonia in scripturis & exempla, vt Ierem. 49. Ecce quibus non erant deditur, vt biberent calicem, bibentes bibent. De beneficijs patris de priuatis inquit Iesaias 33. Qui ambulat in iusticia, & loquitur veritatem, qui proicit auariciam & iniurias, & excutit manus suas in omni munere: Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum, ille in excelsis habitabit, montes saxorum sublimitas eius, panis ei dabitur, aqua eius non ebriet. Regem in decore suo videbunt oculi eius, & prolatis fines terrarum inter cetera praemia promittit publicum statum tranquillitatem, est commune beneficium ad multos pertinens. Sunt & exempla propter peccatum Dauidis plebatur populus: Propter paucorum voluit Deus parcere Sodomis, Propter Naaman benefecit Syria.

Sed tamen in talibus locis haec duo meminerit: Primum quod hi loci non pertineant ad Iustificacionem, hoc in iustis non profunt aliena opera sanctorum ad iustificacionem, iustis impetrant multa communia bona, quia sumus membra eius corporis. Alterum est, quod non est nostrum applicare alijs merita, quia haec esset fiducia quaedam nostri operis. Sed Deus non permittit, quae praemia communia vel peculiaria nobis dantur sit. Oratio autem applicatur pro alijs, quia nititur non dignitate propria, sed gratuita Christi promissione. Ex his facile iudicatur quid sit de applicatione sentiendum. Quod enim ad iustificacionem attinet, nulla est applicatio sine fide propria. Fides autem in verbo utitur, verbo & Sacramentis, quae testantur ad nos pertinere beneficium Christi, nec pendet hoc beneficium ex dignitate alieni operis humani. Haec satis sit de Missa verecunde dixisse.

DE POENITENTIA.

CUm Christo narraissent quidam crudele facinus Pilati, qui Galilaeos interfecerat, & ceteros coegerat in sacrificijs sanctorum sanguinem bibere, Respondens Christus, non accusat natiuitatem Pilatum, sed potius suos auditores commonefacit, se testis ipsos quoq; reos esse, eosq; ad poenitentiam hortatur, inquit: Si poenitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Ita sciamus, quod mandati calamitates nobis omnibus esse conciones poenitentiae.

MANENT in hac vita etiam in sanctis multa peccata, quae si fida poenitentia agnoscenda & deploranda sunt. Deinde si quis

obtent lapsus contra conscientiam, & sunt extra gratiam Dei, nisi in hac vita conuerantur ad Deum, ruent in aeternas poenas, & aeterni holles Dei. Ideo praeipua vox Dei est in Ecclesia: Agnoscite peccata vestra, & credite Euangelio, ut aliqui liberentur ab aeterno poena. Hac fuit prima conuictio in paradiso, cum Deus obiurgat priores parentes post lapsum, & addit absolutionem edita arcana promissione de venturo liberatore. Ita postea semper in Ecclesia Patres, Prophetae, Christus, Apostoli, & omnes fideles ministri vocis diuinæ, hac duo genera doctrinae complexi sunt, declarauerunt iram Dei aduersus peccatum, ostenderunt genus humanum tot ingentibus calamitatibus subiectum esse propter peccatum, & venturas aeternas poenas omnibus qui non conuerterentur ad Deum. Deinde & remissionem proposuerunt conterritis, & fide amplectentibus filium Dei, & inuocantibus obedientiam iuxta verbum Dei.

Utr igitur nos ipsi excitemus ad poenitentiam, discamus integram doctrinam de hoc articulo, & eam assidue meditemur. Colligamus omnia testimonia irae Dei aduersus peccatum, priuatas & publicas calamitates omnium temporum, comminationem aeternarum poenarum, denique & mortem filii Dei. Nam haec est omnium maxime illustre testimonium irae Dei aduersus peccatum. Non existimemus eam otiosum spectaculum esse. Necessesse est seriam, ingentem & inenarrabilem esse iram Dei aduersus peccata, cum non potuerit placari, nisi filius intercessisset, & factus esset victima pro nobis. Hoc testimonium, si vere intelligeret genus humanum, subito terrore omnes extinguerentur, & tamen interim multas profana securitate haec omnia testimonia contemnit.

Si nos excutiamus hanc securitatem, & his terribilibus operibus Dei moueamur, & rursus magnitudinem misericordiae consideremus, quod Deus noluit totum genus humanum perire, quod patefecit nobis, ut agnoscat & inuocetur, quod dedit Filium pro nobis, ut sit Emanuel, id est, nobiscum Deus, & inter nos, Adiutor noster, & Saluator noster, quod dedit promissionem gratiae & vitae aeternae, quod donat Spiritum sanctum gubernatorem poenitentibus. Haec omnia considerantes, duriciem nostram agnoscere & deplorare debemus, ac poenite, ut Deus nos ad se conuertat, qui certo promisit, se daturum Spiritum sanctum poenitentibus, & mandat ut credamus nos recipi propter suam, ut infra dicemus.

Hæc præfatus sum, ut ad assidue huius articuli cogitationem nos ipsos excitemus. Nunc de nomine dicam. Noli rixari de vocabulo. Voco Poenitentiam, ut in Ecclesia loquimur, conuersionem ad Deum, & huius conuersionis partes seu diversos motus docendi causa discerno. Dico partes esse, Conuersionem & Fidem. Has necessario sequi debet noua obedientia, quam si quis vult nominare tertiam partem, non repugno. Non moueamus

n ueamus

ueamus rixas de verbis, sed vigilantes simus in tuendis rebus, quæ sunt Ecclesiæ necessariæ, & refutandis erroribus, qui veræ doctrinæ caliginem inducunt. **S E D** ante explicationem partium breviter refutandi sunt duo errores fanaticorum hominum, qui finxerunt renatos non posse labi, & quamuis labuntur contra conscientiam, tamen iustos esse. Hæc amentia damnanda est, & opponenda exempla de-
 cta scripturæ Prophetiæ & Apostolicæ, vñ Saul & David placuerunt Deo, fuerunt iusti, & donati Spiritu sancto, tamen postea lapsi sunt, ita vt alter prorsus perierit, alter rursus ad Deum conuersus sit. Multi multa sunt. Matth. 12. Cum immundus spiritus egressus fuerit ab imine, vadit per loca deserta, & inquit: Reuertar, & inueniet domum otiosam, & sicut posteriora hominis peiora prioribus. **S I** autem est concio tristissima 2. Pet. 2. Qui cum effugissent iniquitates mundi per agnitionem Domini, rursus intricantur, his sunt peiora deteriora prioribus. Et 1. Cor. 10. Qui videtur stare, vitæ cadat. Et Apoc. 2. Memor esto vnde lapsus sis, & poenitentiam agas, & facito priora opera. **H A E C** & similia dicta de reuocato stantur posse eos labi, & lapsos contra conscientiam non placere Deo, nisi rursus conuertantur. Quare non ita blandiamur nobis ipsi, vt curi imbecillitatem nostram non regamus, & lapsus negligamus. Sed simus vigilantes & intenti, repugnemus nostræ infirmitati, & ad maiorem cura caueamus insidias Diaboli, sicut Petrus monet: Aduersarius vester Diabolus, tanquam leo rugiens circumit, querens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. **E C O N T R A** non confirmamus desperationem, quæ odium aduersus Deum gignit. Sicut Nouatianus & *καθ' ἑσθ' ἄπο* fecerunt, qui negarunt lapsos post baptismum iterum conuerti qui remissionem peccatorum. Ac mirum est hunc errorem & viciatum errorem vetustissimis temporibus, in illo Ecclesiæ flore, iusto te grassatum esse. **N A R R A T** Epiphanius, Alexandria cum Petrus Episcopus, quem postea tyrannus Maximinus interfecit, passus fuisse quendam Meletium, qui quamlibet reclamante Petro, non sit hoc delirium, negandam esse veniam lapsis: & addit, tanta admiratione hanc hypocrisin fuisse, vt magna pars populi in Aegypto & Syria hunc Meletium secuta sit, contempta Petri sententia. Memorabile, quod narrat Petrum in defensione veritatis citasse scripturas & exempla superioris temporis, tradita ab Apostolorum discipulis. Extat adhuc exemplum in Iohannis Apostoli libris apud Eusebiū lib. 3. pag. 60. de adolescente lapso, quem Iohannes reuocat ex sodalitate latronum. Porro satis apparet, delirium Carthorū ortum esse ex incertitia doctrinæ de Iusticia fidei. Nam postquam finxerunt hypocritæ, homines propria dignitate iustos esse, hoc peccato esse, affinuerunt, amissa hac puritate, non super esse spem. Q 110

OPPONAMVS autem ex scripturis testimonia : Daud, Ma-
 petrus, post lapsus horrendos iterum consecuti sunt remissione
 peccatorum. Lapsa fuit & Galatarum Ecclesia, & à Paulo reuocatur
 penitentiam. Item Paulus ipse Corinthium incestum iubet recipi
 penitentiam, 2. Cor. 2.

AD DAMVS & dicta scripturæ.

1. Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut
 conuertatur, & viuat. Et sunt similes aliæ conciones apud Prophetas,
 & Ecclesia. 1. Hæc autem Ezechielis eo est memorabilior, quod iusiuran-
 tum addidit: Vivo ego, ut conscientia eo magis erigantur, cum audi-
 unt non solum promissionem, sed etiam confirmatam iureiurando.
 Hanc igitur consolationem infigamus animis, & cogitemus quanta vis
 sit amoris diuini erga nos, quam ardenter desideret nostram salutem,
 sicut vere dicitur in Tobia: Nō delectaris Deus perditione nostri. Et
 hæc cogitatione nos ad penitentiam & veram inuocationem excite-
 mus.

Nunc valet hoc loco cauillatio, quod vetus Testamentum
 habuerit beneficium de conuertendis lapsis, in nouo dissimile esse.
 Nam concio Ezechielis ad vniuersam Ecclesiam omnium temporū per-
 tinet, & eadem semper est Ecclesia omnium temporum, & idem Euan-
 gelium.

Sed sumamus probationes ex nouo Testamento. Chri-
 stus inquit Matth. 18. Si peccauit in te frater tuus, corripe eum, si au-
 derit te, lucratus es fratrem. Cum dicat lucraberis fratrem, clare pro-
 nuntiat se de his loqui, quibus illa emendatio prodest. Et quod de fra-
 tribus loquatur, hoc est, lapsis post iustificationem, id quoque testatur,
 quod tunc demum vult eijci eum ex Ecclesia, cum non auscultat. Lo-
 quitur ergo de his, qui antea fuerunt in Ecclesia. Et deinde cum Pe-
 trus interrogat, Quoties dimittam? Christus respondet: Septuagies
 septies. Ergo lapsi post iustificationem possunt veniam consequi.

Nam cum iubet Ecclesiam remittere, vult & ipse remittere petenti &
 credenti. Ideo supra dixit, Lucraberis fratrem. Scio disputa-
 tum à quibusdam, vtrum hic locus de reconciliatione fraterna, an ve-
 re de ministerio publico, quod remissionem diuinam annuntiat, lo-
 quatur. Sed valet argumentum aduersus Nouatianos, etiamsi textus
 tantum ad fratrem reconciliationem accommodetur. Dicit enim:
 Lucraberis fratrem. Quicquid solueritis super terram, erit & solu-
 tum in caelis. Caterum & hæc ipsa verba testantur, hunc locum de
 ministerio concionari. Voluit enim Christus instituire Ecclesie di-
 sciplinam, & labentium correctionem, & aiunt hunc morem fuisse
 veteris synagoge institutum.

Voluit item Christus discernere correctionem Ecclesie propriam à politica, vult præcedere ad-
 monitionem, ut primum saluti hominis consolatur. Politia est ira-
 cundior, properat ad pœnam, nec prius de salute hominis deliberat.
 Deinde constituit Christus pœnæ modum, vult eijci contumaciam

extra Ecclesiam, nec addit politicas pœnas, sed has relinquit magistratibus. **S E D** redeo ad testimonia. Ad Gal. 6. dicitur: Si preoccupatus fuerit homo aliquo peccato, vos qui spirituales estis, corrigite eum spiritu lenitatis. Hic præcipit reuocari lapsos ad poenitentiam. Apocal. 2. Memor esto vnde lapsus sis, & poenitentiam age, & facito priora opera. Lucæ 15. Gaudium est Angelis super uno peccatore poenitentiam agente. Et in ea concione loquitur Christus de poenitentia filij perditionis, id est, de talibus, qui antea fuerunt in

S E D Nouatiani duos locos ex Epistola & Hebræos obicit Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel illuminati sunt, recedere a poenitentiam, &c. Quamlibet durus videtur hic locus, tamen conscientia communita est veris testimonijs supra citatis, non potest loco perturbari. Sed postquam ex superioribus testimonijs constat, lapsis non negandam esse veniam, facile potest iudicari, posse hic retineri τὸ ἄριστον, sed addendam esse commodam mitigationem. Alij aliter mitigant hunc locum, vt sit in obscuris & ambiguis, Græce non sonat vsq; adeo incommodè. At enim: Non est possibile renouari eos qui Christum crucifigunt, & ludibrio habent. Hoc simplicissime intelligo in hanc sententiam: Tales non possunt renouari, qui non auscultant amplius Euangelio, sed contemnant illa initia pietatis, de quibus dixit, retinere studet, scilicet, Baptismi & poenitentia doctrinam. Hæc est, vt mihi quidem videtur, generis eius loci sententia, & nihil habet incommodi, tantisper non possunt renouari, dum non auscultant Euangelio, sed crucifigunt Christum, & ludibrio habent.

F A T E N D U M est etiam esse aliquod irreversibile peccatum, quia id expresse affirmat Christus. Ad id non videtur & hic locus Epistolæ ad Hebræos. Sed hic aliqui obijciunt, fieri incertam remissionem, si aliquod irreversibile delictum sit. Semper enim angitur animus, disputans se forsasse habere tale peccatum, & exercuit hæc quaestio multos, sed pijs plana & facilis est solutio.

E S T aliquod irreversibile, sed quod sit, tantum à posteriori iudicandum est, id est, illis tribuendum est, qui ad errorem perseverant in suis furoribus aduersus Deum, in Epicureo contentamento, aut odio Pharisæico, aut desperatione, vt Neroni, Pharaoni, Sennacheribo, & similibus, nec aliter nisi hoc modo de peccato irreversibili posteriore iudicandum est. Quia nos in nostris cordibus non habemus illud iudiciū parefactum est, debemus semper retinere hæc tria: remissionem gratiæ, Mandatum quod iubet credere filio, & mandatum soluendi Ecclesiæ traditum: Quicquid solueris super terram, &c. Promissio his verbis dulcissimis, illustrata est à Paulo: Gratia operatur super delictum. Summa blasphemia est, Christum infra peccatum abijcere, & diminuere eius meritum. Deinde mandatum

& immutabile, ac longe supra legem est, credere Christo. Et
 sunt vniuersalia, promissio & mandatum, vt dicitur: Venite ad
 omnes. In hanc vniuersalem se quisq; includat. **P**ost-
 ea in primum promissio est animus, & scit mandatum Dei esse, vt creda-
 mus nobis omnia peccata remitti, deinde discat, non esse de peccato
 remissibili iudicandum, nisi à posteriore, videlicet postquam iudi-
 cium Dei declaratum est. Pharaó, Iudas, habuerunt tale peccatum,
 quia res ostendit eos non rediisse ad Deum. Ideo satis commode dixit
 Augustinus, Blasphemiam esse finalem impœnitentiam, seu despera-
 tionem, quia hæc peccata extreme pugnant cum Gratia. Nam cœtera
 peccata cum ad gratiam confugimus, remittuntur. Contemptus vero
 Epicureus, aut desperatio, repudiat Gratiã. Ideo sic interpretatur
 dictum Christi, Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum, id est,
 qui verbum prædicatum & confirmatum, testimonijs Spiritus, perti-
 naciter ad extremum repudiat, is habet irremissibile peccatum. Hæc
 sententia Augustini satis commoda est. **N**on enim omnis la-
 psus post agnitam veritatem iudicari debet peccatū irremissibile, sic
 Nouatiani contenderunt. Supra enim recitauimus exempla & te-
 stimonia, quæ docent tales lapsus condonari posse, nec omnis perfe-
 ctio Euangelij iudicari debet peccatum irremissibile, quia Manaf-
 sés, Nabuchodonosor, Paulus, Iustinus, Augustinus, deniq; innume-
 rables persecutores sanati sunt, sicut & Petrus dicit: Quem vos cru-
 cifiuistis. Sed quorundam singularis est furor, qui veritatem agnouerunt,
 & admoniti ac conuicti contra conscientiam, sine fide tamen
 fatentur veras sententias, & exercent aut confirmant scitiam. De
 talibus dicitur Rom. ii. Reliqui indurati sunt, dedit eis spiritum exa-
 cerbatum, oculos ne videant, & aures, vt non audiant. Hoc dicto &
 similibus describuntur perseverantes in Euangelij persecutione, qui
 caritate puniuntur, postquam sæpe admoniti non redeunt ad Deum.
 Talis fuit furor Anabaptistarum Monasterij. **Q**uare talibus
 dictis & exemplis admoniti, caueamus, ne pertinaciter propugnemus
 errores. Labi & errare commune est omnibus hominibus, sed perti-
 nacia quæ gignit sophisticos prætextus sine fine peccatum maius &
 multiplex est, ex quo non multi eluctantur. Ideo & Paulus inquit:
 Hæc enim hominem post vnam atq; alteram admonitionem vitabis,
 quia proprio iudicio damnatus est, id est, sua pertinacia declarat, se
 impunitum esse laqueis Diaboli. **C**æterum nobis semper
 in conspectu sit hæc doctrina, debere nos obtemperare mandato &
 promissioni Euangelij. Aeternum & immutabile mandatum est, quod
 præcipit agere poenitentiam, item, audire filium, & credere nos pro-
 pter filium Dei recipi. Tenendum est & Pauli dictum: Gratia exube-
 rat supra peccatum.

Iuxta hæc mandata iudicare nos debemus, & eis obtemperare, quod cum facimus, certum est nos non habere peccatum remissibile.

CITATVR & altera sententia ex Epistola ad Hebræos: Voluntarie peccantibus post acceptam noticiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia, sed terribilis expressio iudicij. Sed dextre volumus iudicare, hic locus non negat lapsos posse resurgere, sed facit immediatam collationem beneficij Christi herinarum, in hanc sententiam. Hæc duo extrema sunt, & immutabilia. Retinens beneficium Christi saluatur, non retinens ruit in eternum. Hic non negat lapsos posse ad beneficium Christi redire, sed exigit alias hostias, & noua Sacrificia. In lege erant crebræ expiationes immundiciarum, & Pharisei docebant eas mereri remissionem peccatorum. Ita postea in Ecclesia multi sinxerunt satisfactiones & hostias, nec solum falsi cultus excogitati sunt, sed etiam peruersa de expiatione per talia sacrificia, aluit securitatem, & indigentiam. Has Pharisaicas imaginationes grauisime taxat epistola ad Hebræos: Vult certe retineri beneficium Christi, sicut postea dicit: Non vult conculcari sanguinem Christi, nec contumelia affici Spiritus gratiæ. Hæc grauisimæ adhortationes iubent cauere, ne amittant beneficium Christi, Neq; tamen interim vetant, lapsos ad Christum redire. Hæc est simplex & germana sententia.

DE CONTRITIONE.

ET si nulla Creatura magnitudinem iræ Dei aduersus peccatum satis intelligere potest, ac ne posset quidem sensum iræ Dei sentire, sicut dicitur Deut. 4. Deus ignis consumens est: tamen videtur Deus in Ecclesia sua aliquo modo agnosci iram suam aduersus peccatum, non vult contemni peccatum, non vult corda esse ferrea & sine dolore, vt Ephes. 4. de impijs dicitur. Ideo semper in Ecclesia hoc fuit exordium concionum: Agite poenitentiam. Sic Christus exorsus est, & ante ipsum Baptista. Sic Paulus inquit: Reuelatur ira Dei de cælo super omnes. Sic Prophetæ exorsi sunt, Iesa. 1. Vagabundus peccatrici. Imo in Paradiso hæc post lapsum prima concio fuit, reprobans peccatum, & declarans iram Dei.

DEINDE omnes calamitates generis humani, mors, morbi, inopia, fames, cædes, bella, excidia, & clades multiplices, sunt reuera conciones de ira Dei aduersus peccatum, vt Psalm. 38. Propter iniquitatem corripis hominem.

POSTREMO testimonium omnium maximum iræ Dei, quod filium oportuerit fieri victimam. Hanc iram certe vult Deus quo modo à nobis agnosci, & non moueri ipsius iudicio & indignatione. Necesse est igitur in nobis existere aliquam contritionem, vt

Contributionem, vt Ecclesia vſitate loquitur, pauores conſci-
entia agnoſcentis iram Dei aduerſus noſtra peccata, & dolentis pro
peccatum. Hanc contributionem præcipiunt hæc dicta: Agite pœ-
nitentiam. Et 2. Corinth. 7. Contristati eſtis ad penitentiam. 1.
Timoth. 11. Si nos iudicemus ipſi, non iudicemur à Domino, id
eſt vero dolore afficeremur, agnita ira Dei. Ioël. 2. Scindite corda
veſtra, & non veſtimenta veſtra. Ierem. 31. Poſtquam oſtendiſti mihi,
percuſiſi ſemur meum, confuſus ſum, & erubui. Nah. 1. Ante faciem
indignationis eius quis ſtabit? Quis reſiſtet in ira furoris eius? In-
dignatio eius effuſa eſt vt ignis, & petrae diſſoluæ ſunt ab eo. Item
Ieſa. 66. Ad quem reſpiciam? niſi ad humiliatum & contritum ſpiri-
tu, & tremetem ſermones meos. Ieſa. 1. Deſinite peruerſa agere. Pſal.
37. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Item, Initium ſa-
pientiæ timor Domini. Et paſſim coniungunt Pſalmi timorem & fi-
dem. Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum, & eiſa eos qui
ſperant in miſericordia eius. Eodem pertinet multa dicta Pauli: Ve-
nus noſter homo ſimul crucifixus eſt, vt aboleatur corpus peccati.

ADDANTVR & exempla, vt Adam, Eua, obiurgati à Deo,
Dauid obiurgatus à Nathan, horribiliter perterreſunt. Dolet & mu-
lier peccatrix, Lucæ 7. Et Luc. 22. Petro acerbæ lacrymæ erumpunt.
Hæc & ſimilia teſtimonia oſtendunt, neceſſariam eſſe aliquam contri-
tionem, quæ quidem etiam crefcere debet, ita, vt non ſolum externa
delicta, ſed etiam internam immundiciem agnoſcamus, videlicet,
Dubitacionem de Deo, Securitatem, Admiracionem noſtri, ſeu Super-
biam, Diſpectiõem aliorum, Malevolentiam, Auariciam, Flammas
pauis amoris, & alios vitioſos affectus.

Nec eſt pœnitentia
hypocritis, qui nullo ſenſu doloris aut pavorem afficiuntur, quos
deſcribens Ieremias inquit: Erubefcere nescierunt. Et Paulus ad
Ephoſios vocat dolore carentes.

Vt autem hanc prauam secu-
ritatem animis excutiamus, sæpe & multum dicta de contritione, de
ira Dei, de pœnis præſentibus & æternis, exempla ipſa pœnarum, ca-
lumnitates proprias & alienas, imo & mortem filij Dei nobis propo-
namus, vt miſeriam noſtram & iram Dei agnoſcamus & expaueſca-
mus. Ego, miniſterij in Eccleſia, quod inſtituit Chriſtus, pars neceſ-
ſaria, arguere peccata, ſicut Paulus clare inquit: Nunc reuelatur ira
Dei de celo ſuper omnem impietatem. Vtendum eſt autem voce le-
gis moralis, vt vocant, ad hanc miniſterij partem. Eſt enim lex illa,
æterna & immutabilis ſententia Dei, declarans iram Dei aduerſus
peccatum. Eſt enim Deus reſcipit hominem conſugientem ad Chri-
ſtum, tamen peccatum non approbat. Ideo Paulus inquit: Per legem
cognitio peccati, & ſemper ſonuit in Eccleſia inde vſq; ab initio poſt
legem, vt Genef. 4. apparet, & deinceps.

A c prorsus falsa, absurda, & pernicioſa imaginatio eſt, ſegetem legem nihil eſſe, aut non prædicandam eſſe. Quia ideo prædicata eſt per patres, & deinde terribili voce in Sina reuelata, & aſſidue repetita per Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos, vt ſciamus eſſe æternam & immutabilem ſententiam Dei, declarantem iram aduerſus peccatum. Sciamus item, omnes homines in hac corruptione naturæ, hærentia Dei condemnatos eſſe, atq; ita ſub lege eſſe. Sicut Paulus inquit: Cauſari ſumus omnes ſub peccato eſſe, id eſt, condemnatos reos coram Deo. Sicut ſemper manet mens diuina, ita ſemper manere legem neceſſe eſt. Et huius legis noticia manet in noſtris conſpectibus, & eſt explicata voce Dei, Patrum, Prophetarum, Chriſti, & Apoſtolorum. Ideo & Chriſtus toties inculcat legem, vt Matth. 23. Ipſe dem addit declarationem, vt ſciamus accuſari lege non ſolum externa delicta, ſed etiam interiora vitia, Cæcitate, Iniuſta odia, Vanum libidinum, &c. Vult ergo Deus in Eccleſia ſemper ſonare vocem legis, quæ concionatur de obedientia cordis.

VT ENIM VOCE & voce Euangelij, quæ accuſat in mundo contemptum iræ & miſericordiam, quæ cernitur exhibitio filio. Ideo inquit Chriſtus: Spiritus Sanctus arguet mundum de peccato, quod non credunt in me. Iam optemus, quam late pateat hæc prædicatio, accuſans & condemnans peccata. Totum genus humanum complectitur, omnes ſunt præſentibus dubitatione, ſecuritate, negligentes aut errantes in inuocatione, taminati prauis cupiditatibus, leuiter curam iram Dei, abſentibus beneficijs, omnes ſumus ingrati filio Dei. Ideo non miremur, vultum ſum mundum opprimi fatalibus pœnis, quæ ſunt ſigna iræ Dei. Sed cogitemus, vt Paulus inquit, Omnes ſub peccato eſſe, & totum mundum reum eſſe Deo, & ſua quiſq; peccata accuſet & deplorat.

HÆC omnia ſæpe & multum cogitemus: Nam quod dicitur Spiritus Sanctus arguet mundum, id fit per verbum declarans iram Dei. In huius verbi cogitatione Spiritus Sanctus eſt efficax. Et 2. Timotheo 2. Paulus clare iubet doceri & erudiri aduerſantes, qui ſciant Deum det aliquibus pœnitentiam? Et apud Ierem. Poſtquam cœcitate mihi, conſuſus ſum, & erubui. 1. Reg. 2. Dominus mortificauit & humiliat. Hæc ſunt per verbum Dei, vt Heb. 4. dicitur: Viam ad verbum Dei, & efficax, & penetrantius gladio, &c. Quare in ipſo negligunt & contemnunt verbum Dei, non eſt efficax Spiritus Sanctus, ſed confirmatur ferocia. Sicut in Geſenſi dicitur: Non habitabit Spiritus meus in homine, quaſi dicat, poſteaquam contemnunt verbum incipiunt, deſiſſe iudicium Spiritus, Agnitio peccati, Humilitas, &c.

ad contritionem, hoc est, ad hos terrores, necesse est accedere consolationem, scilicet Fidem, quæ statuat nobis remitti peccata propter filium Dei, & tantæ misericordiæ agnitione rursus erigat, ne oppressi desperatione ruamus in æternum exitium. Nisi enim accederet Fides, Contritio fieret mors æterna. Est igitur altera pars, fides, quæ est non tantum historiæ vel legis noticia, sed fiducia, qua credit unusquisq; sibi vere remitti peccata à Deo propter Christum, gratis, id est, non propter nostram dignitatem, aut nostra merita.

De hac parte, hoc est, de Fide accipiente remissionem peccatorum, libri Monachorum muti sunt. Sed nos sciamus, hanc esse præcipuam & propriam Evangelij vocem, & hanc doctrinam de Fide penitus necessariam esse Ecclesiæ, & simul complectendam quandocumq; de penitentia dicitur.

M V L T I hic disputant, quod sit discrimen contritionis Petri & Iudæ, Davidis & Saulis. Et sunt spiritus disputationes de amore iustitiæ & timore pœnæ. Sed hoc discrimen planum & illustre est. Ad contritionem Iudæ non accessit fides, ideo oppressus terroribus, ruit in æternum exitium: E contra, ad contritionem Petri accessit fides, ideo reuixit ex suis ingentibus doloribus. Et cum fide erigimur, accedit agnitio bonitatis Dei, & non tantum metu pœnarum angimur, sed etiam puriore dolore quod Deum offenderimus, cui debetur obedientia & gratitudo. Sed non est opus hoc affectus subtiliter diuellere. Vult Deus iram suam metui, & hanc pœnis vult conspici. Accedat autem & fides, nec fugiamus Deum, sed ad eum redeamus, petamus nos recipi, & statuamus æternam & incommutabilem Dei voluntatē esse, quod velit recipere perterrefactos, qui credunt sibi ignosci propter Mediatorem. Hoc præcipit nobis certius credere & statuere.

H A E C fides illustre discrimen facit inter timorem seruilem & filialem. Timor seruilis est pavor sine fide, & respicit Deum. Sed timor filialis est pavor, ad quem accedit fides, quatenus pauores erigit & consolatur animum, & accedit ad Deum, pœna & accipit remissionem. Hæ descriptiones sunt planæ, & in exercitijs nostris intelligi possunt. Contritio sine fide est horribilis pavor, & dolor animi fugientis Deum, vt in Saule, Iuda. Quare non est bonū opus. Sed contritio cum fide, pavor & dolor est animi non fugientis Deum, sed agnoscentis iustam iram Dei, & vere dolentis, quod neglexerit aut contemserit Deum, & accedentis tamen ad Deum, & petentis veniam. Talis dolor fit bonum opus & sacrificium, vt loquitur Paulus: Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, cor contritum & humilatum Deus non despicies.

E T tamen necesse est taxari & abijci opinionem, quæ finxit homines contritione mereri remissionem

tionem peccatorum, seu dari remissionem propter dignitatem contritionis. Sed retinenda est vox Euangelij, quæ clamat gratis remitti peccata propter filium Dei. Hæc exclusiua retinenda est, vt Christo debitus honos tribuatur. Item, vt mentes perterrefactæ teneant certam consolationem. Nam adigerentur ad desperationem, si sentirent, se non habere remissionem, nisi dolor satis dignus & iustus esset. Hæc simplex sententia multos labyrinthos disputationum

CONSTITVAMVS igitur necessariam esse aliquam remissionem, veros pauores ac dolores, sed tamen remissionem peccatorum non dari propter contritionem, seu dignitatem vllam contritionis, sed propter solum filium Dei, qui pro nobis admirando confusus est, Mediator, & Deprecator factus est. A c vt recensita conspectu doctrinam Contritionis, hæc capita nobis proponam. Legem Dei. Iram Dei. Pœnas æternas. Mortem. Calamitates præsentibus, publicas & priuatas. Amissionem donorum. Infirmos. Morbos. Infamiam. Infelicitatem consiliorum. Infelicitatem liberorum. Errores & furores. Infelicitatem liberorum. Diabolice dem impellentem in plura peccata, & maiores miseras. Peccata terribilia, videlicet quod peccata peccatis puniuntur, cæcitate, in horribilibus sequentibus. Scandala. Discordias publicas. Belli. Inegligione beneficia Dei considerentur, vt ingratitude nostram ostendimus. Creatio. Patefactio Dei. Missio Filij. Donatio veteris & noui Euangelij. Donatio Spiritus sancti. Promissio vitæ æternæ. Nutritio, defensio corporis & animæ. Depulsio Diaboli. Literarum & vniuersitatis doctrinæ ostensio. Gubernatio diuina in moribus & consilijs. Felicitas consiliorum. Felicitas studiorum, & reuerentia iudicij. Felicitas liberorum. Bona exempla, & vitatio scandali. Bona fama. Concordia publica. Pax & mediocritas status Politicæ. Constitutio libertatis Ecclesiæ. EXEMPLA cogitemus Saulis & Davidis, quibus beneficia quæ recensui, tenuerunt ante lapsum, & post lapsum tantis bonis pœnas senserunt, quas recitavi. Et Saul prioris peccati, oppressus æternis pœnis: David vero rursus ad Deum conuersus, sed tamen sensit onus pœnarum corporalium & scandalorum vniuersitatis. Et quantam ruinam trahat vnus lapsus, consideremus in dolo Euæ exemplo. Item in Davidis adulterio. & Salomonis diluio propter cuius idolum postea regnum Israël diuisum est. Et hæc exempla peperit infinita mala, religionis dissipationes, & bella ciuilia. Et considerantes, non existimemus nostros lapsus leuia & parua esse, & ad paucos pertinere, ac simus in regendis moribus diligenter. HÆC expendere vtilius est, quam illas nugas agitare. Actui finito iuste respondeat pœna infinita. Tales frivolas querelas fugiamus, ac sciamus in delicto esse contemptum infinitæ

contemptus & violatio infiniti boni, dignus est infinita pœna. **POST QUAM** autem de Contritione dictum est, explicemus & eam partem. Nam ministerium in Ecclesia non solum arguit peccata, sed etiam annuntiat remissionem peccatorum, perterrefactis & alienis in Christum. Statuant igitur perterrefacti mentes, certo se sequi remissionem peccatorum gratis, fide propter Christum. Hic intelligatur fides tantum de historię noticia: Sed intueatur hunc articulum in Symbolo, Credo remissionem peccatorum. Nec satis est in genere credere, quod Deus aliquibus ignoscat, sicut & Diabolus credit. Non enim ignorat, in Ecclesia reconciliationem esse, sed singulis statueri debemus, nobis ipsis ignosci, nos ipsos à Deo recipi. Hæc fide speciali, ut sic dicam, quisq; sibi applicare beneficium Christi debet. Videtur autem hoc absurdum humano iudicio, de re tanta nos honorare debere, videlicet, quod placeamus Deo. Sed discamus ideo Deum se patefecisse, ut hanc suam voluntatem nobis reuelaret. Ideo promissiones traditas esse, ideo missum filium, ac sparsum Euangelium in mundum, ut hæc sententia, quam nulla creatura cernere poterat, patefieret. Immensum bonum est Reconciliatio diuina, ideo difficulter assentimur. Sed excitemus nos ad credendum Euangelio, & cogitemus nos in hac vita verbo Dei inuolutos sustentari oportere, sicut fetus in utero materno sedet inuolutus aluo seu secundina, nec recipimus hoc nostrum inuolucrum, scilicet Euangelium, quod affirmat de voluntate Dei. Postea vero egressi in vitam, & lucem æternam, coram cernemus voluntatem Dei, & admirandum consilium.

TESTIMONIA.

ACTOR. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, Remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Hæc est plana & clara sententia, in qua testatur Petrus de eorum summam Propheticæ scripturæ, & opponit hanc sententiam vulgari persuasioni, quam populus habuerat de Messia, ac affirmat ideo à Patre missum esse, ut victima fieret pro peccato, & propter ipsum detur remissio peccatorum ijs qui credunt in eum, id est, qui se amplectuntur Messiam, ut credant se propter eum recipi. Et quia hoc dictum allegat omnes Prophetas, sciamus hic verum consilium Catholicæ Ecclesiæ citari. Roman. 5. Iustificati fide pacem habemus erga Deum, id est, habemus certo Deum propitium, sumus accepti in gratiam, & liberati ab ira & æternis terroribus. **Sed** hæc dicta eludunt aduersarij. Fatentur fidem, id est, professionem verborum necessariam esse, qualis scilicet est in diabolis, sed negant peccata remitti peccata, & iubent dubitare an sint remissa. Hi errores supra

supra refutati sunt in loco de iustificatione, quare hic breuiter eadem commoerfaciam lectorem. Vtile est enim, in quotidiana iustificatione nosse hæc exercitia fidei. Nemo ignorat Deum misericorditer esse, nec quarunt homines, an velit Deus aliquibus remittere peccata, sed cogitant, dignis remitti, non indignis, & deprehendunt huiusmodi in nobis multiplicem indignitatem. Deinde altera quædam ligat animos, de particularitate. Necessè est igitur in conspectu retestimonia, quæ confirmant nos, vt sciamus hæc duo, scilicet, remissionem vniuersalè esse, & gratuitam. Rom. 3 de vtroque, et testimonia. De promissione vniuersali dicitur: Iusticia Dei in eam super omnes credentes, &c. Deinde addit: Iustificamur gratia gratia per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit propitiatoris per fidem in sanguine suo. Tenenda est igitur eadem, & opponenda tentationi assidua de dignitate. Semper enim ad nos vox legis, quæ deterret nos, ne statuamus nos recipi, quia indigni. Aduersus hanc ipsam vocem sciamus Euangelium rectum esse ex sinu æterni Patris, quod testatur recipi nos propter suam mediatorum, non propter dignitatem nostram. Hæc c. quædam inuocatione cogitanda sunt, & sciendum, non excludi contritionem & cæteras virtutes, ne absint (nam certe penitentia necessaria) sed causa remissionis peccatorum non transferenda est in nobis dignitatem, sed in Christum. Statuendum est igitur, remissionem peccatorum non propter dignitatem nostram contritionis, aut nostrorum operum concingere, sed tantum fiducia beneficij Christi, vt Epistola Gratia saluari estis. Dei donum est, non ex vobis. R. 9. 4. tractatur principale argumentum ex causis & vi promissionis. Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio, id est, si penderet reconciliatio ex dignitate contritionis nostræ, aut operum nostrorum, nunquam legi satisfaciamus, fieret incerta, & promissio reconciliationis fieret irrita. Syllogismus hic est tractatus à Paulo: Operum promissionem reconciliationis esse certam: Promissio penderet in contritione legis sit incerta. Ergo promissio reconciliationis non penderet ex conditione legis. MINOREM probat Paulus, in Epistola Lex iram efficit, semper accusat, &c. Et considera summam dispositionis Paulinæ. Ideo tantopere contēdit Christum esse victorem peccatis nostris, vt hac ipsa antithesi stabiliat exclusivam, quæ nostra opera non sint meritum remissionis peccatorum. Cætera testimonia sumantur ex loco de iustificatione, vbi etiam de vocabulo dictum est, quod quidem in ipsa lucèa clarius intelligi potest, quod mens experitur se acquiescere in misericordia propter Christum remissa, & intelligit hanc misericordiam fide, id est, fiducia appetendam esse. Hic fides non tantum historiam, sed hunc actum

intuetur: Credo remissionem peccatorum, & amplectitur pro-
 nomem, vt Rom. 4. clare dicitur. Porro fides quæ assentitur pro-
 nomini, est fiducia misericordiæ. **P**OSTREMO in his testi-
 moniis conferamus Apostolorum & Prophetarum dicta, vt videamus
 eorum consensum vniuersæ Ecclesiæ inde vsq; ab initio. Ideo &
 citat ex Psalmis quædam, & plurima quæ huic sententiæ suf-
 fragantur, passim occurrunt. Psal. 30. Dixi confitebor aduersum me
 misericordiam meam Domino, & tu remittis iniquitatem peccati mei.
 Psal. 144. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Psal. 51.
 Tibi tantum sum peccator, vt tu iustificeris in sermonibus tuis. Hæc
 sententiæ & similes testantur nos accedentes ad Deum, non afferre
 nobis iusticiam, nec posse opponere iudicio & iræ Dei nostra
 merita, sed confugiendum esse ad mediatorem Christum, & statuendum
 vt propter ipsum gratis ignosci nobis, & nos recipi in gratiam.

IDEO autem hanc partem de fide omiserunt multi scriptores,
 quia iudicio humanæ rationis videtur absurditas, affirmare quod De-
 o tibi sit propitius. Discendum est autem hic à iudicio rationis
 nostre, & querenda voluntas Dei in ipso Euangelio. Cum legimus,
 Dandi annuntiatam esse remissionem peculiari mandato Dei, mira-
 mur illud singulare beneficium, & cogitat quisq; ita se libenter credi-
 turum esse, si tibi talis vox è cælo offerretur. At scire debemus, iam
 esse salutem hanc vocem nobis. Tam certo tibi remittitur si credis
 Euangelio, quam certo Dauidi remittebatur, & tam à te postulatur vt
 credas voci Euangelij, annuntianti remissionem, quam postulabatur
 à Dauid, vt voci Nathan crederet. **H**ÆTENVS de Contri-
 tione & de Fide dixi. Necessè est autem & simul incoari nouam obœ-
 dientiam, vt Rom. 6. dicitur: Non regnet peccatum in mortali cor-
 pore vestro. Rom. 8. Nulla nunc condemnatio est his, qui in Christo
 ambulauerunt. Et Iohannes inquit: Facite fructus dignos peniten-
 tiæ, id est, conuenientes penitentia. Hæc noua obœdientia vltate
 vocatur boni propositum. Estq; vere & sine hypocrisi statuere & velle
 Deo obedire, & retinere iusticiam bonæ conscientia. Ac vt firmitas
 ista voluntatis fiat, adiuuamur à Spiritu sancto, qui datur, cum fide
 nos habeamus, vt Gal. 3. dicitur: Vt promissionem Spiritus acci-
 piamus per fidem. Item Rom. 8. Accepistis Spiritum adoptionis fi-
 liorum, quo clamamus Abba Pater. Cum enim fide assentimur pro-
 missioni, agnoscamus misericordiam & presentiam Dei, respicientis,
 curantis, & recipientis nos, & incipimus eum vere intuocare, & nos ei
 obedire, timere eum, & obedire ei. **I**DEO in Zacharia duæ
 virtutes eruditissime coniunguntur, Gratia & Inuocatio: Effundam
 super domum Dauid spiritum gratiæ & precum. Scilicet primum Spiritu
 sancto mouemur, vt agnoscamus & statuamus nos recipi in grati-

am. Est autem præcipuus cultus Dei, & solius Ecclesiæ opus, vera inuocatio, quæ oritur ex agnitione gratiæ. Nam mens ignara reconciliationis, fugit Deum, non inuocat. Sed recepti in gratiam, accedunt & inuocant, vt Roma. 5. dicitur: Per hunc habemus accessum fidei. Ephes. 3. Per quem habemus fiduciam & accessum confidenter per fidem. Quomodo autem placeat noua obedientia cum procul à perfectione legis abste, & reliquiæ peccati in hac vita in reconciliantur, dictum est supra.

DE CONFESIONE.

Diligentia digna est eruditus, videre, quam varius vsus sit vocis Confessionis. Vulgus intelligit nomen Confessionis per enumerationem singulorum delictorum, quæ sit coram ministris facta, à quibus absolutio petitur, & fortassis initio mos ille enumerationis singulorum delictorum ortus est ab ijs, qui delicta publica coram ministris aut Ecclesia confitebantur. Tales enim olim non credebantur, nisi coram ministro professi essent se delicta agnoscentes, petere veniam, & promittere emendationem. **S**æpe autem petitur nomen confessionis, etiam apud Apostolos & Prophetas, vt Matth. 3. Baptizabantur in Iordane confitentes peccata sua. Item Nehem. 9. Filij Israël conueniebant in ieiunio, & confitebantur peccata sua. Et Leuit. 16. Aaron confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël. Vbi mos publicus describitur, in quo voce summi Sacerdotis, tota Ecclesia fatebatur se ream esse. In his locis Confessio nomen significat arcanam agnitionem culpæ coram Deo, sed etiam publicam professionem in genere coram Deo & Ecclesia, professionem se reos esse, & veniam petentium. **A**pparet igitur hæc publicam & generalem professionem admodum veterem morem esse. Sed cum David inquit: Dixi, confitebor aduersum me iniquitates meas Domino: Hic Confessio significat arcanam agnitionem culpæ coram Deo, quæ agnitio est ipsa contritio, coniuncta cum petitione veniæ. Iacobus & nomine confessionis vsus est, loquens de reconciliatione: Confitemini mutuo peccata vestra, id est, hi inter quos fuerunt similitates, fateantur vtrinq; sua delicta, & redeant in misericordiam gratiam. Sicut dicitur in Salomone: Iustus primum sese accusat, postea inquit alterum, id est, Deus non vult nos conuincere ad errorem, & in alios acerbam censuram agere, sed vult nos in conscientiam primum inquirere, nostra errata fateri & emendare. Matth. 7. dicitur: Eijce primum trabem ex oculo tuo, &c.

Postquam igitur varius vsus vocabuli animaduertitur, discernantur veteres significationes à recenti more enumerationis.

Est autem duplex Confessio: Altera iudicij publici, cum co-
Ecclesia accusantur rei manifestorum criminum, ibi de manife-
stis palam fateri debemus, nos lapsos esse, & dolere quod De-
fenderimus, & Ecclesiam polluerimus. Hic satis constat, cum
non sit manifestum, enumerationem seu recitationem criminum
non mitti. Sed altera est Confessio priuata seu arcana. Hic dicimus
enumerationem non esse necessariam, & quanquam multi valde voci-
tantur hoc vinculo laxato disciplinam solui, tamen & in altera par-
te videndum est, ne lux fidei obscuretur, & ne conscientijs laquei in-
giantur. Et tamen quomodo disciplinæ ratio habenda sit, postea di-
cetur.

TRES sunt autem causæ, propter quas necesse est exten-
dere doctrinam, quod enumeratio non sit necessaria. Prima, quia mo-
nachi fuerunt enumerationem esse cultum & meritum remissionis:
Secunda, quia postulant eam vt possit iudici satisfactio. Tertia, quia
conscientia adducitur in dubitationem & desperationem scrupulosa
enumeratione. Hi errores taxandi sunt, Nam remissio non pendet ex
conditione enumerationis, & retinenda est vox Euangelij de gratuita
remissionatione. Deinde deliramenta de satisfactione magis etiam ta-
xanda sunt. Postremo enumerationem constat fuisse pijs duram car-
nitivam, qui cum videret se non posse omnia delicta colligere, nun-
quam acquiescebât, & dubitatione illa fides extinguebatur. Huic ma-
lo occesse fuit pios doctores mederi. Quod igitur in arcana confes-
sione enumeratio omnium vel paucorum delictorum non sit præcepta
sive diuino, manifestum est, quia Christus aut Apostoli nusquam eam
prescripserunt. Deinde impossibilis est enumeratio omnium, iuxta illud:
Delicta quis intelligit? Multa enim sunt errata ignorantie in maxi-
ma deliberationibus, vt Iosæ mouentis bellum non necessarium.
Item in alijs negotijs, vt quedam errata doctrinæ, vt qui stipulas ex-
ponunt supra veras sententias quas obscurant. Item plurima sunt pec-
cata remissionis, quæ non intelligimus. Absurdum est igitur dicere
necessariam esse enumerationem omnium, cum sit impossibilis. Ideo
sunt præcipue hæc illustrentur, ne obscuretur doctrina de remissio-
ne gratuita & Fide.

CAETERVM propter absolutionem priua-
tam, quæ in Ecclesijs retinenda est, mos etiam petendæ absolutionis
retinendus est, & sunt aliæ utilitates multæ retinendi illius colloquij
priuati, etiam si non accedat enumeratio. PRIMA est, vt petatur
absolutio. SECUNDA, vt pastor interroget suos auditores
de doctrina. Nam vtrunq; mandatum est pastori, vt exploret audito-
rum iudicia de doctrina, & cognoscat an proficiant, castiget & erudi-
at degiores, populo vero vt exponat quid sentiat. TERTIA:
hæc priusquam rudes admittantur ad Sacramenta, de doctrina audi-
turi sunt, & hoc colloquium vice Catechismi est.

QVARTA:

QUART A. Etsi cogere pastor non debet, ut quisquam dicat
 arcana facta, tamen pro ætate & vitæ genere quædam de moribus
 interrogare, & utiliter monere potest. Ut si quis audiat mercatores, in-
 terrogare potest, quales contractus exerceant. **Q**UINT A. Sic
 ut in Nehemia & Mattheo dictum est: Confitebantur peccata sua,
 fatebantur in genere se reos esse, subiiciebant se Deo, ostendunt
 dolorem suum: Sic in petitione absolutionis, etiam cum nomen
 singulorum omittitur, tamen necesse est significari in genere quæ-
 teamur nos reos esse, & subiiciamus nos Deo, vere dolere quod
 Deum offenderimus, quod Ecclesiam polluerimus, quod cum mu-
 nus poenas publicas. Cum hoc modo prudenter & graviter his
 retinetur, prodest ad disciplinam. **S**EXT A. Omnium maximam
 causam prudentes omnes movere potest. Mos petendæ absolu-
 tionis est huius articuli, quod lapsi emendantes se, recipiunt
 à Deo, & sint ab Ecclesia recipiendi. Utile est autem hoc illustre
 testimonium in Ecclesia conservari. Nam & Petrus Alexandrinus
 vit Meletium, ferentem Catharorum deliria, citato more vitæ
 Ecclesia, & protulit exempla absolutionis. Valde mouentur
 omnium hominum ijs ritibus, qui assidue sunt in conspectu, & mo-
 runt in oculos, confirmati non solum antiquitate, sed vltima
 gubernatorum, quorum pietatem & doctrinam certatim
 comprobant. Quare & tunc profuit mos ad confirmationem
 sententiæ Petri, & nobis prodesse huius perpetui moris cognoscimus
 test. Deinde cum clare dicat Christus: Quicquid solueritis in terra,
 erit solutum in celo, certe mandatum datur absolventi. Etsi
 absolutio seu receptio lapsorum etiam fieri intelligitur, cum ab-
 solvuntur rursus ad synaxin, tamen hæc expressa absolutio non ab-
 da est. **A**PUD Ethnicos prorsus fuit amissa doctrina de
 sione peccatorum propter mediatorem filium Dei, sed doctrina
 utcumque retenta est. Natura enim hominum facile obliuiscitur
 gelij, cum sit doctrinam non nata in humana mente, sicut & manna
 oppresserunt Euangelij lucem de gratuita remissione, confitenti
 rursus de satisfactione & alijs. Iam igitur si mos absolventi
 rursus secutura essent tenebræ, & obscurior fieret doctrina de
 endis lapsis. Quare utile est & retinere morem, cum quidem
 in Ecclesia fuerit. Sciantque pij in hoc more retinendo se non
 suæ necessitati, sed etiam posteritati servire. **H**ANC
 & utilem causam spero valituram apud multos, ut morem
 absolutionis & magis ament, & libentius retinere studeant. Cum
 cedis ad petendam absolutionem, hæc tria cogites, ut semper
 Ecclesia confessio generalis, qua pij ostenderunt se agnoscerent
 lapsus, & se reos esse iræ Dei professi sunt: ita tu quoque deploras.

quam, te quoque reum esse fatearis, ut Daniel inquit: Nobis con-
 Deinde vocem Evangelij, qua annuntiat remissio peccato-
 ribi applicari petas. Et hac voce te ipsum confoleeris, & ad fidem
 Terio, Hunc morem cogites retinendum esse, ut etiam poste-
 ritate, lapsos, cum se emendant, à Deo recipi, & ab Ecclesia reci-
 pilos esse.

Utile est autem rudiores ad aliquam generalem
 enumerationem, iuxta ordinem Decalogi institutam assuefacere. Hæc
 enumeratio prodest non solum eo, quod tanquam catechesis commone-
 scit recitantes, qui morbi & qui lapsus sint peccata, & qui sint gra-
 ues peccatorum, & quid intersit inter forense iudicium & iudicium
 Evangelij de peccatis, sed etiam quia cogit homines seipsos confide-
 re & agnoscere suos morbos & lapsus, de quibus multi petentes ab-
 solutionem ne cogitant quidem. Quomodo autem potest exillere
 cogitatio, aut dolor aliquis sine mediocri cogitatione de nostris lapsi-
 bus, de ira Dei, de pœnis presentibus & æternis? Præterea magna
 pars populi, peccata tantum intelligit illa atrociter delicta esse, quæ
 publicis supplicijs puniuntur, de falsa inuocatione, de vitijs cordis
 nihil noverunt. Assuefaciendi sunt igitur homines ad Decalogum, qui
 cum illas sepe declarandus & illustrandus est à docentibus, tamen
 assidue intelligitur à populo, cum quisque suam vitam ad illud specu-
 lum conferat, & animaduertit propria errata, Ut:

DE PRIMO PRÆCEPTO.

DEBEREM equidem recte cogitare de Deo, & firma fide sta-
 nere, hunc unum esse Deum creatorem omnium rerum, & futurum
 iudicem omnium hominum, qui se patefecit dato verbo suo & missio-
 nis. Deberem vero timore ei obedire, & metere iram eius & iudi-
 cium, vera fide eum inuocare propter Filium, & diligere eum, & sen-
 tire aliquem grati pectoris motum erga Deum. DEBEREM
 etiam magnitudine misericordiæ, quod se nobis patefecit, quod vere
 illi genus humanum, vere vult nos saluos fieri: Deberem Filij be-
 neficij moueri, quod pro nobis passus est, quod dedit Evangelium,
 quod promittit Spiritum sanctum gubernatorem & vitam æternam.

Si hæc omnia leuius mouent animum meum, quam debeat
 fieri, pro saris timeo, sæpe dubito, & quadam perpetua dubitatione,
 frigidius peto bona à Deo, frigidius inuoco, confido interim rebus
 presentibus, & quæro præsidia vitæ, neglecto ordine quem Deus præ-
 cepit. Sæpe etiam falsa inuocatione errans offendi Deum, inuocauit
 homines mortuos, putavi magis ad hanc statuam inuocandum esse
 Deum aut Sanctum, quam alibi. Sæpe nunc quoque, aberro, ne cogitem
 se vero Deo, qui se patefecit per Filium, nec cogitem de Filio, & de
 nominatione. Denique non ardeo inuocatione, ut oportet.

DE SECVNDO PRAECEPTO.

DEBEREM Evangelium diligenter discere, celebrare sermone, & ornare exemplis, agnosco autem meam negligentiam in hac re. Imo saepe praetexo priuata cupiditati Evangelium. Saepe meis exemplis & scandalis praebeco occasionem alijs maledicendi Evangelio, aut alieno aliquos: Interdum erraui in aliquo dogmate, & contra deformaui doctrinam caelestem.

DE TERTIO PRAECEPTO.

SAEPE negligo publicas conciones & ceremonias in die festo, non impeditus alijs causis, & meo exemplo alios abduco: Non ago gratias Deo pro instituto ministerio, pro conseruatione Ecclesiae, pro conseruatione Propheticoꝝ & Apostolicoꝝ scriptoꝝ, non adiuuo Ecclesiam precantem pro publico statu in cœtu, nimis securus fecior cura miseriarum communium, quod incitia, discordijs, bellis dissipantur Ecclesiae & politicae, & multorum animae & corpora perunt, non adiuuo ipse ministerium Ecclesiasticum meis officijs, non vereor, vt debeo, pios ministros: Interdum eis maledico, & meo exemplo confirmo contentum aut odium eorum, non solum eis debita mercedes, saepe dies festos male colloco in res turpes, & irrito Deum aduersus multos.

DE QVARTO.

SVM negligens in mea vocatione, in studio, in regenda familia. Sum ingratus Deo pro beneficijs ordinis politici. Interdum fratribus iniuste magistratibus, & maledico eis, nec tribuo eis debitam reuerentiam ex animo. Interdum rixas excito contra leges, & violo politicum ordinem cum scandalo & aliorum detrimento, meis fratribus multibus impedio alia publica negotia necessaria. Non sum, veritus, vt in meo ordine me coërceam, & caueam ne turbem communem harmoniam publici status, sum $\omega\lambda\epsilon\omicron\nu\epsilon\kappa\ \eta\mu\delta\omicron\varsigma$, & mea villiani magisterio, quam publicae, aut capto occasiones turbandi.

DE QVINTO.

SAEPE incendor iniusta indignatione, & cupiditate vindictae. Adde malas execrationes, quae ex cupiditate nocendi erumpunt, & in uerorum amulatione. Doleo alterius potentiam aut autoritatem crebre, & premere eum cupio: Sum superbus, despicio pares, & me anteferri postulo: Sum suspicax, & ex falsis suspicionibus inuenio iniusta odia concipio, sero & confirmo discordias, saepe per uerborum & sermones, qui sauciant animos & accedunt odia, habeo quid liuoris & malevolentiae, delector obreccatione. Interdum

geniose depravo aliena dicta & facta, non studeo sanare offensio-
ne conciliare voluntates, sino crescere odia priuato liuore, vel
primata causa, maledico absentibus. Interdum officio contume-
rentes, impedio inuocationem meam & aliorum, excitatis
aut disidijs.

DE SEXTO.

HABEO errantes motus & flammam varias libidinum, indul-
gentia oculis & cogitationibus impudicis, contaminatur & corpus. Hæc
mea augeo intemperantia & crapula. His incendijs & crapulæ facti-
bus impedio pias meditationes & preces, & accerso beluinam
feritatem, cumulo mea impuritate iram Dei aduersus me, meam fa-
miliam & ciuitatem.

DE SEPTIMO.

FRIVO liberalitate parentum, aut stipendio publico, & non
bene colloco, defraudo meos fratres aut alios pauperes, sum iniustus
in contractibus, non studeo propter Deum seruare æqualitatem, ma-
gnæ solum debita præcia, exerceo auaritia pecuniæ quærendæ iniu-
stia, sumo mutuo varijs prætextibus, ac ne curo quidem soluere, reti-
neo res alienas, non sum fidelis & diligens in mandato labore, res vi-
tiosas vendo, res locatas corrumpo.

DE OCTAVO.

NON præsto candorem & veritatem, quam Deus requirit in
dictis & factis, admisceo sophisticam consilijs & negotijs aut doctri-
na, interdum propugno falsa ex odio, iracundia, aut iniusta pertina-
cia, aut adulatione, aut metu, in moribus etiam est hypocritis, simu-
latione virtutis, aut falsa iactantia. DENIQUE agnosco me
miserum in hac cæcitate & securitate horribiliter negligere iram
Dei, & multis modis aberrare ab eius præceptis, ac multis scandalis
alios ledere, & accersere mihi & alijs pœnas, nec posse me magni-
tudinem aut multitudinem meorum vitiorum aut lapsuum intelli-
gere, sed fateor me meritum esse præsentis & æternas pœnas, ac ve-
ro dolore elamo: Tibi tantum sum peccator, coram te malefeci, vt
iudicaris, &c. Vere doleo Deum à me offensum esse, & lædi ac pol-
luti Ecclesiam & reliquum genus humanum, & confugio ad Filium
Dei Dominum nostrum Iesum Christum propitiatorem, propter hunc
oro, vt Deus æternus pater Domini nostri Iesu Christi, bonus, sapi-
ens, iudex, & fortis, iram suam à me auertat, & mihi peccata remit-
tat propter Filium, & me sua immensa misericordia recipiat, sicut di-
xit: Vivo ego nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.
Ne polliceor me repugnaturum esse peccato, & nihil facturum contra
consci-

conscientiam, & oro Deum, vt me regat Spiritu sancto suo, & à nobis tanquam ministro Christi peto, vt vocem Euangelij mihi annuntietis, cui credo, & simul Ecclesiæ promitto, me mores emendaturum esse, & scandala vitaturum.

Ad talem aliquam formam generalem rudiores assuefaciendi sunt, vt cogitent quid agant, cum petunt absolutionem, seq; ipsi seruentur, agnoscant se magnos & complicates lapsus habere, & gradus considerent, discant ex ipsa Decalogie intelligere latentes morbos, vt repugnare suis vitijs, & se mitteri incipiant. **DE NI QU E** quomodo existere dolor in animo test, sine aliqua cogitatione nostræ miseræ? Non frustra dixit Christus, Spiritus sanctus arguet peccatum. Id autem fit cogitatione tibi & iræ Dei, & nostræ immundiciæ. Vt igitur Spiritus sanctus arguat te, & tibi veros terrores incutiat, ac corrigat securitatem & festinam, vt expauescas, & te Deo subijcias, & abijcias te infra cæterumines, aspice vtrunq; scilicet, verbum Dei, & tuos furores, redandas ad petendam absolutionem securus, & sine gemitu, sicut Iosephus Lucæ 18. qui inquit: Non sum sicut cæteri homines. Erubesceret talem aliquam generalem confessionem sæpe in coactione aut Catechesi proponere.

N V N C redeo ad disputationem de enumeratione singulorum, quam his duobus prætextibus quidam necessariam esse credunt:

Non potest fieri absolutio sine cognitione,

Hic petenda est absolutio,

Ergo cognitio est necessaria.

R E S P O N D E O ad maiorem. Differunt iudicium & ministerium Euangelij. In iudicio necesse est fieri cognitionem: At ministerium Euangelij est mandatum certum impertiendi beneficij, scilicet pronuntiandæ remissionis peccatorum, siue nota sint, siue ignota. Præmissa enim remittuntur, quæ nec meminit nec intelligit ille ipse qui absoluitur, & fide vox absolutionis accipienda est. Non hic disputandum est, an forma iudicij satis seruata sit, nec nitatur fides illo operi Sacerdotis, sed intueatur Christum propitiatorem, propter hanc suam iram Dei à nobis auerti, & hanc voluntatem Dei sciat in voce Euangelij nobis patefieri & annuntiari. **D A V I D** patore & misericordia extinctus esset, cum obiurgaretur a Nathan, nisi postea etiam absolutionem audiuisset: Dominus abstulit peccatum tuum. Hac voce data audita, rursus acquiescere, reuoluerere, & Deum invocare cogit. Sic autem quisq; nunc cogitat, si singulari voce tali Deus significet se mihi ignoscere, bene mecum ageretur. Hæc imaginatio corrigenda est, considerata voce Euangelij seu absolutionis. Hoc ipsum nunc & vnicuique nostrum annuntiat vox Euangelij seu absolutionis.

Davidi de remissione dictum est: Nec minus Evangelio sonanti ministris credi oportet, quam tunc Davidem credere oportebat.

Hæc est igitur vera & firma responsio ad argumentum, Absolutio non fit sine cognitione, verum est in iudicio, sed non in hac functione ministerij Evangelici, quo tribuitur nobis beneficium. Et illuc respicit ministerij, cum homines admonentur de discrimine iudicij ministerij. Nam ministerium ad conscientiam pertinet, & est testimonium diuinæ absolutionis. Sed iudicium alia res est, & ad manifesta crimina pertinet. Nemo sine cognitione excommunicandus aut recipiendus est, sed ibi fit cognitio non de conscientia, sed de externis moribus, & ea absolutio coram Ecclesia valet, etiam si is qui absoluitur, simulat tantum penitentiam.

Quod autem Evangelium publice multis & priuatim singulis applicari possit, testatur hæc sententia: Quorum remisistis peccata, remittentur eis. Item, Quoties in me peccabit frater, & remittam ei? Loquitur enim de Remissione non posse remittere peccata, id verum est, sed annuntiare verbum Dei, id possunt, & debent, quo Deus testatus est sese remittere. Remittit enim Deus per ministerium Evangelij & Sacramentorum. Ac satis apparet eos non attendere, quid sit vox Evangelij, aut ministerium, qui non volunt expresse annuntiare remissionem. Ideo autem misit Deus Filium, ut hanc arcanam voluntatem de remissione peccatorum ex suo Patris prolatam patefaceret, & annuntiare eam in Ecclesia iuberet. & Sacramenta sunt applicationes remissionis, id est, testantur beneficium Evangelij ad singulos pertinere. Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, id est, Ego mandato Dei profiteor te mihi recipi ab hoc vero Deo, qui est æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, & à filio eius Domino nostro Iesu Christo, qui pro te passus est, & à Spiritu sancto qui datur in corda reconciliatorum ut eos regat, & inchoet vitam æternam. Remitti igitur tibi peccata, & te fieri heredem vitæ æternæ testor.

Quidam nouo commento deinde Canonem de Enumeratione hoc modo: Consensus perpetuus Ecclesie videtur esse dogma à Spiritu sancto traditum: Semper autem fuit mos Enumerationis in Ecclesia: Necessè est igitur eum remitti.

Respondedo ad minorem: Mos fuit manifesta peccata recitandi & deplorandi, sed vetustas non mandauit singulis arcanam recitare: Sicut clare Chrysostomus inquit in enarratione Psal. 50. Si patet alicui dicere peccata, dicito eo quotidie in anima tua, non dico ut confitearis conseruo tuo, ut tibi exprobrer, dicito Deo, qui sanat ea. Et citantur similia dicta ab alijs, quæ opponi possunt ijs, qui allegant perpetuum consensum, ut superstitiosissimam Canonis acerbitatem defendant, qui conscientijs laqueos iniicit. Est autem pij patris

floris, prospicere & cauere conscientiarum pericula, & doctrinae corruptelas, & tamen videre, quomodo pie retinenda sit disciplina.

DE SATISFACTIONE.

Vetus mos in Ecclesia fuit, non recipere lapsos, qui deinceps ab Euangelio metu suppliciorum, aut polluti fuerat cæde amantibus libidinibus, nisi prius castigatos. Et hic mos cum exemplarum initio sic seruabatur, vt alij admoniti diligentius regerent mores, vero explorarentur animi, an serio redirent ad Ecclesiam. Fuitque res politicus ritus, non pertinens ad conscientiam seu remissionem peccatorum coram Deo. Sed postea vt fit, multæ superstitiosæ opinioniones accesserunt, ex quibus deinde inextricabiles labyrinthi sunt. Quare necesse est de hac parte Ecclesias recte doceri, præsertim cum in refutatione errorum simul multæ grauissimæ res exploranda sint. Illustratur doctrina de remissione peccatorum, monstratur leserimen remissionis culpæ, & remissionis poenarum temporales, recitantur poenæ temporales, in quibus vult Deus iram suam aduersus peccata conspici, vt in poena Dauidis, Manassæ, &c. Traduntur serimen verorum & commentitiorum cultuum. Has tantæ complecti necesse est. **A**c vt de externo ritu harum castigationum initio dicam, arbitror morem à primis Patribus sumtum esse. Non vestigia manserunt etiam apud Græcos, vbi aliquis eadem poenam fecerat, aut commiserat incestum, excommunicabatur, hoc est, excludebatur ex consuetudine communium officiorum, & addiebantur signa quædam in vestitu, quæ significabant, eum hominem, reum pollutum & vitandum esse, ac nemo vna cibum capiebat, donec illa signa reatus gerebat. Erant etiam certæ imprecationes & diræ, quæ contra pollutum dicebantur. Sic Phoenix apud Homerum narrat, contra se propter stupratam conjugem patris, diras recitatas esse.

Et Orestes discurret in Græcia, abstinentes ab aliorum comitiis, ac gerens signa reatus, & passim multa exempla inueniuntur, vt Philæi, Antilochi, Adrastii, qui ad Cræsum venit, gerens signa reatus. Hac exempla satis apparet à primis Patribus sumta esse, qui hæc reatus disciplinæ causa obseruauerunt, vt homines cogitarent magnitudinē iræ Dei aduersus pollutos, & eo magis abhorrent à talibus sceleribus. **H** v i s vetusti moris imago, etiam in Ecclesia in excommunicatione seruata est, excludebantur lapsi ex communi consuetudine, ac denuntiabatur eis ira Dei, nec denuntiatio illa fuit irrita, sed denuntius sequebantur poenæ, & cum petebant se recipi lapsi, aliquot diebus ante absolutionem explorabantur, stabant extra locum cœnæ Domini cum signis reatus, id est, plorantes & sordidati, & publice petebant absolutionem. Hac promulgata rursus admittebantur ad cœ-

Domini, & recipiebantur in consortium. Hunc ritum
sæpe castigationis & explorationis nequaquam improbamus, imo
cremum eum grauius sine falsis opinionibus, sine superstitione, si-
mmodicis oneribus seruari, vt prodesset exemplum ad discipli-
nam, vt laudat Ecclesiam Corinthiam Paulus 2. Cor. 7. quod grauius
pœne censuram contra incestum exercuerat, quod eum excluderat, po-
stea vero publice declarantem penitentiam receperat: Tristitia, in-
quit, vestra, quantam excitauit indignationem, zelum & vindictam,
id est, penam, videlicet, ipsam excommunicationem polluti supro-
porece.

SEd post Apostolos superstitione creuerunt cano-
nes multarum, indicebantur aliquot anni ieiuniorum, & accedebat
falsa persuasio, hæc opera mereri remissionem peccatorum & com-
pensationes esse pro peccatis. Ideoque satisfactiones vocabantur. Ita
obscurebatur lux Euangelij de fide accipiente remissionem propter
Christum. Tandem Canones illi cum iam intolerabiles essent, reli-
cti & neglecti sunt, nomen mansit & umbra, de qua disputant Mo-
nachi, & multas corruptelas Euangelij hic gignunt, de quibus breui-
ter dicam. PRIMVM autem sciendum est, satisfactiones hic non
intelligi ciuiles satisfactiones, vt qui defraudauit alios, compensare
formam debet, qui alterum iniuria affecti, qui conuiciatus est, aut in-
iuriam violentiam exercuit, læso satisfacere debet, & retractare con-
uicta, ac pro violentia pœnam subire, hæc sunt opera debita, & ad
contritionem pertinent, iuxta illud: Desinite malefacere. Qui alte-
rius virorem raptam derinet, non habet Contritionem, donec eam re-
tinet. Sunt igitur ciuiles illæ satisfactiones rerum & famæ restitutio-
nes, opera debita, mandata lege Dei, necessaria ad veram contritio-
nem, & bonum propositum, ac bonam conscientiam.

AT Monachi hic definiunt Satisfactiones opera non debita, quibus volunt
remitti pœnas purgatorij, aut certe alias pœnas temporales. Sic enim
dicunt, Deum, cum sit misericors, remittere culpam, sed cum sit et-
iam iustus & vindex, mutare pœnam æternam in temporalem Purga-
torij. Deinde addunt, partem pœnarum remitti potestate clauium,
partem redimendam esse satisfactionibus. Hæc est summa commen-
ti. Recte autem fatentur, non remitti culpam propter satisfactio-
nem, sed postea de compensatione pœnæ æternæ hallucinantur. Er-
ror est enim sentire, quod æternæ pœnæ remittantur propter nostram
compensationem, & multo absurdus est, quod fingunt propter
opera non debita remitti, de quibus dictum est: Frustra colunt me
mandatis hominum.

Si ergo sentiendum est, iungantur
remissio culpæ & mortis æternæ. Id enim vnum & idem beneficium
est Christi gratuitum, ac tollere culpam, est placare iram Dei, nec
aliud est mors æterna, quam sentire horrendam & inenarrabilem
iram

iram Dei manentem, sicut Iohannes inquit: Ira Dei manet super eum. Sciamus igitur culpam & mortem æternam, simul tolli propter Christum, non propter ullam nostram compensationem. Ideo Paulus inquit: Aculeus mortis peccatum est, Deo autem gratia, qui dicit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Et Rom. 8. Donum Dei vita æterna per Iesum Christum. Et Osè. 13. Ero mors, & pestis tua inferne. Ideo sentiendum est, fide propter Christum gratis nos liberari à culpa & à morte æterna. Sicut Paulus inquit: Iustificati fide pacem habemus erga Deum. Christi beneficia hæc sunt, Tollere culpam & mortem æternam, id est, placare iram Dei. Quare Christum contumelia afficit, si quis remissionem mortis æternæ transfert in nostram compensationem.

SECUNDO. Quanquam non diuelli debent remissio culpæ & remissio mortis æternæ, tamen necesse est discerni remissionem culpæ à remissione penarum temporalium huius vitæ. Imo quando de poenitentia cogitamus, magnitudo iræ Dei consideretur in poenis temporalibus huius vitæ. Et si enim multa causa sunt, quibus electis cruci subiecta sit, tamen præcipua causa est, Peccatum factum in carne. Totum genus humanum oppressum est ingentibus calamitatibus & morte, sed magis etiam Ecclesia. Quia vult Deus in Ecclesia intelligi iram aduersus peccatum, quam mundus contemnit. Ideo Ecclesiam duriore sarcina onerat, vt agnoscamus nos circumferre poenas, esse reos, & Deum vere irasci peccato, sed propter Filium non recipi. Adam etsi agnouit se recipi in gratiam, quia filius Dei rogare humano deprecatus erat, & illud mirabile decretum de reuocatione humani generis in consilio æterni Patris, Filij, & Spiritus Sancti factum erat: tamen subiectus est corporalibus poenis, vt agnosceret suum lapsum, & secuta sunt tristissimæ castigationes, in quibus dicit Adam vere sibi circumdari signa reatus, vt ingentem luctum propter scelus Cain & necem Abel, & similia multa, quæ totam vitam runt miserimi parentes. Præterea præter communes ærummas dicitur & singularibus poenis propter priuata quædam peccata perire. Dauid propter adulterium quantas ærummas sustinuit longo tempore? Primum stuprata est filia, stuprum cædes filij secuta est. Deinde mota seditio à filio, stuprata coniuges, interfecti ciues, pater publicè est, & minus fuit Dauidem regno spoliari, quam exui ingentibus virtutis & fauoris Dei. Hic se vere sensit excommunicari, & sustulit tantas miseras & dolores tanquam signa reatus circumdari, non à homine, sed à Deo, vt agnosceret Deum vere irasci peccato, se sibi subijceret, non arrogaret sibi laudem iustitiæ, nec esset se superiorem peccatores. Item vt alij hoc exemplo moneantur. Sic poenitentia sunt peculiaribus supplicijs Samson, Salomon, Osiâ percussus, Iosias,

Nabuchodonosor, & alij sancti innumerabiles, quotidie tales
 pœnas peculiâtes sustinent. Nec loquor de impijs & reiectis,
 sed de scelerata enormia, Deus, cum sit custos politicæ iusticiæ & fo-
 raris, regulariter insignibus supplicijs in hac vita punit, vt de Ca-
 saribus, Nerone, & quotidianis latronibus, sed de Ecclesia & de sanctis
 pœnas horum multi lapsus omnibus temporibus peculiaribus pœnis
 sustinentur. Iuxta hoc dictum Psal. 88. Visitatione in virga iniquitates
 vestras. Item: Iudicium à domo Dei incipit.

TERTIO sciendum est, etsi sustinent conuersi pœnas temporales, tamen hæc prorsus
 nihil pertinent ad potestatem clauium, nec imponuntur, nec remittuntur
 potestate clauium, vt res ipsa ostendit, nec mortem, nec mor-
 bos, nec bella imponi aut tolli posse à ministris Euangelij. Sed his
 reatibus sunt nos Deus tanquam signis reatus circumdari, cum certa
 peccata puniat, vt nos ipsos & alios de iudicio suo aduersus peccatum
 admonere. Et quoniam hæc pœnæ plerumq; sunt exempla, multi in si-
 gnibus calamitatibus onerati, tanquam in spectaculo monstrantur.
 Num Davidis expulsio, quam triste spectaculum fuit? Quam atrox
 tragedia est Mauricij Imperatoris interitus? Hunc cum Phocas ex
 his retractasset, iubet eum ad se cum coniuge, filiabus & filijs adduci:
 hic primum filias, inspectantibus patre Mauricio & honestissima
 coniuge, interfici mandat, postea filium adolescentem, aberat autem
 matris natu apud nutricem, hunc cum afferri iussisset, nutrice ma-
 trimo affert non alumnus, sed suum filium. Tanta erat fides in eo
 matris. Sed cum aspexisset puerum Mauricij, interpellat Phocam
 monens hunc alienum esse, nec se velle calamitatem suam in amicum
 delinere. Affertur igitur Mauricij filius, ac interficitur. Postea mise-
 ranter trucidatur. In tanta calamitate nulla vox impia ex Mauri-
 cio audita est, sed astitit spectator harum ingentium ærumnarum, &
 confessionem suæ culpæ edidit, inquit: Iustus es Domine, & re-
 ctum iudicium tuum. Postremo & ipse occisus est. Fuit autem Mau-
 ricij & alij magnis virtutibus præditus, & Christianæ religionis
 amator. Sed cum esset iracundior, quædam fecit asperius, ideo in has
 pœnas incidit, ante quas admonitus egit poenitentiam. Sed Deus hac
 calamitate & in ipso augere poenitentiam, & alios de suo iudicio ad-
 monere voluit. Satis autem intelligi potest, has pœnas nihil perri-
 nisse ad potestatem clauium.

QUARTO: Nec sunt hæc pœnæ compensationes Purgatorij, aut pro morte æterna. Imo multorum
 calamitates, vt Iohannis Baptistæ, Ieremiæ, Iesaiæ, longe alias caus-
 as habent, nec sunt pœnæ propter ipsorum delicta aliqua irrogatæ,
 sed Deus ipse Iob excusat. **CAUSSÆ** igitur aliz, cur Eccle-
 sia subiecta est cruci, cognoscendæ sunt, quas quidem prodest sæpe co-
 gnoscere. Possunt autem hoc ordine numerari.

PRIMA est: Peccatum commune generis humani, propter quod omnes homines vniuersaliter subiecti sunt morti. 11. Cum mundus non agnoscat illum morbum & contemtum Dei, & iram Dei aduersus hoc malum, Deus magis premit Ecclesiam, vt agnoscat hoc mala, vt vocemur ad pœnitentiam. 111. Quia Diabolus inuoluit se scruit in Ecclesiam. 1111. Vult Deus crescere in inuoluntatem infirmitatis nostræ, & deponere nos fiduciam nostræ, & deinde inuocationem Dei, ideo magis exercet sanctos, vt Paulus inuoluit. Responsum mortis in nobis habuimus, ne essemus confidentes in virtuti, sed inuocaremus Deum. v. Vt afflictiones sint testimonia immortalitatis, & futuræ gloriæ. Quia enim hic non est timor inter Nerone[m] & Paulum, postea futurum esse necesse est.

vi. Vt afflictiones sint testimonia doctrinæ. Quia enim sancti ferunt confessionem suæ vitæ, apparet eos serio sic sentire. vii. Vt efficiamur similes imaginis filij Dei. Sic Abel, Isaac, Iacob, Ieremias, Iesaias, fuerunt typi Christi. viii. Sæpe calumnies sunt pœnæ certorum delictorum, vt Dauidis, Manassæ, & regis Babylonicus morbus. ix. Vt appareat sanctos obedientiam præstare, non suæ voluptatis causa, sed propter Deum. x. Ecclesia sciat se non humanis præsidijs niti, sed habere cultum. Ideo exercetur Abraham periculis peregrinationum, in quibus circumfert doctrinam. Sic populus retinetur in deserto, &c.

HÆC tota doctrina de præcipuis fontibus calamitatum manarum ignota est Philosophiæ, quæ putat mortis humanitatis esse materiæ fluxibilitatem, sicut beluinarum, & ceterarum miserias aut casu, aut humana imprudentia. Sed Ecclesia mouet alias potiores causas. Omittantur ergo fabule de compendioso Purgatorij, quæ nulla habent testimonia in scriptura Prophetica Apostolica, & cogitentur aliæ maiores causæ calamitatum, vt Dei agnoscamus & expauescamus, & rursus veram confessionem nobis proponamus. Deniq; sciamus hunc extremum finem esse omnium calamitatum, vt crescant Fides & Inuocatio. Iuxta illud: Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te. QUINTA. Deus sæpe punit certa peccata certis pœnis, tamen sciendum est pœnas mitigari nostra pœnitentia, aut proflus remitti, vt patet historia Ionæ. Et Iesa. 10. dicitur: Si fuerint peccata vestra candida vt nix. Item: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Ierem. 3. Conuertimini filij, & sanabo auersionem vestram. Et 30. Castigabo te in iudicio, ne tibi innocens videaris, id est, pœnebo te de tuo peccato castigatione aliqua, nec tamen pœnitentia. Ioel 2. Conuertimini ad Deum, quia misericors est, &c. & ceteris pœnam. 1. Corint. 11. Si nos ipsi iudicaremus, non iudicauerimus.

PERTINENT huc & illa dicta, quæ petunt mitigationem in
 re, & simulantur peccata mereri maiorem pœnam, sed Deum
 re infirmitati nostræ, vt: Si iniquitates obseruaueris Domine,
 sustinebit? id est, Si pœnas omnes exequi velles, subito omnes
 ingueremur. Item, Domine, ne in furore tuo arguas me. Misere
 re Domine, quoniam infirmus sum. Ierem. 10. Corripe me Domi-
 ne, vt non in furore tuo, ne ad nihilum redigas me.
 Ierem. 17. Quomodo dabo te Ephraim, quomodo affligam te Israël?
 Iste te delerem sicut Adama & Seboim. Cor meum mutatum est in
 cinis, exarsit commiseratio mea. Non faciam furorem iræ meæ, non
 delebo Ephraim. Quia Deus ego sum, & non homo, in medio tu
 sanctus. Id est, Cum inter vos me patefecerim, meum verbum vobis
 tradiderim, nolo vos profus deleri, Reliquias inter vos seruabo.
 Habac. 3. Cum iraseris, misericordiæ recordaris. **P**OSTRE-
 MO semper in conspectu sit dictum Ezech. 33. quod etiam de mitiga-
 tione pœnarum concionatur: Vivo ego nolo mortem peccatoris, sed
 vt conuertatur & viuat. Pertinent huc & plurima exempla eorum,
 quos sanat Christus, quibus præsentis pœnæ remittuntur. **H**AS
 sententias & similes quotidie nobis in preceatione proponamus, cum
 de publicis & priuatis pœnis cogitandum est, & petenda mitigatio.
 Iste nos argumt de his sententijs admoneant, & meminerimus
 nostram, castigari nos præsentibus pœnis, & mitigari eas nostra
 penitentia & inuocatione. Hanc esse sententiam multorum aliorum di-
 ctorum etiam iudico, vt, Eleemosynæ liberant à peccato, videlicet
 quod ad præsentis pœnas attinet, id est, merentur mitigationem ca-
 lamitatum huius vitæ. Hæc doctrina de pœnis præsentibus, & earum
 mitigatione utilis est, ac pijs mentes de multis magnis rebus admo-
 net, de ira Dei, de causis multarum magnarum calamitatum, de pro-
 mptibus diuinis, de exercitio fidei & bonorum operum. Doce-
 mus enim tota penitentia mitigari pœnas hominum, non illis riti-
 bus satisfactionum, de quibus Monachi loquuntur, quos dicunt esse
 opera indebita, & valere etiam cum sunt in peccato mortali. Sed
 multa sunt deliramenta in opinione Monachorum, quorum aliqua sa-
 tisfactions sunt.
SEPTIMO: Satisfactiones Monachorum ob-
 scurant legem & Euangelium, & amplificat dignitatem traditionum
 humanarum. Fingunt enim in satisfactionibus aliquid amplius fieri
 quam legem Dei, somniant reliquis operibus legi Dei satisfactum
 esse. Necessè est autem in Ecclesia extare hanc doctrinam, quod in
 hac vita procul absint etiam renati à perfectione legis. **D**EIN-
 DE obscurant Euangelium, quia fingunt mortem æternam nostra
 compensatione aboleri: Imo indocti facile transferunt satisfactiones
 nostras ad remissionem culpæ.

TERTIO

TERTIO amplificat traditiones humanas, definiunt enim satisfactiones esse opera non debita, hoc est ceremonias humanas, certorum dierum ieiunia, certorum ciborum abstinentiam, certorum precum lectionem. Necessesse est autem in Ecclesia extare hanc vocem: Frustra colunt me mandatis hominum, id est, observationes humanae non sunt cultus Dei, ac multo minus aeternitatis causa, ut sint compensatio pro morte aeterna.

Ex his omnibus colligitur, etiam si vetustas ritus aliquos habuit, quibus polluti à ceteris liberabantur, tamen opiniones Monachorum de Satisfactionibus & Compensationibus commentitias & inanes esse. Falsum est enim mortem aeternam aboleri nostra compensatione, sed pia mētes deducendae ad Christum propitiatorem, & lux fidei retinenda est, ut meminerint agnoscatur. Hæc docet gratis, non propter nostra opera, salutem & mortem aeternam, & tamen interim sciendum est, quod cruci subiectam esse, & sæpe puniri certa delicta certis penis mortalibus: Has vero mitigari tota poenitentia nostra, & delictis operibus. Quare ut poenitentia crescat, accendatur studium profectus bonis operibus vocationis, & vniuersa obedientia Deo debita, ut discernantur veri cultus ab observationibus humanis. CLARUM est alij de ceremonijs Canoniarum satisfactionum quantum voluerint, tamen hæc quæ dixi, vera, perspicua, firma & pijs vtilia sunt, & Ecclesia sæpe proponenda.

Nec ego ignoro quæritur quæritur prætextus ad defensionem eius ceremoniarum. Sophistica enim ista est. Allegant Cyprianum, qui de censura loquitur, quæ erat mos publicus, ad exemplum pertinens, non ad remissionem peccatorum. Denique opiniones Monachorum de compensatione peccatorum peccatorij, &c. nondum natæ erant Cypriani tempore.

Quædam contendunt, Satisfactionem castigatorem retinendam esse, sicut ceptum castigauit Paulus. Ea castigatio erat excommunicatio, cum sit vero iudicio, est graue fulmē, addit enim Deus poenas, ut scriptum est: Maledicam maledicentibus tibi. Toties autem dicitur, contumaces excommunicatione feriendos esse. Si vult Ecclesia exempli causa cum quadam grauitate & moderatione addere poenas in recipiendis lapsi, talis mos non improbat, modo non mittantur opiniones de compensatione. Nec fingatur mos ille necessarius esse propter compensationem poenarum aeternarum, aut purgationis, sed olim superstitione ritus satisfactionum creuerunt. Obijciunt aduersarij hæc argumenta: Sicut misericordia Dei est remittere poenas sic iusticia est punire. Necessesse est igitur fieri commutationem poenarum, sicut non remisit Adæ & Dauidi sine poena.

Respondeo: Verum est antecedens. Est iusticia Dei punire, & poenitentia poena ac placans iram Dei, translata est in filium. Deinde in commutatione

in vniuersaliter punit Deus peccata in contritione, sicut inquit
 Iob: Sicut leo contriuit omnia ossa mea. Hic dolor in Adam, in
 Noe, & alijs pijs multo acrior est, quam mors ipsa. Deinde punit
 etiam delicta certis pœnis præsentibus, sæpe tamen etiam parcit,
 omnes pœnas exequitur. Nam hæc infirma natura tantam iram
 sustinere non potest, sicut dicitur: Si iniquitates obseruaueris Domi-
 nus, quis sustinebit? Et Psal. 77. Et non accendit omnem iram suam.
 Vult enim non subito extingui homines, sed manere Ecclesiam,
 multos esse idoneos ad labores vitæ & Ecclesiæ necessarios. Parcit
 igitur multis, vt hanc militiam tolerare possint.

O B I I C I V N T

quædam, nos ipsi iudicæmus, non iudicæmur. Ne igitur Deus cas-
 tiget, recte facit Ecclesia, imponens pœnas, vt anteuertat diuinas.
 Hoc argumentum cum sit speciosissimum, diligenter considerandum
 est. Nam hic in re maxima fit insignis confusio hypocriticæ & veræ
 castigationis.

P A V L I dictum salutaris doctrina & consolatio
 est, loquitur de tota pœnitentia: Si nos iudicæmus, id est, si nos
 ipsi accusæmus, & castigæmus vero dolore, & conuerteremur, non
 iudicæmur pœnis à Deo. Sicut sententiæ supra citatæ docent, pœni-
 tentia tolli vel mitigari pœnas. Iesa. 1. & Ioël 2. Conuertimini ad Do-
 minum, quia bonus est, & remittes pœniam. Et aliæ similes sententiæ.

Et recte sequitur: Castigante Ecclesia mitigari castigationem
 solam. Sed hæc non intelligantur hypocritice de ceremonijs, sed
 de vero ministerio Ecclesiæ, quæ pœnitentiam proponit, non in cere-
 monijs, sed in conuersione ad Deum. Est igitur vera castigatio, verus
 dolor cordis, & morum emendatio. Non est spectaculum certi ritus
 imaginari ab hominibus, vt fuerunt spectacula satisfactionum. Ec-
 clesiæ ministerium spirituale est, & de conuersione cordis ad Deum,
 de vero dolore, de vera renouatione spirituali concionatur. Hæc me-
 ritum mitigationem pœnarum, est enim cultus Deo placens.

Nec vero castigationes, aut vlla opera sine alijs partibus pœ-
 nitentiæ, id est, sine contritione, & sine fide merentur mitigationem.
 Quia opera sine timore & sine fide non sunt cultus Dei, quantumuis
 splendida sunt. Nam lex Dei de corde præcipit: Diligas Dominum
 Deum tuum ex toto corde, &c. Et Rom. 7. dicitur: Seruiamus in no-
 mine spiritus, non in vetustate literæ, id est, vera conuersione cordis
 ad Deum, non externis tantum officijs & ritibus. Diligenter ergo in
 hoc loco obseruetur hæc confusio, quod pro vera castigatione, id est,
 integra pœnitentia, proponunt vmbra, scilicet, externas ceremoni-
 as satisfactionum, cum dictum Pauli, Si nos iudicæmus, &c. trans-
 ferunt ad sua spectacula satisfactionum. Estq; fallacia à dicto secu-
 tari quid, ad dictum simpliciter, iuxta exemplum: Est homo pius,
 cito

ergo est homo, ubi umbra pro rebus ostenditur. **ORNANT** satisfactiones & titulo mortificationis, cum præceptum sit de mortificatione carnis, recte (inquiunt) Ecclesia imponit aliquas mortificationes agentibus penitentiam. Hic iterum admonendi sunt, ut discernant hypocrisisin seu opera indebita à mortificatione debita. Mortificatio non simulata, est aut verus dolor in contritione, impotentia sustinens veras afflictiones, vt Dauid obiurgatus à Natã, cum verè expauisset agnitione iræ Dei, & esset in uero dolore. Ita deinde cum calamitates quæ secutæ sunt perferret, sustinuit mortificationem, de qua dicitur 2. Corinth. 4. Vndiq; mortificationem habuit Iesu Christi in corpore circumferentes. Et Roman. 8. Vnus noster homo simul crucifixus est. Et Roman. 12. Exhibete corpora uestra hostiam uiuentem, rationalem, &c. Hæc dicta non de formâ toruitate, sed de uero dolore & uera tolerantia loquuntur, de qua in Psalm. dicitur: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et apud Petrum: Humiliamini sub potenti manu Dei, &c. Hæc patientia debitum opus est, & uerus cultus Dei, de quo aliàs dictum est. Hinc Ecclesia cruci subiecta sit, intelligit hunc cultum Deo necessario prestandum esse, & longe discernit à simulatis externis exercitijs commentitijs satisfactionibus. Nec sunt mortificationes sine merito Dei accersitæ corporis lacerationes, sicut sacrificiulli Baal flagrantia uulnera faciebant. Tales ulro accersiti cruciatus pertinent ad uiam, Frustrâ colunt me mandatis hominum. Item pagani cum præceptis, Non occides. Item, Habete honorem corpori, &c. Vnde enim Deus nos agnoscere, hanc nostram uitam, & mirificam consuetudinem ac sensuum naturam & harmoniam, suum opus & deum esse, imo & Dei imaginem continere. Ideo reuerenter tractari uultuari uult hominum naturam, non uult contaminari sceleribus, non uult corrumpi eam seu uoluptatibus seu cruciatu. Sed quia peccata hæret in nobis, alioqui satis erit calamitatum, quæ cito hanc mortalem naturam absumunt. Has ferre iubet, cum inquit: Sufficit uobis afflictio sua, id est, non accersite uobis ulro maiores calamitates, sed rectè tolerate illas, quæ propter mundi miseriam uos attingunt, non accersitæ. Hæc de uocabulo mortificationis utile est monitum, ut ab hypocrisis discernantur ueri dolores. Deinde est alia quædam uoluntaria diligentia coercendi carnem, uidelicet temperantia in potu, sedulitas in laboribus, acris intentio in studijs, præcautio contra alia negotia uocationis, reprimere errantes motus libidinum, ferre iracundiam. Hæc omnia sunt opera debita, & uirtutes, de quibus sæpe præceptum est. Luc. 21. Cauete ne corda uestra grauentur uelut uela. Roman. 8. Non exhibete membra uestra arma inuidiosæ. 1. Corinth. 9. Captiuo corpus meum, & in seruitutem rodigo.

Haec exercitia coercendæ carnis docenda, præcipienda & præcipiunt, non ut sint compensationes pro præteritis peccatis, sed neceps arceant peccata. Nam luxus, otium & negligentia inuicem vitia, vt dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & exiit ludere, & quotidiana vita declarat, verisimè dictum esse:

Luxuriant animi rebus plerunque secundis. Item:

Pectora dum gaudent, nec sunt astricta dolore,

Ipsa patent, blanda tunc subit arte Venus.

Ac potest esse diligentia coercendi carnem, etiam in non renatis, vt in Socrate, Pomponio Attico, & similibus fuerunt multa virtutes temperantia, continentia, mansuetudo. Sed in renatis aliæ sunt virtutes adiuvantes, & alij fines. In Ioseph hæc concurrunt, ipse regit oculos suos, & fugit adulterium, simul autem petit auxilium Dei, ut adiuuaretur, ne uincant illecebræ: Deinde suam continentiam refert ad gloriam Dei, non uult doctrinam scandalis deformare. Hanc lucrum pios intelligere oportet, & quia res difficilis est, ideo Paulus nonne mortificationis & hanc luctam comprehendit, vt cum inquit: Si uisiones carnis spiritu mortificabitis, uiuetis. Non enim tantum coherere præcipit, vt Socrates coërcuit, sed spiritu, id est, intuentibus Deum, deplorantibus infirmitatem naturæ, petentibus auxilium Dei, repugnantibus Diabolo. Sic & alibi dicit: Mortificate membra uestra, & uelociter cogitatione iudicij Dei, & fræneate prauos affectus.

Haec exercitia sciamus & debita esse & oportere esse perpetua, non ut satisfaciones certi temporis & modi erant. Ideo Ecclesia perpetuo ea præcipit in concionibus. Sed quæ singulis forma conueniunt, eamque conscientia & opportunitati relinquendum est, ne laquei conscientia inijciantur, & præscriptio certæ formæ, certorum ciborum ac ieiuniorum, cum sit traditio humana, pertinet ad regulam. Frustra colunt me mandatis hominum, & ad temperantiam non tantum conducit. Nos uerò memores simus perpetui mandati de temperantia & continetia: Ebriosi, Fornicatores, non possidebunt regnum Dei.

DE PRÆDESTINATIONE.

CUM nulla sit politia humana, nullus coetus magnus sine multis inijs, & omnes gentes aliæ alijs calamitatibus exerceantur, sapere quæritur animi hominum, an aliqua pars generis humani peculiariter curæ Deo sit, & quæ sit illa pars, an Deus aliquos audiat, aliquibus operam ferat, an aliquid agat cum ullis, nisi ut mouent causæ secundæ. Deinde accedit difficilior quæstio, cum res ipsa loquatur, nulla imperia perpetua esse, & magnas accidere omnium gentium dissipaciones, ubi mansura sit Ecclesia Dei in hoc mundo. Vidit eam

Iohann

Iohannes Ephesi, Smyrnæ, & locis vicinis. Nunc in iisdem locis omnia plena sunt Turcicis furoribus damnantibus Euangelium, nec sceleris vlla perpetua est Ecclesiæ Dei in hac mortali vita. Aduersus hæc questionem firmis & illustribus testimonijs Deus ipse nos monuit ac primum esse aliquem cœtum quem diligit, curet, & æternis bonis ornaturus sit, ipse manifestis miraculis declarauit, ad quæ oculis miraramur, vt nos confirmemus, ad seruationem Noë in diluuiio, ad restitutionem mortuorum factam à Christo, Prophetis & Apostolis. Hæc omnia testantur esse cœtum illum Deo curæ, cui exhibentur beneficia, & Deum vere illis adesse, & multa agere præter ordinatum motum secundarum causarum. Est igitur aliqua Ecclesiæ Dei mortuum genus humanum ad interitum, & præsentis miseris æuæ materiæ pereuntis conditum est, vt poma aut pecudes, quarum materia ruit subinde, aliam formam in his vicibus generationum corruptionum induens. Esti vero oculi vident humana corpora nulli militer obnoxia esse morti, tamen illa miracula & resurrectione mortuorum, testantur, humanum genus aliter, & ad alios fines conditum esse, ac Ecclesiæ patefacta est origo hominum, & causa mortis & restitutionis humani generis. Hæc doctrina humanis opinionibus & illis de materia speculationibus opponenda est, & cogitandum minus beneficium Dei esse, quod sese patefecit humano generi multis & tam illustribus testimonijs, quam ipsam rerum creaturam. Quamquam autem assidua & magna sunt regnorum ruinae, tamen mansuram esse Dei Ecclesiam, sciamus ex ipsis Dei testimonijs, vt hanc consolationem teneamus, vtile est aliquid de electione seu de prædestinatione præcipere. CHRISTVS inquit, Iohannes. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego noui eas, & sequantur me. Ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & ego recipiet eas de manibus meis. Et Ephes. 1. dicitur: Elegit nos in Christo ante creationem mundi. Et 2. Timoth. 2. Fundamentum Dei firmi- ter, habens hoc sigillum, nouit Dominus suos. MANUS est igitur semper aliqua electorum Ecclesiæ, quam Deus mirabiliter etiam in hac vita seruat, defendit & gubernat, sicut Iesai. 40. dicitur. Portamini in utero meo, gestamini in meo aluo, vsq; ad senectutem portabo, id est, etiam vltimis tristissimis temporibus ego senectutem Ecclesiam portabo, ego feci, ego feram, ego gestabo & habebam &c. Talibus sententijs ac promissionibus consolemur nos, contra his confusionibus & ruinis imperiorum solliciti quærimus vbi man- ra sit Ecclesiæ. SEMPER autem disputatum est de causa electionis, sicut fratres duo Cain & Abel disputarunt, cur alter altere- larus sit. Disputarunt item Esau & Iacob, ac plerunq; hi qui ambigunt

omnis aut legis doctrinam norunt, cogitant ut de iudice humano, sicut electionis legem esse, seu nostra merita & dignitatem. Sic aut sentiebant, sic scripserunt plerique Sententiarij. Sed nos tenemus has tres hypothesas. **PRIMA** est: Nec ex ratione, nec ex iudicando est de electione, sed ex Euangelio. **ALTERA**

Totus numerus saluandorum propter Christum electus est. Quia nisi complectamur agnitionem Christi, non potest de electione disputari. **TERTIA** est: Non aliam iustificationis, aliam electionis causam queramus. Ideo Petrus est electus, quia est membrum Christi, sicut ideo iustus est, id est Deo placens, quia fide factus est membrum Christi. Vt igitur cum de iustificatione loquimur, ab Euangelio, seu agnitione vocis Euangelij ordimur, sic de electione dicturi complectamur vocem Euangelij: Sic nobis iudicandum est, qui à Christi agnitione & Euangelio ordiri debemus.

QVÆRAMVS ergo promissionem, in qua voluntatem suam expressit Deus, & sciamus esse aliam voluntatem querendam de gratia extra verbum, sed nullam Dei immutabile esse, ut audiamus filium, sicut dixit, Hunc vocare. Hæc vox promissiones omnes complectitur. Sit igitur in sum animis, & in quotidiana inuocatione semper cogiteur mandatum Dei æternum & immutabile esse, ut promissioni gratiæ credamus, quæ est summa Euangelij, sicut perpetuo consensu docent Prophetæ, Christus & Apostoli, ut Ioh. 3. dicitur: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum dederit, ut omnis qui credit in eum non pereat. Et Iohan. 6. Hæc est uoluntas Patris, ut omnis qui uide in filium, habeat uitam æternam. Deniq; hæc propria & præcipua vox est Euangelij.

Vt autem prædicatio penitentiae uniuersalis est, & omnes arguit, ut Roman. 3. clarè dicitur: ita & promissio gratiæ est uniuersalis, ut multa dicta testantur. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Iohan. 3. Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat. Roman. 3. Iusticia Dei per fidem Iesu Christi quæ est in omnes, & super omnes credentes. Rom. 10. Idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant eum. Roman. 11. Concluit Deus omnes sub inobedientiam, ut omnium misereatur, id est, arguit omnium inobedientiam, omnes uocat ad penitentiam, omnes etiam omnibus misericordiam offert.

Sic & Iesaias in uisus conceione ponit uniuersales particulas cap. 53. Omnes nos quasi oves errauimus, & posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum. Actor. 10. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui erant in eum. Actor. 13. In hoc omnis qui credit, iustificatur. Sic intelligantur simpliciter & hæc dicta. Deus uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Act. 13. Non est

acceptor personarum Deus. Deut. 10. DEVS potens & terribilis non accipit personam & sæpe alibi. Cum enim sit iustus Deus, etiam illis æqualibus. Omnes arguit propter peccatum: E contra contra qui confugunt ad Filium recipit. POST QUAM constitutum est promissionem esse vniuersalem illud etiam sciendum est gratiam esse, id est, recipi nos propter Filium Dei, non propter nostram dignitatem, &c. Omnes sumus rei, & vt Pauli uerbo utar. Omnes reus sumus sub peccatum, & Paulus sæpe ac diligenter inculcat peccatum Gratis. Tradidit igitur promissionem statim primis partibus & sæpe instaurauit, & late sparsit. Imo per Apostolos circumuenit omnes gentes, quia uult Ecclesiam æternam filio colligi. Causa igitur reprobationis certum est hanc esse, uidelicet peccatum in huiusmodi, qui prorsus nõ audiunt nec accipiunt Euangelium aut quæ faciunt fidem antequam hinc discant. In his certum est causam reprobationis peccatum ipsorum & humanam uoluntatem. Non nisi causa est sententia. Deum non esse causam peccati, nec uelle peccatum. Nota est enim vox Psalmi, Non Deus uolens iniquitatem. Et Osee 13. dicitur: Perditio tua est Israël, tantum in me uultum tuum est. Saul uolens effudit Spiritum sanctum, uolens moueri spiritui sancto repugnauit. Hæc de causa reiectionis seu reprobationis certa sunt, Promissio enim requirit fidem. E contra uero creditur, causam electionis esse misericordiam in uoluntate Dei qui uult perire totum genus humanum, sed propter Filium colligit & benedicit Ecclesiam. Hoc uult Paulus, cum 9. capite ad Romanos cauetur. Misereor cuius misereor. Negat propter legem, propter peragatiam generis, homines electos esse ut fiat illustris, propter Filium electam & conditam esse Ecclesiam, sed tamen in accipientibus currere oportet apprehensionem promissionis, seu agnitionem Christi. Nam ideo electi sumus, quia efficiamur membra Christi. Regni in iustificatione diximus, aliquam esse in accipiente causam non dignitatem, sed quia promissionem apprehendit, cum qua Spiritus sanctus simul est efficax, vt Paulus inquit, Fides ex auditu est, ita de electione à posteriore iudicamus, uidelicet haud dubie electos esse, qui misericordiam propter Christum promissam fide apprehendunt, nec abijciunt eam fiduciam ad extremum. Sic cum Iohannes dicitur esse, Nemo uenit ad me, nisi Pater traxerit eum: legitur dicitur. Omnis qui audit à Patre & discit, uenit ad me. Ordinat Deus trahit uerbo suo, & Spiritu sancto, sed audire nos oportet, & obediens id est, apprehendere promissionem & assentiri, non repugnare, ut indulgere dissidentia & dubitationi. ERSI autem multa disputantur durius, tamen quantacunque moles disputationum eueniat, necesse est in uero agone ad hanc arcem confugere, uidelicet, quod

iudicium Dei iudicandum sit ex verbo expresso, & quod promissio
 universalis, & quod sit mandatum Dei æternum & immutabile,
 esse Filium, & assentiri promissioni. Obtemperemus igitur, nec
 regentur animi, nec se mergant in tenebras, quærentes electionem
 vera verbum, & relicto Christo, & omisso mandato de amplectenda
 promissione: sed teneamus certò, nec dubitemus, Deum vere patese-
 esse voluntatem suam in promissione, & vere præstare quod promi-
 sit. Sciamus promissionem gratiæ non inanem fabulam esse, sed
 vera fide erecti petamus beneficia, & præstari ea nobis statuamus,
 quæ in promissione proposita sunt. Hæc fides crescat in quotidiana
 invocatione, sicut scriptum est: Petite & accipietis. Item: Quanto
 magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus, non
 aut contententibus, aut repugnantibus, sed agnoscantibus miseri-
 coriam, & querentibus auxilium. Item: Habenti dabitur. Item: Con-
 fitemini hoc Deus quod operatus es in nobis. Et Philip. 1. Qui cœpit
 in vobis opus bonum, perficiet usque ad diem IESU CHRISTI, id
 est, adiuuamur à Deo, sed nos oportet audire verbum Dei, non repu-
 gnare Deo trahenti. Sic & dulcissima promissio traditur ad
 Philipp. 2. Deus est qui efficit in vobis ut velitis, & ut perficiatis,
 ut ipsi grata fiant. Deus trahit mentes ut velint, sed assentiri nos,
 non repugnare oportet, & promittit se futurum nobis, ut perficia-
 tur incerta salus, ut aliqua bona fiant inter homines ipsi grata, quasi
 diceret: In mundo furenter ruunt Diaboli, & eorum organa, ut faci-
 unt ingrata Deo, confirmant Epicureos furores, idola, opprobrium
 Evangelij, iniusta bella, flagitiosas libidines, furta, mendacia, quæ
 iram Dei irritant. At ne totum genus humanum ad perniciem con-
 ducatur sit, oportet aliqua fieri Deo grata & placencia. Hæc sunt à
 populo in Ecclesia, videlicet, vera Dei invocatio, fiducia Christi, gra-
 tiammactio, propagatio Evangelij, tolerantia in cruce, iusticia ergo
 proximos, amor castitatis, veritatis, pacis, & aliæ virtutes. Et
 hæc bona fiunt à petentibus, ut dictum est, Dabit Spiritum sanctum
 petentibus.
 Ad Ephes. 1. dicitur: Elegit nos in Christo, & ut
 doceret nos, causam electionis esse, non nostram dignitatem, sed
 Christum, ne remoto Christo & Evangelio, de electione cogitemus,
 sed causam electionis in promissione Christi queramus. Item Ro-
 man. 8. Quos elegit, hos & uocauit. Dulcem, salutarem, & multi-
 plicem consolationem continet hæc sententia, quæ tamen velut in-
 zans ac otiosis lectoribus præteritur. PRIMA consolatio est, quod
 affirmat nullam esse electos, nisi in cœtu vocatorum. Vocati autem
 sunt soli hi, qui audiunt, discunt & profitentur Evangelium. Hic visi-
 bilis cœtus est Ecclesia, in qua semper necesse est aliquos esse electos,
 & hæredes uitæ æternæ. Purimum autem prodest pijs scire, Ecclesiam
 p 2 electo-

electorum in hac visibili Ecclesia collocatam esse, ut sciamus nos omnes ad vocem & ministerium Euangelij alligatos esse, nec aliam electionem aut peculiarem reuelationes querendas esse. Commendat igitur nobis hoc dictum curam audiendi & discendi Euangelij, ubi ministerij, & amandæ societatis Ecclesiæ, & affirmat in hoc visibili electos esse. **SECUNDA** consolatio est, quod monuit sententia, non remouendam esse vocationem à consilio electio. Elegit **DEVS**, quia vocare nos ad Filij agnitionem decreuit, & generi humano suam voluntatem & sua beneficia innotescere. Approbat igitur ac eligit obtemperantes vocationi. Quare vocationem inueamur, assentiamur Euangelio, & non repugnemus ei. Peccatum enim trahit **DEUS**, & assentientes certò recipit & adiuuat. Tertium iam dictum est, Deum efficacem esse per Euangelium. Ideo **Augustinus**, quamlibet durus est in hac disputatione, tamen in libro de Prædestinatione & Gratia sic scripsit: Eos qui vocationis munus graua pietate susceperunt, & quantum in homine est, Dei in se dona seruantes, adiuuat. **TERTIA** consolatio est, quod reuelat hunc vocato visibili cœtui uerè adesse Deum, & in hoc cœtu vocato, ac visibili efficacem esse. Id enim hæc verba conuincunt: Quos uocatis, hos & iustificat, Quos iustificat, hos & glorificat. Obseruet igitur lector hæc doctrinam de Ecclesia, de præsentia Dei in hac visibili Ecclesia, de electione, & vocatione coniungenda. Quare non detrahimus oculos atq; animos à promissione uniuersali, sed in hanc nos ipsos includamus, & sciamus uerè in ea uoluntatem Dei expressam esse, sicut Paulus deducit nos ad uerbum, inquit: Ne dixeris, quia ascendet in cœlum, ne uagentur animi querentes sine uerbo Dei uoluntatem eius, sed prope est uerbum in ore tuo, & in corde tuo. Nec caput 9. ad Romanos dissentit ab hac sententia, quam recentius quidam dextere intellectum dulcissima consolatio est pijs mentibus. Videntur tunc Iudaici pontifices propter ordinariam successiōem & legem damnabant Apostolos: ita nunc pontifices & cæteri, qui detrahunt eorum errores propter titulum seu successiōem ordinariam, reuerent, iactitant se esse ueram Dei Ecclesiam, & promissiones ad se transferunt, & dicunt Ecclesiam non posse errare, damnant & occidunt alios, qui Euangelij puritatem amplectuntur, & tanquam hereticos dicunt bellum inferre Ecclesiæ. Aduersus hanc speciem de successiōe ordinaria, necessaria est doctrina & consolatio tradita in cap. 9. ad Romanos. Ac duplex consolatio proponitur: Dicitur quæ sit uera Ecclesia, uidelicet cœtus credens in filium Dei. A præmonemur hanc Ecclesiam ueram, non alligatam esse ad ritum seu successiōem ordinariam pontificum & collegiorum. Debet docemur, nec legem esse causam electionis, sed propter Filium Dei

teri misericordiam omnibus apprehendentibus. Et quidem aperte
 est, causam reprobationis esse pertinaciam aduersus filium. Qua-
 riam israel sectando legem iustitiæ, non peruenit ad legem iustitiæ?
 quia inquit, non ex fide, sed tanquam ex operibus legis, id est, ideo
 reprobatur, quia noluit audire Filium, & assentiri promissioni, & præ-
 ceptis, quia defendant iusticiam legis, quod uideatur laxa-
 re disciplinam fieri, cum detrahitur gloria operibus. CVM igitur
 iustitiæ merito suo aduersantur Euangelio, causa reprobationis in
 ipso est, sicut & postea in ca. 10. clare dicitur: Tota die expandi ma-
 nus meas ad populum contradicentem. Hic asseruit Deus offerre se
 beneficium omnibus, sed contradicentes non accipere. Econtra dul-
 cissimè dicit, Non est nolentis, neq; currentis, sed Dei miserentis, id
 est, misericordia est causa electionis, sed hanc oportuit in verbo re-
 uocari, & uerbum accipi oportet. Ideo expressè proponit uniuersa-
 lem, repetita eadem sententia in utroque cap. Omnis qui credit in Fi-
 lium, non confundetur. Vult igitur cum misericordia concurrere ap-
 prehensionem, in accipiente promissionem. SCIANT etiam stu-
 diosè phrasin Hebraicam in illis uerbis: Ego indurabo cor Pharao-
 nis, significare permissionem, Ego sinam indurari. Ut in quotidiana
 precatione, Ne nos inducas in tentationem. Et concurrunt exempla
 passim, quæ testantur hac phrasi Hebraica sæpissimè permissionem
 significari. Magna caligo est in animis hominum, in cogitatione de
 Deo, ac sine luce diuina, homines plerunq; aut habent Epicureas i-
 maginationes, aut Stoicas, id est, magna pars imaginatur, homines
 non curari à Deo. Alij fingunt Deum sedere in cælo, & scribere fata-
 les leges, quasi in tabulis Parcarum, secundum quas uelit distribuere
 uirtutes & uitia, sicut Stoici de fato suo sentiebant, & cogitant fatali
 motu impelli Paridem & similes. Sed nos abiectis his deliramentis
 tantæ caliginis, referamus oculos & mentem ad testimonia de Deo
 proposita: Sciamus Deum esse agens uere liberum, & tantum uelle
 bona, nec uelle peccata, & hanc uoluntatem suam expressisse, ac se
 præfuisse perspicuis & ingentibus testimonijs, resurrectione mor-
 tuorum, & alijs, & alligasse nos ad Euangelium suum, in quo dicit
 Christus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego re-
 sciam uos. Libere & uere iuxta promissionem recipit confugientes
 ad Filium, & sinit ruere in horrendam iram aspernantes filium.
 REMOUE AMVS igitur à Paulo Stoicas disputationes, quæ fidem &
 inuocationem euerunt. Quomodo enim potest Saul credere aut in-
 uocare, cum dubitat promissionem ad se pertinere, aut cum obrepit
 illa tabula Parcarum? Iam decretum est te reijciendum esse, non es
 scriptus in numero electorum, &c. Aduersus has imaginationes di-
 camus uoluntatem Dei ex Euangelio, agnoscimus promissionem
 esse

esse vniuersalem, vt fides & inuocatio accendi possit. **CERTAMEN** de effectu electionis teneamus hanc consolationem, Deum volentem non erire totum genus humanum, semper propter Filium per misericordiam uocare, trahere & colligere Ecclesiam, & recipere afferente, atq; ita uelle semper aliquam esse suam Ecclesiam, quam saluat & saluat, sicut Christus inquit: Oues meae uocem meam audierunt, & ego noui eas, & sequuntur me, & uitam æternam do eis, & non rapiet eas de manu mea. Hæc de effectu electionis prouidet scire, ut statuamus nos exaudiri & iuari, & sciamus Ecclesiam a Diabolo posse deleri. Magnum certamen significat hæc vox: Nemo rapuit de manu mea. Excitemus igitur fidem, & inuocemus Filium Deum uentem oves suas, quia simul dicit: Audiunt me, & sequuntur me.

DE REGNO CHRISTI.

E VANGELIUM clarè docet, Regnum Christi esse spirituale, hoc est, Christum sedere ad dextram Patris, & interpellare pro nobis, & dare remissionem peccatorum, & Spiritum sanctum Ecclesie, hoc est, credentibus in ipsum, & inuocantibus Deum filium ipsius, eosq; sanctificare, ut resuscitet eos in nouissimo die ad uitam, & gloriam æternam. Et ut hæc beneficia consequamur, ordinatur et ministerium Euangelij, per quod uocantur homines ad agnitionem Christi. Et Spiritus sanctus per Euangelium est efficax, &c. Interim uero ante nouissimum diem Ecclesia in mundo patitur persecutionem, & erunt mali bonis admisti in Ecclesia. Hæc est uera & genuina sententia Euangelij, de regno Christi & Ecclesie. Estq; excrucians & damnandus error ille Iudaicus Anabaptistarum, qui fingunt Ecclesiam ante nouissimum diem, politicam quandam mundanam futuram esse, in qua regnent pij, & armis deleant omnes impios, & occupent omnia imperia, &c. Colligimus itaq; testimonia de spirituali regno, non solum ad refutandos fanaticos spiritus, sed etiam, quia prodest has sententias habere in conspectu, ut nos consolentur, & exultent ad exercitia spiritualia, ad fidem, ad orationem, ad penitentiam. Nam error ille Iudaicus præter cætera incommoda hoc quoque habet, quod obscurat & prorsus obruit consolationes spirituales, & deleret exercitia spiritualia, quia mentes humane expectant tantum illa noua imperia, obliuiscuntur rerum spiritualium, & opprimuntur desperatione, cum non contingit illud speratum oceanum, quod somniarunt.

QVOD REGNUM CHRISTI
sit spirituale.

IOHAN. 17. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne
quod

si dedisti ei, det eis vitam æternam: Hæc est autem vita æterna,
 ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Chri-
 stum. Hic Christus testatur suum beneficium, & regnum suum esse
 æternam. Et definit quid sit vita æterna, videlicet non aliqua
 humana dominatio, sed vera & ardens noticia Dei, & Domini no-
 mi Iesu Christi. Rom. 8. Qui est ad dextram Dei, & interpellat pro
 nobis. &c. Et Ies. 11. Stabit radix Iesse, ipsum gentes deprecabuntur,
 &c. Hæ sententiæ describunt sacerdotium & regnum Christi, & te-
 statur virtutis spirituale esse. Hæc est, Christum non constituere
 aliquid mundi imperium, sed apud Patrem pro nobis interpellare, ita
 regere ut velit invocari, exaudire, sanctificare, custodire Spiritu san-
 cto eos, qui ipsum invocant, sicut & alias scriptum est: Qui Spiritu
 Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Item, Dabo legem meam in corda cor-
 porum. Hæ beneficia obscurantur, cum expectamus regnum corporale,
 &c. Roman. 8. Cohæredes Christi, siquidem simul partimur, simul
 etiam glorificabimur. Item: Spe salvi facti sumus. Item: Quos
 presertim, hos vult conformes fieri imaginis filij sui. Item: Propter
 nos moriamur tota die, reputati sumus sicut oves occisionis, &c. Hæ
 sententiæ testantur, quod glorificatio non contingat in hac vita, sed
 oportet nos in hac vita afflictiones & persecutionem pati. Matth.
 16. Si quis vult me sequi, abneget seipsum, & tollat crucem suam, &
 me sequatur. Iohan. 16. In hoc mundo pressuram habebitis. Et 2.
 Timoth. 3. Omnes qui pie volunt vivere in Christo, persecutionem
 patientur. Hæ sententiæ clarissime docent, Ecclesiam in hac vita
 libertatem esse afflictionibus. Colof. 3. Vita vestra abscondita est cum
 Christo in Deo. Quando Christus manifestabitur, qui est vita vestra,
 tunc & vos cum eo manifestabimini in gloria. 1. Iohan. 3. Nunc filij
 Dei sumus, sed nondum manifestum est quales erimus: scimus autem
 cum manifestabitur similes nos ei futuros esse, quia videbimus eum
 quemadmodum est, &c. Docet & hic locus, gloriam regni Christi non
 esse imperium mundanum, sed spirituale. hoc est, ut resuscitati, habe-
 amus novam & æternam iusticiam ac vitam, qualis est Christi resusci-
 tatio gloria. **I T E M** Paulus clare dicit, Antichristum domina-
 turum esse usque ad novissimum iudicium, in quo veniens Christus,
 destruet regnum Antichristi. Ideo vera Ecclesia non occupabit im-
 peria, sed multo magis versabitur in maximis periculis & afflictio-
 nibus. Et 2. Petr. 3. dicitur, venturos esse postremis temporibus illu-
 sores, qui palam derideant religiones. Erunt ergo qui persequentur
 Ecclesiam. Et Daniel clare dicit, bestias, hoc est, imperia conjec-
 tu in ignem, cum apparet Christus ad iudicandum. Durabunt igitur im-
 peria aliqua usque ad novissimum diem. Iohan. 20. Cum Chri-
 stus mittet Apostolos, tantum dat mandatum docendi, & inquit:

Sicut me misit Pater, sic ego mitto vos. Constat autem Christum missum esse ad ministerium Euangelij, non ad occupanda imperia in ter-
 di, sicut ipse inquit: Regnum meum non est de hoc mundo. Et probat
 bet Apostolos imperia rapere, cum ait: Reges Gentium domi-
 tur, vos autem non sic. Item Math. 5. Ego autem precipio vobis, ne
 resistatis malo, hoc est, ne pretextu Euangelij, & noui regni contra-
 endi, arma capiatis. Sunt igitur missi Apostoli ad ministerium Eu-
 gelij, hoc est, ad docendum, non ad rapienda imperia mundi. Iste
 Paulus inquit: Euangelium est ministerium Spiritus, id est, in Eu-
 gelio offeruntur bona spiritualia & æterna, non constituntur
 imperia mundi. Et 2. Cor. 12. inquit: Arma militiæ nostræ non
 carnalia, sed potentia Deo ad demoliendas cogitationes, &c. Item
 Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur, commendantes nos tan-
 quam Dei ministros in afflictionibus. Item: Non dominamur
 vestra.

Cum igitur Apostoli tantum habeant mandatum de-
 cendi, impium est sentire, quod doctores Euangelij debeant arma
 constituere noua quædam imperia, sicut Iudæi & Anabaptistæ
 niant, postremis temporibus regnum Dei in terris tale constitutum
 esse, in quo sancti dominentur, & armis deleant omnes impios, nec
 Ecclesia hypocritas vllos futuros esse. Atq; hoc Iudaicum delirium
 saepe in Ecclesiam irrepit. Fuerunt enim & olim fanatici spiritus
 Chiliaistæ & Pepusiani, qui tale regnum Anabaptisticum somniant.

RELIQVVM est vt testimonia colligamus, quæ docent in
 Ecclesia vsq; ad nouissimum diem promiscue futuros bonos & ma-
 los. Lucæ 17. Sicut factum est in diebus Loth, sic erit qua die Filius
 hominis reuelabitur. Item, In illa nocte erunt duo in lecto vno, unus
 assumetur, & alter relinquetur. Math. 13. de zizanijs: Sinite vtriusq;
 crescere vsq; ad messem, &c. Et paulo post: Messis consummatio sæ-
 culi est. Mittere Filius hominis Angelos suos, & colligent de regio-
 eius omnia scandala, & eius qui faciunt iniquitatem, &c. Item: Sic
 erit in consummatione sæculi, Exhibent Angeli, & separabunt malos
 à iustis, & mittent eos in caminum ignis, &c. Hæ sententiæ refer-
 tur, non futuram esse separationem sanctorum ab hypocritis, sed in
 nouissimo iudicio. PRÆTEREA & hoc considerandum est: Pro-
 ftores habent mandatum excommunicandi verbo, sine vi corporali,
 reos manifestorum scelerum. Non est humani iudicij corda inspu-
 re, & de illis iudicare, qui non habent manifesta delicta. Ideo Paulus
 dicit: Aduersus Presbyterum non recipias accusationem nisi testi-
 monijs, Ergo qui non possunt conuinci testimonijs, non debent
 mano iudicio separari. Impossibile est igitur talem Ecclesiam con-
 tuere ante nouissimum diem, in qua nulli sint hypocritæ: Sed Pro-
 feres faciant suum officium, pure & fideliter doceant, & Ecclesiam
 riter

nationem commendent Christo. Interim in hac vita semper erunt esse admitti mali, & multi impij tenebunt imperia mundi, & cruer persequentur Ecclesiam, usque ad gloriosum Christi aduentum. amen in his persecutionibus Christus suo consilio aliquas reliquit seruat, ne penitus deleatur Ecclesia. Tale est regnum Christi in hac vita.

CONSTAT & illud: Etiam si noua aliqua talis Ecclesia futura esset, tamen doctores proprio consilio, sine manifesto mandato Dei non debent arma capere ad talem Ecclesiam constituentem, &c. Quoniam nec vllum nouum mandatum expectandum est. Noua enim edet Christus mandatum contrarium Euangelio.

Quod vero Iudæi & Anabaptistæ citant Prophetas, qui cum de regno Christi loquuntur, sæpe figuris vtuntur, sumtis ab imperijs mundi: ad hoc primum respondeo, Euangelium est interpretatio Prophetarum. Cum igitur Euangelium clare doceat regnum Christi esse spirituale, asserre bona spiritualia & æterna, nec occupare dominationem in mundo, sed magis pati persecutionem, debemus & Prophetas intelligere iuxta Euangelium. Itaq; Apostoli in Actis, sententia de regno promissa Dauidi, clare transferunt ad hoc regnum spirituale, subiectum persecutioni, &c. Et Christus reprehendit ipse Apostolos, cum haberent Iudaicam persuasionem, ac putarent se occupatos esse mundi imperia.

SECVNDO: Prophetæ ipsi, quantum varijs vtuntur figuris, tamen interim etiam discrete testantur, regnum Christi fore spirituale. Daniel clare dicit: Christus occidetur. Et Isaias: Ponet animam suam pro peccato, Ergo non habebit compensationem corporalem in hac vita. Præterea affirmant regnum Christi esse æternum, nulla autem corporalis politia est æterna in hac vita. Ideo figuras corporalis politia, quas interdum accommodant regnum Christi æternum, necesse est allegorice intelligi. Atq; id regnum æternum in hac vita, in spiritu & fide incoatur, & postea durat perpetuo post hanc vitam. Ideo Prophetæ interdum ita loquuntur, vt non discernant tempora huius vitæ & futuræ vitæ. Interdum vero discernunt, & palam vaticinantur, Ecclesiam in hac vita passuram esse persecutiones, sicut docet Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Et Psal. 115. Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Et Psal. 71. Preciosus sanguis eorum coram ipso.

Et vnde describit Isaias Ecclesiam in hac vita, cap. 30: Dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam exiguam, & non auferet ultra à te doctorem tuum, &c. Hic testatur Ecclesiam conseruandam esse, sed tamen inter afflictiones.

DANIEL aperte vaticinatur de persecutione ante nouissimam diem. Et docti in populo docebunt plures, & ruent in gladio. Et postea statim sequitur: In tempore illo

saluabitur populus tuus omnis qui scriptus est in libro: Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium sempiternum. Hi loci & similes conueniunt, ut habeamus cōsolationem in cruce, & vere intelligamus iustitiam regni spiritualis, hoc est, querere consolationes spirituales, & exercere fidem. Et factis perspicue refutant hi loci Iudicium blasphe-
micam persuasionem de corporali dominatione sanctorum in hac vita.

DE RESURRECTIONE
MORTUORUM.

NON solum doctrina quæ affirmat futuram esse hominum mortuum omnium resurrectionem, securum postea iudicium æternam vitam, piorum gloriam æternam, & impiorum poenitentiam, in Evangelio seu prædicatione noui Testamenti clare & perspicue vllis inuolueris, tradita est: sed res etiam inchoata est, & initiatus nouæ vitæ, in qua erit noua lux, sapientia & iusticia, sine peccato & sine morte, Apostolis & reliquo cætui coniuncto cū Apollō, monstrata sunt, & palam ob oculos posita, cum Christus post mortem reuixit, & alij multi Patres & Prophetæ resuscitati sunt. Id emendandum opus non frustra propositum est Ecclesie. Voluit Christus hanc suam & aliorum resuscitationem, & hos familiares congressus colloquia dierum quadraginta apud Apollolos, & reliquos communis coniunctum, illustre & euidentem testimonium esse de resurrectione & vita æterna. Quod si sæpe cogitaremus, non solum assensus in animis nostris de hoc articulo confirmaretur, sed etiam facilius ferremus ærumnas huius vitæ breuissimæ & fugacissimæ, reseremus in illud iucundissimum sodalium Christi & resuscitatorum. Substanta est enim dubitatio tot dierum, quadraginta videlicet, conuersatione, & tot hominum congressibus, oculis, complexibus & colloquiis.

NON enim cogitemus Christum & ceteros resuscitados, resurgencia spectra, si quando Apostolos adierunt, subito euanuisse, sed ubi ac diurni congressus fuerunt, & familiares sermores de hoc tanto Dei opere, de instauratione humanæ naturæ, de tanta gloria data nobis per Filium, de propagatione Euangelij in er G. n. deniq; exhibita sunt certa vitæ & lætitiæ testimonia. Nihil simul in manus vllò vnquam terra pore mundi accidit. Et cum remanentem non frustra spectandam exhibuerit, semper hanc si holum hanc quadraginta dierum intuei nos animo oportebat. Hinc igitur & multis alijs rebus, & de resurrectione ac vita æterna testimonium capimus. TENEAMVS etiam perspicua dicta in conuersatione Christi, vt Matth. 27. Venite benedicti Patris mei, possidere

obis regnum. Et Iohan. 5. Item 6. Hæc est autem voluntas Patris qui misit me, ut omnis qui videt filium, & credit in eum, vitam æternam. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et 6. Corinth. 15. acriter propugnat, & splendide illustrat hunc articulum.

Cum autem dicta in scriptis Apostolicis nota sint, legimus vetusta Prophetarum testimonia, ut perpetua Ecclesiæ Patrum, Prophetarum, & Apostolorum sententia de hoc articulo & sensus vniuersæ Ecclesiæ Dei conspiciatur. Iesa. 26. Vient mortui, interfecti mei resurgent, Expergiscimini & lætati, qui habitatis in puluere, quia ros tuus erit velut ros prætorum, & terra mortuorum efflorescet. Vade populus meus, intra cubacula tua, claude ostia tua, & considera modicum ad momentum, donec transeat indignatio mea. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut disperdat iniquitatem habitantium terram contra eos, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos. Hæc conicio clarissime loquitur de resuscitandis mortuis, de gaudijs sanctorum, de pœnis impiorum, de presenti afflictione Ecclesiæ. Quare diligenter consideranda est Mortuorum (inquit) viuent. Vocat sanctos mortuos Dei, ut significet Ecclesiam hic affligi propter Deum. Quasi diceret: Filij tui interfecti propter te, & qui tibi curæ sunt, iterum, viuent. Qualis enim erit vita æterna? Exramini inquit, hoc est, pij perpetua lætitiâ, perfecta agnitione Dei, & perfecta iustitiâ sine peccato & morte semper virebunt & florebut, sicut præta reuiterescunt rore. Deinde impugnet consolationem de afflictionibus: Sed aliquantisper oportet Ecclesiam affligi, & mortem perpeti. Erunt inclusi velut in cubiculo, scilicet, quia seruabuntur in Ecclesiâ & verbo vsq; ad iudicium. Postea concionatur de pœnis impiorum, & reperit sententiam de resurrectione: Non operiet terra ultra interfectos suos, & c. Iesa. 66. Sicut cæli noui & terra noua, dicit Dominus, sic stabit firmamentum vestrum, & nomen vestrum coram me. Et erit mensis ex mensis, Sabbatum ex Sabbato, & veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur & videbunt cadauera viro- rum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsq; ad saturitatem visionis conuincati. Describit & hic locus vtrunq; pœnas æternas impiorum, gaudia iustorum. Et qualis sit vita æterna, docet, cum ait: Perpetuos mensis & perpetuum Sabbatum fore, hoc est, perpetuum festum dei, ut perpetuo adorent Dominum omnes sancti. Erit ergo vita æterna, perpetua adoratio, id est, Dei cognitio & iusticia sine peccato & sine morte. Iesa. 65. Ecce ego creo cælos novos, & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendet super vos, sed gaudebitis & exultabitis in sempiternum, cum his que creto.

Quia

Quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo, & non audivit in ea ultra vox fletus & vox clamoris. Non erit ibi amplius iuvenans, qui non adolescat: Aut senex, qui non perveniat ad maiorem aetatem. Nam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. **A**LIÆ sententiæ alijs prophetis sunt. Sed tamen hæc quoque testatur futuram renovationem totius creaturæ, & pios habituros esse perpetua gaudia: Non audivit in terra ultra vox fletus, &c. Ergo erunt sine peccato & morte. Item: Iustus & senes perpetuo vivent. Sed pueri centum annorum & peccatores centum annorum, hoc est, illi qui perseverant in impietate, damnabuntur. Et quia hi loci docent Ecclesiam futuram esse in afflictione ante resurrectionem, & primum glorificandam post resurrectionem, & post renovationem universæ creaturæ, clare testantur Prophetæ, Regnum Christi spirituale esse, nec esse politiam mundi ante resurrectionem, qualem Iudæi & Anabaptistæ fingunt. Iesa. 27. Et habitabit in monte hoc facies inuolutorum, qua omnes populi mundi sunt, & operimentum, quo omnes Gentes cooperatæ sunt. Et non uorabitur omnino, & absterget Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de universa terra.

DOCT & hic locus clare, mortem abolendam esse, & populum Dei liberandum esse ab opprobrio & lacrymis, hoc est, à peccato, morte, & persecutionibus. Quod autem initio dicit: Facies inuolutorum, etiam intelligit mortem. Quia mortui solebant in uoluptatibus, cum sepeliebantur. Hæc inuolucra tollentur, id est, auferentur. Iesa. 24. Et erit in die illa, visitabit Dominus super milites cæli, & super Reges terræ. Et congregabuntur congregationes in fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Et post multos dies visitabuntur, & erubescet Luna, & confundetur Sol, cum regnabit Dominus, &c. Iesa. 37. Qui liberati fuerint, & redempti à Domino, venturi in Sion cum laude & læticia sempiterna. Iesa. 2. Christas vocantur per æternitatis, hoc est, auctor perpetua vitæ. Daniel 12. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium, ut videant semper. Osee 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Ero mors tua o mors, & tu eris in me. Ezechiel 37. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris, populus meus, &c. **H**IC PERTINET & hæc sententiæ Ezechiel. 33. Vivo ego nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. **P**ERTINENT ex Prophetis omnes sententiæ, de æterno regno Christi & Sanctorum. Ex Psalmo. Caro mea requiescet in spe. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Cum eris in terra

de Christo loquitur, etiam membra Christi complectitur. Scit
per Christum destrui regnum peccati & mortis. Psal. 21. Edent
eum & saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum.
in corda eorum in sæculum sæculi. Psal. 33. Mors peccatorum
vita. Ergo etiam cum peccatores in hac vita non puniuntur, ne-
cessè est eos postea puniri. **E T** e contra Psal. 115. Preciosa in con-
spectu Domini mors Sanctorum eius. Ergo sanctis bene erit post
mortem vitam. Eodem pertinet locus: Multæ tribulationes iustorum,
sed ex his omnibus liberabit eos Dominus. Psal. 48. Conferuntur im-
pugnati & pij afflicti. Hic docet in morte mutari vitiorumq; con-
ditionem. De impijs dicit: Velut oves in fovea ponuntur, & mors
conteret eos, vsq; in æternum non videbunt lumen. E contra de pijs di-
cit: Veruntamen Deus redimet animam de manu inferni, cum acce-
perit eam. Eodem pertinet collatio in Psal. 4. Ipsi abundant frumen-
ta in vico. In pace in idipsum dormiam & requiescam. **H V C**
etiam pertinent omnes sententiæ de æterno regno Christi. Iob 19.
Sed quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surre-
cturum sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo De-
um, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non
absentabo. Hic est insignis locus, qui testatur vere nos eadem corpora re-
surrecturos esse, sed renouata, sicut Paulus docet, &c. Item docet qualis
vita æterna, scilicet noticia Dei, &c. Ex Moysse argumentatur Chri-
stus: Ego sum Deus Abraham, &c. Ergo Abraham viuit. Quia Deus
non curat ea quæ nihil sunt. Et ratiocinari similiter ex promissioni-
bus & exemplis firmissime possumus, in quibus hic articulus de æter-
na vita, quasi inuolutus est. Vt Deus promisit se seruaturum esse
Abraham & alios sanctos: Ego sum protector tuus, &c. At sancti in
hac vita sunt afflictißimi & videntur deserti, cum tamen vere curæ
sunt Dei. Ergo restat alia vita & ingens gloria, qua glorificabuntur
post hanc vitam, in quam intuentes cogitent omnes iniurias, ærum-
mas, calamitates contemnendas esse, & nullo modo conferendas ad il-
lud regnum præmium. **I T E M** in prima concione dicitur Genes. 4.
Si bene feceris, recipies: Si male egeris, peccatum tuum quiescet, do-
net auertatur. Ergo necesse est restare aliam vitam, in qua Abel re-
cipiat præmium. Sequitur & hoc, restare aliquod iudicium omnium
peccatorum, atq; illorum etiam, quæ in hac vita non sunt punita. Et
notus vniuersalis iudicij exemplum est diluuium. Item Sodomorum
destruatio, & similes historiæ, quod Deus haud dubie puniturus sit
omnium peccata. **I T E M** prima promissio Gen. 3. vaticinatur
de abolendo regno Diaboli, hoc est, de abolendo peccato & morte.
Et nota natura hominis renouabitur. Et Iacob vaticinatur de Salvatore
universi generis, quem intelligebant patres autorem fore non ali-
cuius

cuius corporalis regni, sed iusticiæ & vitæ æternæ. Videbam Ecclesiam in hac vita futuram in reliquijs peccati & afflictionibus, sicut viderant interfici Abel, & Abraham iussus est filium tanquam hostiam mactare. In hoc typo satis intellexit illud semen, quod promissum erat futuram esse hostiam. Enoch & Elias viui translati sunt a Deo, vt textus de Enoch clare dicit. Hæc facta certe sunt manifestissima testimonia vitæ æternæ. Nam si extinguerentur, non essent apud Deum. Vt sari enim apud Deum, est viuere quadam diuina vita apud Deum. Hæc igitur exempla plus valent, quam si promissio verbis tantum sine exemplis proposita esset. Nec dubium est, quin sancti prophete explicarint, cum promissiones, tum hæc exempla. **S T A N T V R** & Angelorum colloquia cum Abraham & ceteris tribus, aliam esse uitam. Et significant Angeli, nos socios esse vitæ æternæ vitæ, in qua sunt ipsi, quia nos curant & defendunt, ut in Num. 24. dicit Balaam: Moriatur anima mea morte iudorum, & ant nouissima mea horum similia. Et 24. Videbo eum, sed non intuebor eum, sed non prope.

DE SPIRITV ET

L I T E R A.

Cogitantibus de discrimine veteris & noui Testamenti, de Libertate & Spiritu, omnia sunt illustriora, cum mente intuemur continuationem liberationis nostræ, vt supra diximus. Cum cogitamus resurrectionem Christi & aliorum resuscitatorum, qui tunc nobis perpetua gloria donati sunt, in his ipsis resuscitatis videmus exemplum lucem, sapientiam, iusticiam & vitam perpetuam afferre, non ostendere vmbra morituræ. **L I T E R A** igitur significat doctrinam quamcunq; cogitationes, assuefactiones, disciplinam, & bonas intentiones, sine Spiritu sancto, id est, sine vero timore, & sine veritate seu fiducia consolante mentis agnitione & inuocatione Christi.

E C O N T R A spiritus significat, vere Spiritum sanctum inuocantem, & deinde perficientem in cordibus novam lucem, sapientiam, iusticiam, & vitam perpetuam, placentem Deo, & motibus Spiritus sancti ardentem, videlicet, Timore, Fide, Inuocatione, Dilectione, & in vita æterna fruentem conspectu Dei & celebrantem Deum. Deum vt Petros inquit, significat societatem diuinæ naturæ, sicut scriptum est: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Illustratio emphasit est in particula, cum ait, De spiritu meo: Meo inquit, à voluntate æterni Patris & Filij procedit, & accendit lucem, sapientiam, iusticiam, & vitam congruentem voluntati diuinæ. Sic de spiritu loquitur Paulus cum ait: Nos reuelata facie spectantes gloriam Domini, in eandem imaginem transformamur, tanquam a similitudine

ru, id est, cum expauescimus agnita ira Dei, & rursus erigimur
 oratione, & Fide acquiescimus, agnoscentes misericordiam pro-
 Christum donatam, vere cum Deo agimus, sentimus iram & mi-
 sericordiam, & luce noua a Spiritu sancto perfundimur. Cum Saul hy-
 pocrita, & Dauid reatus, similia externa operi a faciunt, seu moralia,
 ceremoniarum, seu politica, regia & forensia, tamen in mente dif-
 ferentia est. In Saule hypocrita cogitatio de bono opere & ipsa
 est sine litera mortuæ & vmbra, id est, mens est sine vero sensu ti-
 moris Dei, sine consolatione erigente animum fiducia presentia &
 auxilio diuini: Sed dubitat, an a Deo respiciatur, exaudiatur, iuuetur.
 Hæc cogitationes sunt sine luce diuina, & pugnant cum luce Fi-
 dei. Non sunt vmbra morituræ. At in Dauide seu belligerante, sed
 faciente, semper est sensus timoris Dei, & fidei consolantis ani-
 mam ac statuentis vere Deum adesse, gubernare & adiuuare hanc vo-
 cationem. Hi motus oriuntur a Spiritu sancto, & vere agnoscunt De-
 um: Nec sunt fugaces & morituræ vmbra, sed sunt incoatio vitæ
 æternæ. Et hanc lucem accendi & augeri petit, cum inquit: Cor
 mundum crea in me Deus, id est, cor recte de Deo sentiens, agno-
 scens iram Dei & promissam misericordiam, statuens uere nos re-
 spici, exaudiri, iuuari, protegi, & seruari. Et spiritum rectum, id est,
 firmum, innoua in visceribus meis, id est, sit firma hæc lux de Deo,
 non extinguatur Diaboli præstigijs, cogitationibus Epicureis, aut
 Academicis, sicut multi sapientes merguntur in æternas dubitatio-
 nes. Ne proicias me a facie tua, & Spiritum sanctum ne aufe-
 ras a me, id est, Spiritu sancto tuo guberna consilia & omnes motus
 tuos, & accende in me motus congruentes legi tuæ, Timorem, Fi-
 dem, Dilectionem Dei, Tolerantiam, Industriam in vocatione, &c.
 Dilectio mihi lætitiâ salutaris tui, id est, sustentata me tua consolatio-
 nis ærumnis, ne paucibus aut doloribus fractus peream. Spiritum
 confirmato confirma me, id est, largiaris mihi robur in afflictionibus,
 resistere eas possim, & tibi uolens obtemperem, non deficiam a te
 timore, ac dubitans de tua misericordia, sicut Saul. Sic petit ordi-
 nem spirituum lucem, qua uere agnoscat Deum, & eius agnitionis firmi-
 tatem. Deinde renouationem, & gubernationem in actionibus. Po-
 stea consolationem & sustentationem in ærumnis. CUM igitur
 hæc lux in mente Dauidis accensa est, omnes eius bonæ actiones,
 interiores & exteriores, morales, politica, & ceremonie, sunt actio-
 nes Spiritus sancti, non sunt litera aut vmbra. Econtra in hypocrita
 Saule qui est sine luce Spiritus sancti, oppressus dubitationibus hy-
 pocritæ seu Academicis, omnes actiones interiores & exteriores,
 seu intentiones, & opera seu moralia, seu politica, seu ceremo-
 niæ, sunt litera & vmbra morientes, nec incoantes vitam æternam:

Hæc est Pauli sententia 2. Cor. 3. cum legem vocat literam ac ministerium mortis, Euangelium vero ministerium spiritus. Sentit enim sine noticia Euangelij, Legem tantum aut disciplinam philosophicam aut terrores efficere. At disciplina, id est, iusticia humane rationis, vt Pomponij Attici, aut hypocritarum sine vero timore Dei, & vera fide inuocante Deum, agnitione Christi, nihil est nisi litæ, hoc est, vmbra non afferens vitam. De terroribus, vt in Saule manifestum est, mentes perterrefactas agnitione iræ Dei, cum non eriguntur ad Euangelij, fugere Deum, & ruere in desperationem & æternum nihil.

At Euangelium est ministerium spiritus. Hæc vox illi dulcius ac gratius cogitari potest. Manifeste affirmat per Euangelij prædicationem dari Spiritum sanctum, sicut ad Gal. dicit: Vermissionem Spiritus accipiamus per fidem. Cum mentes perterrefactæ audiunt vocem Euangelij, & credunt propter mediatorum remitti peccata, cõcipitur Spiritus sanctus, & noua lux & vita in cordibus accenditur, sicut apud Zachariam scriptum est: Effundam super eos Spiritum gratiæ & precum, id est, mea consolatione erigam eos, & adiuuabo Spiritu sancto, vt agnoscant se receptos esse in gratiam, & recepti, inuocent Deum, & ei obtemperent. Sed Paulus dicit, dari Spiritum sanctum per fidem, seu credentibus. Quare inquit non expauescunt sensu iræ Dei, nec credunt voci Euangelij, sed inueniunt in contemptu Dei, aut dubitatione, Euangelium tantum esse litæ & vmbra sine effectu.

EXPLODANTUR ergo deliramenta Origenis, qui literam ait esse sensum grammaticum in descriptione ceremoniarum & historiarum: Spiritum vero, allegoricam interpretationem ceremoniarum & historiarum. Hanc secutus hypothesis, postea nimis magna licentia, & profecto non concedenda in Ecclesijs, lusit fingendis interpretationibus, fere vt pictores Iudæi, pinguunt Chimæras, Scyllas, Centauros.

VNA est sententia in vna orationis Prophetiæ & Apostolicæ in singulis membris, quæ phrasibus dextere intellecta iuxta præcepta harum communium actionum, quæ loquendi rationem monstrant, gignit. Postea ipsi ritus aut liberrimæ sunt interdum imaginationes aliarum rerum, aut exempla. Vt Agnus paschatos fuit signum venturæ mactationis Christi. Dapulus seruatus inter leones, exemplum est multorum doctorum & vniuersitatis Ecclesiæ, quæ simili Dei beneficio inter grassantes tyrannos regunt.

Hæ collationes sunt allegoricæ interpretationes, quas apud & ceteris instituit, magnæ eruditionis, prudentiæ & consilij est. Quæ men vt leges non figuratæ, sine ardentibus motibus à Spiritu sancto accensis, sunt literæ & vmbre: sic hæ allegoricæ interpretationes, ne motibus illis, sunt doctrinæ ac literæ.

QVOD enim Paulus dixit Rom. 7. Legem esse spiritualem, manifeste de morali loquitur.

vult eam transformari in allegorias, sed vocat spiritualement, quod officium Dei spirituale, non tantum politica disciplina, id est, le-
 Solonis & similes concionantur de externa disciplina: at Lex
 postulat arduos motus spirituales, agnitionem, timorem, fidu-
 am, dilectionem Dei, deniq; obedientiam perfectam. Et contra
 spiritum Dei est, & horribile ministerium iræ diuinæ opprimens
 omnes homines, non tantum propter externa delicta, sed etiam pro-
 pter interiores tenebras & immundiciem. De hoc horrendo iudicio
 loquitur Paulus, non de Origenicis allegorijs aut fabellis. Dolendum
 est gravissimam doctrinā & Ecclesiæ propriam de usu legis, de mini-
 sterio Euangelij, de fide, de donatione Spiritus sancti, de veris fidei
 exercitijs in inuocatione, deq; motibus à Spiritu sancto accensis, ob-
 scuram & obrutam esse illis somnijs Origenis, non recte interpre-
 tatis Literam & Spiritum.

SEMPER omnibus temporibus
 bonis doctrina seu legis, seu Euangelij, non renascentibus, tantum
 est Litera, & fugax umbra, hoc est, nō afferens eis nouam & æternam
 lucem & vitam. At Euangelij promissio, omnibus temporibus, fuit
 ministerium Spiritus credentibus, seu fide renascentibus: Quia cum
 accepit donata reconciliatio propter mediatorem, & accenditur fi-
 des, Spiritus sanctus nouam & æternam lucem & vitam in nobis in-
 nouat, ut Roman. 8. dicitur: Sensus spiritus vita est & pax. Valde au-
 tem prodest in hoc ipso articulo considerare ministerij Euangelici
 vim & dignitatem. Clare affirmat hic locus 2. Cor. 3. per Euangeli-
 um dari Spiritum sanctum. Non igitur alias reuelationes aut Enthusa-
 smos sine Euangelio quæramus, sed acquiescamus in ipsa Euange-
 lij promissione, quod cum facimus, certum est Spiritum sanctum effi-
 ciam esse.

CAETERVM de disciplina suo loco dictum est,
 vult homines non renatos, aut imbecilles coercendos & ad virtutem
 assuefaciendos esse disciplina, iuxta legem Dei, quæ ad nos perti-
 net. Et causas alibi quatuor commemoravi, quarum Prima est, quia
 precepit Deo præcipienti disciplinam, obædire. Secunda est, ut vi-
 deamus penas, quia Deus violationem disciplinæ horribiliter punit,
 vult mundi calamitates ostendunt. Tertia est, quia reliquis ho-
 minibus opus est tranquillitate, non enim tantum nobis viuere nos
 potest. Quarta est grauissima, quod videlicet lex est pædagogus in
 Christum. Est autem pædagogi officium, non solum coercere, sed et-
 iam docere. Commendat igitur nobis hæc descriptio legem, vult eam
 proponi, ut doceat nos de ira Dei, de bonis operibus, assuefaciat nos
 ad bonos mores, ad studium cognoscendæ doctrinæ de Deo, coercet
 vitam teneros animos, metu pœnarum, sed illa magna laus est, quod
 hæc disciplina ait vocari nos ad Christum, non quod mereatur disci-
 plina remissionem peccatorum, sed quod Christus non sit efficax in

DE CALAMITATIBVS ET
DE CRUCE, ET DE VERIS
consolationibus.

EST omnium sapientum cogitationes & eloquentiam in Ebraijs
& apud Ethnicos consumptam esse apparet in deploratione lan-
narum miseriarum: tamen omnes confelsi sunt magnitudinem huius
tristissimi oneris, quod vniuersa humana natura sustinet, com-
prehendi non posse. **Q**UANTVM est horribilium exemplum
in tragœdijs & historijs, quæ quidem ideo recitantur, ut admoniti
nostra fragilitate, simus modestiores, nec accersamus nobis pœnas
& pœnas stultis cupiditatibus. Nec minus tamen exemplorum mibi
est quotidiana vita monstrat. Ac de causa, cur hæc hominum mor-
ra, quæ antecellit cæteris animantibus, tantis miserijs subiecta sit,
sapientes semper disputarunt, unde mors sit, unde tot morbi, unde
corporum exitia non accersita nostris consilijs, unde in imperijs tre-
ta confusiones, mutationes, ruinae, pestilentia, fame necati populi,
mersæ vrbes dehiscente terra, diluuijs totæ gentes obruta, magis
vrbes subitis incendijs profusus deletæ, deniq; alia multa sunt trahita,
quæ vel multis vel singulis accidunt sine ipsorum consilio.

PHILOSOPHI quærunt causam in materia, quam alicuius
re æterno impetu ad alias formas, ac appetere uices. Hinc exortitur
Aristoteles suum illud dogma, de priuatione in materia. Nec dubitatur
motum esse primum humanæ mortis & miseriarum cogitatione. De-
inde assiduis uicibus, quas videmus omnes generationum & corrup-
tionum, plantarum, & animantium omnium. Has incomprehensibilis
vices cogitavit ita ruere, ire & redire propter vagas in materia
priuationes seu appetitiones. **D**EINDE accesserunt & alij Philo-
sophi, qui addiderunt causas efficientes, scilicet stellarum consuetudo
ac positus, qui materiã varie temperat. Vnde illa sunt apud Maniliũ

Omniaq; ad numen cœli faciuntq; moueri,
Sideribus varijs mutantibus ordine fata.

ITA quærunt philosophi in densa caligine mortis huius
causas. Nec falsum est illud Menandri, quamquam *ἐν τόποις ταῖς*
infinita sint, tamen longe plura esse *ἐκείνη*, id est, quorum causas
aut error in iudicando, aut uoluntas recto iudicio cõtraria. Vnde
peius errore accendit bellum ciuile. Paris uolens rapit Helenam,
ita bellum attrahit in Asiam. Homicida uoluntario scelere accendit
sibi pœnam. David uolens rapit alterius coniugem, & sibi ac vniuersis
causam.

genti horribiles calamitates accersit. Huius generis exempla vel
numerare, perinde est ac si velis arenas omnium in aqua tum numera-

A C de voluntarijs aliquo modo vident causam philosophi,
de automatis hominum malis non vident præcipuam causam. De
ac fonte concionatur doctrina Ecclesiæ tradita ab initio voce Dei, &
propagata per Patres, Prophetas, Christum & Apostolos. Ideo obser-
uamus hic discrimen humanæ philosophiæ & doctrinæ cœlestis. Nec
vires tantum monstratur, sed etiam veræ ac firmæ consolationes &
remedia proponuntur. Principalis causa mortis, & plurimarum cala-
mitatum totius generis humani, piorum & impiorum est, prima con-
tinuitas priorum parentum, & illa ipsa labe propagata in posteros.
Sic dicitur Roma. 7. Per peccatum mors intrauit in mundum, & in
omnes homines peruasit mors, eo quod omnes sunt rei. Si natura
humana non fuisset auersa à Deo, mansisset in ea vigor viuificus à
Deo inditus naturæ humanæ, nec computruissent homines ut poma,
vilesculi, ut pecudes: Sed postquam amisit integritatem, materia
languidior facta, pomorum & pecudum naturæ similis esse cœpit.
Itaque propter peccatum iratus Deus, sinit miseram naturam orbatam
suo dono, in mortem ruere, ut Psalm. 80. Defecimus in ira tua, &c.
Iam ad eandem causam morbi & omnia ἀυτὸματα mala pertinent.
Deinde quia post hanc naturæ corruptionem, magna est caligo in
mentibus, & multi errores, magna imbecillitas, multæ cupiditates,
& errantes impetus, & contentus iudicij diuini. Cain, Esau, etiam si
ex generosis parentibus nati, & diligenter ad virtutem instituti sunt,
tamen accenduntur prauis cupiditatibus, ambitione, inuidentia. Et
quotidie accidit illud quod Græce dicitur, διὰ ἐπιθυμίας κερὸι κέ-
τε λογιστοῖα. Absolon, Antonius, & innumerabiles alij similes,
conuincunt se imperij, potituros esse. Erroribus igitur & prauis cupidi-
tibus quæ sequuntur naturæ deprauationē, adeo cumulamus mala,
vt etiam Ethnicus poeta exclamauerit, lugens humanas miseras:
πῶλον γὰρ κακῶν, ὡλεν ἡ δάλασσα. Accedit autem ad nostros
serpens, & ad cupiditates nostras incitatur Diabolus, spiritus inimi-
cus Deo, & odio Dei sauiens in imbecillē naturam hominum. Cu-
mpit igitur αὐτὸματα & ἐκδοῖα mala, auget furōres Caligulæ, Ne-
ronis, & similibus, vt irritata ira Dei, crescant pœnæ & miseræ. Quis
hominum malorum satis cogitare potest? videmus in ipsis exemplis,
& experimur in nostris miserijs, humanas ærumnas tristiores esse,
quam vt earum magnitudinem cogitatione complecti, aut verbis ex-
plicare homines possint. S E U difficultius est cogitare causæ ma-
gnitudinem, quantum malum sit peccatum, quid sit ira Dei, certa
lege punientis scelera, quanta sit rabies Diaboli, audentis hominum
miseri-

miserias. Hæ causæ in genere cogitentur de malis grassantibus, in tota natura hominum, in Ecclesia, & in impijs. Sed hic multo difficilior quæstio oritur: Cum mors & cæteræ calamitates sint potius in manorum peccatorum ac scelerum, cur multo magis Ecclesia Dei miserijs onerata est, quam impia multitudo? Cur Abel interficitur à fratre? Cur Iesaiam crudelissimè scindit ferra tyrannus Manassè? Cur Ieremiam interficit Apries? Cur Zachariam pontificem? Cur Baptistam Herodes? Cur Christum Pilatus? Deniq; exempla non sunt. Plerunq; Ecclesia Dei est exiguus cœtus veræ doctrinæ possessionem retinens, & sustinens varias & ingentes ærumnas communis & peculiare. Iacob amittit coniugem in partu, amittit filium Ioseph. vagatur miser sine certa sede inter homines improbos & periberos. Et plerunq; imperia tenent prophani Principes ignorantes & contemnentis doctrinam Propheticam & Apostolicam, & antecellunt Ecclesiæ, non solum opibus, gloria & voluptatibus, sed etiam publicis virtutibus, vt quot putemus fuisse principes pios, virtute Alexandro, Pyrrho, Scipioni, aut similibus conferendos? Cur autem Ecclesiæ miserix multos moueant, vt valde dubitent, an illa cura humani generis curæ sit Deo, an sit aliqua Dei Ecclesiæ, an hi soli sint populus Dei, qui amplectuntur doctrinam Propheticam & Apostolicam, an Deus hunc cœtum exaudiat in ærumnis. Deniq; cum illa spectacula tristitia Ecclesiæ impellant multos, vt à Deo desistant, vt amplectantur Epicureos furores, necesse est Ecclesiam aduersus hæc scandala præmuniri, & doceri, cur Ecclesia tantis ærumnis subiecta sit, & quod tamen exaudiatur, iuuetur, sustentetur, & tandem liberetur. Hæc est sapientia Ecclesiæ propria. Primum igitur causæ impulsivæ & finales recensendæ, discendæ, sæpe cogitandæ sunt, hæc videlicet:

P R I M A, propter lapsum primorum parentum & reliquias peccati, hærentes in hac corrupta natura, Ecclesia Dei subiecta est morti corporali, & cæteris ærumnis, vt reliquum totum genus humanum. Rom. 8. Corpus morti destinatum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iusticiam. **S E C U N D A**, Cum mundus hanc interiorem immundiciem humanæ naturæ, dubitationes de Deo, & neglectiōem Dei non ducat esse res à Deo damnatas, & contemnat iram Dei, magis premitur Ecclesia, quia vult Deum iram suam aduersus peccata conspici, & vult in nobis poenitentiam crederi. **1. Pet. 4.** Iudicium à domo Dei incipit. Et **Ier. 30.** Castigabor in iudicio, ne tibi videaris innocens. Et Iesaiæ vltimo: Ad opem respiciam? Nisi ad contritum spiritu, & trementem sermones meos.

T E R T I A causa, Quia Diabolus ardet maiore odio Christi Ecclesiæ, insidiatur rabiosius Ecclesiæ, & sæpe magnas dispersiones facit, vt cum hæreses excitat, sæpe euertit sanctos, vt Davidem, &

egam telam miseriarum texit, vt multos irretitos adigat ad desperationem. De hac causa dicitur in Genesi cap. 3. Serpens mordebit calcaneum eius. Quanta vero miseria sint illi venenati morsus, sæpe experiuntur pij, vt Dauid impulsus, vix iterum ex illis tot peccatis scandalis eluctatus est. Item Matth. 12. Redibo in domum meam, & egressus sum. Item 1. Pet. vlt. Aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. **Q**UARTA. Sapissime calamitates sunt pœnæ certorum delictorum, quas Deus vere irascens peccatis irrogat hominibus, simul vt puniat scelera, & vt retrahat lapsos ad pœnitentiam. Et hæc pœnæ cum propter lapsos lapsus irrogantur, tum vero etiam tanquam exempla proponuntur, vt ceteri commonefacti Deum timere discant, & mores regant diligenter. Sic Dauid propter adulterium & proditum Vriam, multis magnis ærumnis ex cruciatur & punitur: Filius interficit fratrem, postea mouet seditionem, expellit regno patrem, polluit incestis stupris coniuges patris. Deniq; nulla vox humana eloqui potest magnitudinem calamitatum, quas Dauid multos annos sustinuit. Sic Osiæ punitur lepra, propterea quod contra legem sacrificaturus esset. Sic Manasse abducitur in exilium propter cultus idolorum, & propter inuictos Prophetas. Et de vniuersi populi exilio & excidio vrbs Ierosolymæ inquit Ieremias cap. 22. Et dicit vnusquisq; proximo suo: Quare sic fecit Dominus huic magnæ ciuitati? Et respondebunt, Eo quod dereliquerit pactum Domini Dei sui, & adorauerint Deos alienos, &c. Et Amos 2. Deceperunt eos idola sua, & mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Ierusalem, quia conterunt capita pauperum. Ita filius & pater eius ierunt ad puellam vnã, vt violarent nomen sanctum meum. Deniq; conciones & historiae Propheticae plenæ sunt exemplorum & testimoniorum, quæ ostendunt hanc quartam causam iustissime patere. Plerunq; certa delicta puniuntur certis calamitatibus communibus, aut peculiaribus, quod vt sit manifestius, sæpe cum delictis pœnarum formæ congruunt, vt Sapientia 11. dicitur: Per quæ peccat quis, per ea cruciatur. Vt quia Dauid rapit alienam conjugem, vicissim ipsius coniuges constupratæ sunt. Item filius fratrem interficit, & aduersus patrem arma capit, quia semen suum adulterio polluit. Impiorum historiae habent innumerabilia exempla, in quibus pœnarum formæ congruunt cum sceleribus, vt Oedipus genuit et matrem, filij igitur mutua cæde pereunt, Antigona filia interficitur. Ita res ostendit maledictam fuisse generationem. Ita historiae ostendunt late vagari pœnas, & ex vno scelere innumerabilia peccata & multiplices calamitates oriri. Quare cum miramur aut deploramus magnitudinem calamitatum humanarum, tot vitæ confusiones, tot ruinas regnorum, de hoc fonte cogitemus: Vt cumulantur peccata,

sic cumulantur poenae, et si Deus eas mitigat, ut postea dicam. Sed de
 Ecclesiae poenae proprie dicamus. Hanc quoque sciamus puniri, & re-
 stituta nobis proponamus. Micheæ 7. Iram Domini portabo, quoniam
 iniquitatem peccavi ei. Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates tuas, mi-
 sericordiam autem meam non auferam ab eis. Iesa. 46. Ego in iu-
 tus es, & peccauimus, ac diu in peccatis fuimus, & tandem liberati
 sumus. Cecidimus quasi folium, & iniquitates nostrae quasi ventus
 dissipauerunt nos. Mira descriptio est, & tristissimum prædicium. Dis-
 pantur Ecclesiae, Gentes, familiae, tanquam ventis, propter contem-
 pta, ut decem tribus Israël, in quibus tamen reliquae Ecclesiae con-
 serunt, abductae in exilium, latè dissipatae sunt. De hoc genere ve-
 rum loquitur Christus Iohan. 7. Ne iterum pecces, ne quid tribu-
 rius accidat. Et Paulus 1. Cor. 11. Cum iudicamur, à Domino ex-
 pinur, ne cum hoc mundo damnemur. Apocal. 3. Ego quoniam diligis,
 arguo & castigo. **QVINTA** causa. Ut afflictiones sint testimo-
 nia doctrinae. Est enim Iesaias, Ieremias, Baptista, non propter
 peculiaria facta puniuntur, tamen sustinent ingentes ærummas pro-
 pter alias causas, uidelicet, Primum ut agnoscant iram Dei ad ob-
 scuro commune peccatum generis humani. Deinde suscipiunt certum
 propter confessionem doctrinae. Vtrunque enim conspicitur in
 ærumnis Pauli, quod uidelicet non circumferat Euangelium sine tribu-
 litatis, aut voluptatum causa, quia propter doctrinam magnam tribu-
 rias sustinet, cum alioqui inter suos honesto loco tranquille morari
 posset. Deinde quod reuera ac serio sentiat veram esse hanc doctri-
 nam, eo confirmat, quia mortem uoluit sustinere, quam ad ipse
 professionem Euangelij. De hac causa dicitur Matth. 16. Qui uult
 me sequi, tollat crucem suam, & sequatur me. Et 2. Tim. 3. Omnes
 qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionem patientur. Psal. 115.
 Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent. Psal. 117. Pericula
 in conspectu Domini mors sanctorum eius. **SEXTA.** Vastissimas
 sunt testimonia immortalitatis. Cum enim Deus promittit bonis
 is bona, & hic horribiliter eos opprimi ab impijs sinat, & carum
 peritis testimonijs ostendat se approbare Baptistam, Paulum, & her-
 les, necesse est recurre ad aliam uitam, in qua ornetur bonis Baptistam
 Paulus, & puniantur propter hos necatos, Herodes & Nero. Hinc lo-
 quit Petrus: Si autem primum à nobis incipit iudicium, quis erit
 nis eorum, qui repugnant Euangelio? **SEPTIMA.** Ut
 ciamur similes imaginis filij Dei, ut Roman. 8. dicitur. Et ipse dicitur
 Non est discipulus maior magistro. Christus subiit poenam & ærum-
 nas propter nostra peccata, factus pro nobis uictima, placans iram
 Dei, ut recipiamur, quanquam indigni, sed qui recipimur, ut huius
 haeredes eius gloriae, quam meruit Christus, oportet prius hoc re-

peccati destrui, ut Roma. 6. dicitur: Verus noster homo simul
 crucifixus est, ut destruat corpus peccati. OCTAVA. Etiam
 illis, in quibus non puniuntur peculiariter facta atrocitas, est tamen
 superior immundities, securitas, admiratio sui, dubitationes multæ.
 hæc mala emendantur in cruce, & cauentur futuri lapsus, ut 2. Cor.
 dicitur: Responsum mortis in nobis habuimus, ne mea virtute con-
 fidecerem. Et ad hanc causam multa dicta & exempla pertinent. Vult
 enim Deus in omnibus sanctis crescere penitentiam & dona. 2. Cor.
 4. Esti noster homo exterior corrumpitur, tamen interior renouatur
 quotidie. Proverb. 3. Quem diligit Dominus, corripit. Heb. 12. Fla-
 gellat omnem filium, quem recipit. Psal. 118. Bonum mihi, quod hu-
 miliasti me, ut discam iustificationes tuas. Iesa. 28. Vexatio dat in-
 tellectum. Item: Quem docebit scientiam? Ablactatos à lacte, auul-
 sos ab uberibus. Iesa. 26. Domine, in tribulatione visitant te, angus-
 tia in qua clamant, disciplina est eis. NONA. Ut appareat sancto-
 rum inuicem obedienciam præstare non ambitione, aut tantum præ-
 sentium utilitatum aliquarum causa, sed principaliter, ut Deo serui-
 ant, & ipsum celebrēt, ut Psal. 43. Hæc omnia venerunt super nos, nec
 obliui sumus te, &c. DECIMA, Ut appareat Ecclesiam non hu-
 manis consilij & præsidij, sed ab ipso filio Dei capite Ecclesie, ac du-
 ce, diuina potentia colligi, defendi & seruari, & ut in nostra infirmi-
 tate conspicatur præsentia & potentia Christi propugnantis nos ad-
 uersus Diabolorum & Tyrannorum furores. 2. Cor. 4. Circumferimus
 thesaurum hunc in vas testaceis, ut excellentia potentie sit Dei, &
 non ex nobis. Psal. 119. Illi in curribus & in equis, nos autem in no-
 mine Domini Dei nostri. Psal. 43. Deus auribus nostris audiuimus, &
 patres nostri annuntiauerunt nobis, opus quod operatus es in diebus
 veterum, in diebus antiquis: Manus tua gentes disperdidit, & plantaſti
 eos. Nec enim gladio suo acquisierunt terram, & brachium eorum
 non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio
 vultus tui, &c. Iohan. 15. Sine me nihil potestis facere. 1. Cor. 1. Qui
 gloriatur, in Domino gloriatur. Osee 13. Perditio tua est Israël, tan-
 tummodo in me auxilium tuum. Iesa. 46. Qui portamini in vtero
 meo, qui gestamini in mea aluo, senescentem Ecclesiam ego portabo.
 Ego feci, ego feram, ego portabo & saluabo. Iesa. 48. Propter me,
 propter me faciam ut non blasphemem, & gloriam meam alteri non
 dabo. RECENSVI causas, propter quas Ecclesia ingen-
 tibus argumentis subiecta est. Nec esse hanc commemorationem con-
 siliam vtiunque ad demulcendos animos rhetorica consuetudine,
 sed causas veras & magni momenti esse, ita intelligemus, si & no-
 stras & Romanas, & publicas, attente considerabimus. Ridentur hæc ab
 Epicureis, & omnibus alijs qui ebrij voluptatibus sunt, aut gloria.

Sed pij in veris ærumnis ac doloribus agnoscunt, hanc doctrinam & veram, & diligenter meditandam esse. Et hinc excitandos esse animos ad timorem Dei, & ad quærendas veras consolationes. *Ve enim remedia salutaria non possunt adhiberi in morbis, nõ explorata causa: ita nos in Ecclesia veras miseriarum nostrarum causas intelligere & deplorare discamus, vt iram Dei aduersus commune peccatum, & nostra peculiaria delicta agnoscamus, & compescamus impia aberrantes à lege, considerata magnitudine horribilium peccatorum.* Deinde etiam remedia quæramus.

PHILOSOPHIA vix in re errat, nec causas principales videt humanarum miseriarum, nec efficacia remedia proponere potest, desigit oculos in materiam, nec de homine aliter quam de pomis, aut violis, aut rosis cogitat. *Ve de sit in hominum natura tanta labe, ignorat. Deinde non solum culpam errorem & prauas cupiditates hominum, sed radicem ignorat, nec vituperat ignorationem & contentum Dei.* Deinde remedia proponit, quæ dolorem & indignationem frementis animæ mitigent. Tantum dicunt, malum cum tolli non possit, necessarium herendum esse, vt si equos aut boues iuberent mortem patienter ferre. Quid iuuat (inquiunt) ad necessarium malum insuper addere inanis animorū cruciatus, & nihil profecturos? Bonus animus, inquit, virtus, in re mala dimidium est mali. Nec mitigationem, auxilium, vt liberationem proponunt, sed iubent fugere omnes ærumnarum occasiones, quantum omnino fieri potest. Hinc Epicurei præcipiunt vitandam esse gubernationem Reipublicæ, quia manifestum est, gubernationem plenam esse solitudinum & periculorum, & sæpe tragicos exitus asserre, vt Palamedis, Thrasibuli, Demosthenis, Ciceronis, Pompeij, Cæsaris, & aliorum innumerabilium exempla testantur.

ALII quædam etiam virtutes aduocant, in quibus occurrunt etiam si multa omittuntur, tamen hoc verum est, quod dicunt propter dolores non faciendum esse contra vllam virtutem. Caro propter mortificationem non debet sibi consciscere mortem, facit enim contra modestiam. Coriolanus propter iracundiam non debet obsequi cupiditati vindictæ, & patriæ bellum inferre. Obluiscitur enim pietatis, quam debebat patriæ, Demosthenes pulsus ciuitate, non debet muliebriter lamentari, facit enim contra modestiam, quæ in conspectu moderationem efficit. **HIS** consolationibus recitatis, deplorant generis humani miserias, & colligunt multorum calamitatorum exempla, quod leuius videtur esse onus, quia cum multis feruntur communem miseriam generis humani. Tandem cum vident quædam tragica mala nulla consolatione leniri posse, delabuntur ad illud Optimum non nasci. Ita in Philosophica consolatione tota, nisi mentione est Dei, nulla liberatio, nulli exitus, nullus opitulatio.

ET SI autem ut recte valentes medicorum sermones non
 proficiunt, ita ebrii voluptatibus, nec Philosophicas, nec Euange-
 licas consolationes considerant, tamen ægrocius animus auidè inquit
 & medicinam vndecunq; offertur, accipit, maxime vero acquies-
 cit intelligat à Deo certis testimonijs consolationem propositam
 Deinde quærit sapientum cogitationes, quæ in leuioribus ærum-
 petam non nihil leniunt dolores. Et collatio ipsa doctrinarum bo-
 nae menti suavis est, & addit lucem diuinis consolationibus, easq;
 utiliores efficit, & animos exuscitat, ut Deo gratias agant, quod vere
 efficit se nostrarum miseriarum cura, tam illustribus testimonijs ostē-
 dit. Exhibuit enim nobis filium suum, ut esset testis & pignus suæ mi-
 sericordiz erga nos, & multis concionibus amplissimis promisit au-
 xilium & liberationem calamitosi petentibus opem, & exempla ad-
 huc liberationum insignium, & experimur ipsi exempla quotidiana.
 Valde est igitur habere in conspectu, & ob oculos posita capita præci-
 pua consolationum, quæ in doctrina cælesti traduntur, & necesse est
 eas sententias annotatas tenere, quæ doceant mentes de voluntate
 Dei. Ideo enim traditæ sunt, ut cogitentur, & accendant nos ad agni-
 tionem Dei, & proponant auxilium. **R**ECENSERIMVS au-
 tem quinq; locos consolationum, traditos à Deo, quos meminisse ne-
 cessè est. **P**RIMVS locus est: Omnes homines, ac præcipue
 Ecclesiam, oportet statuere non casu nos affigi, sed sciente Deo. Et
 quocunq; affliciones vel à materia vel à diabolo, vel ab hominum
 iniuria oriuntur: tamen sciamus eas permitti aliquo Dei consilio,
 dumtaxat esse præscriptas, vltra quas scire diaboli aut hominum ma-
 licia non poterit. Esti autem hic primus locus nondum est integra
 consolatio, tamen initio Epicureas opiniones ex animis euelli & ex-
 tergere oportet. Imo nihil dubium est, hanc ipsam ob causam præci-
 pua Ecclesiam exerceri tam duriter, & rursus liberari, ut crescat in
 animo lumen vere statuens, non casu nasci & occidere homines. Sed
 hæc vere esse Deum, qui se patefecit misso filio, & nobis tradidit
 verbum suum, & vere irasci eum peccatis, & sanare resipiscentes.
 Nec exiguum est certamen, liberare animos ab Epicureis furoribus.
 Ideo primum hæc dicta nobis ipsi inculcemus. Matth. 10. Nonne duo
 passeris esse videntur, & vnus ex eis non cadet super terram sine Pa-
 tre vestro? Omnes autem capilli capitis vestri numerati sunt: Ne igitur
 timeatis, multis passeribus meliores estis. Actor. 17. In ipso vi-
 uimus, mouemur & sumus. Psal. 32. Qui finxit singillatim corda eo-
 rum, qui intelligit omnia opera eorum. Psal. 93. Qui finxit oculum,
 non videret? In Threnis Ieremiæ manifesta refutatio est sermonum
 Epicureorum, cap. 3. Quis est iste qui dixit, fieri hæc non iubente Do-
 mino? Ex ore altissimi, neq; bona hæc mala egredientur? Quid mur-
 murat

murat homo contra Deum? Pſal. 99. Scitote quod Dominus ipſe eſt Deus: Ipſe fecit nos, & nō ipſi nos: Nos autem populus eius, & oves pascua eius. Ieſa. 45. Ego Dominus, & non eſt alius, formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum, videlicet poenā: Ego Dominus loquens iuſta & annuntians vera. Sophonia: Et erit in tempore illo, ſcrutabor Ieruſalem lucernis, & viſitabo vna deſixos in ſecibus ſuis, qui dicunt in cordibus ſuis: Non faciet vna Dominus, & non faciet male, & erit domus eorum deſerta. Reg. Dominus mortificat & viuificat. Hic v. c. aſſeribat ſibi quilibet p. reſtimonia, ut firmiſſime ſtatuat, non accidere caſu ærumnas, ſed à Deo, & reuera iuſtum iudicem, ira ſci peccatis, & punire bonos & pios calamitoſos ſuo quodam conſilio exercere. Hunc primam inueni confirmant & teſtimonia, quæ in ſequētibz locis, & ſupra in citantur, quia ſemper complectuntur mentionem Dei, tum poenitentium caſtigantis, tum liberantis, vt: Caſtigans caſtigauit me Dominus.

INNUMERABILES homines, qui in ſecula vna aut mediocribz difficultatibus, non habuerunt opinionem Epicuræ, ſed vtrunq; tenuerunt hanc perſuaſionem, res humanæ Deo non eſſe, ijdem cum incidunt in magnas ærumnas, prorsus hanc perſuaſionem amittunt, & cogitant caſu & ſine vlllo Dei conſilio multæ poenitiae, oriri & occidere alia placidius, alia durius. Deniq; his ſtatim præcipue Diaboli, ſpiritus mendaces ſauciant animos in ærumnis ad vnum contumelia afficiant, excitatis furoribus Epicureis. Ideo diligenter animi aduerſus hæc tela Diabolica præmuniendi ſunt.

SECVNDVS locus: Nihil diligitur aut placide ſeruetur, ſine vlla boni ratione. Quare cum Saul tantum cogitat ſe puniri à Deo, fugit Deum triſtiſſimo fremitu. Tenenda eſt igitur boni ratio in ærumnis. Cauſa finalis ſcienda eſt, cur Deus puniat. Supra impediunt & finales recensui. Sed quæcunq; ſunt impulſiue, quæ poſſunt de variæ & nobis ignotæ, nos ſemper hanc finalem teneamus certam fide, quod Deus puniat aut exercet, non vt perdat nos, ſed vt conuertat ad poenitentiam, aut exuſcitet, vt creſcant in nobis timor, aduocatio, & cæteræ virtutes. Cum hæc bona voluntas Dei contemnitur, iam accedere animus ad Deum, & ſe ſubijcere ipſi vtrunq; accipit, & tolerat poenam ſeu ærumnas placidius. Hæc eſt poenitentia Euangelij doctrina inde vſq; ab initio per Patres, Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos tradita, humanum genus tot ingentibus ærumnis ſubiectum eſſe, non vt ruat in æternum exitium, ſed ut agnoscat Dei aduerſus peccata, & hac admonitione retrahatur ad poenitentiam, & redeat ad Deum opitulatorem. Id intelligebant Adam & Aba, cum viderent mortem Abel, ſeſe admoneri de ſuo peccato habebant, ſed tamen norant Deum velle, ne ſpem vitæ æternæ abijcerent.

merant traditam promissionem de semine, quod abolita morte
 mortuum erat ipsis hunc Abel interfectum. Sed tamen in tanto do-
 difficile illis fuit eluctari ex dubitatione. Sape igitur reperita
 hanc doctrina in Prophetis. Ezech. 33. Vivo ego nolo mortem pec-
 catoris, sed ut conuertatur & viuat. Iurat Deus se punire, non ut per-
 sed ut retrahat nos ad pœnitentiam. 1. Corinch. 11. Cum iudica-
 tur à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Psal. 118.
 non mihi quod humiliasti me, vt discerem iustificaciones tuas.
 Apocal. 3. Ego quos diligo, arguo & castigo. Iesà. 28. Vexatio dat in-
 lectum. Item: Quem docebit scientiam? Ablactatos à lacte, auul-
 tos ab herbibus. Iesà. 26. Domine in tribulatione visificauit te, angustia
 in qua clamant, disciplina est eis. Ad Heb. 12. Flagellat omnem fili-
 um quem recipit. Prouerb. 3. Quem diligit Dominus, corripit. Matth.
 23. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam
 vos. Hic mandat Christus omnibus, qui se oppressos esse miserijs sen-
 tiunt, ut querant hunc opitulatorem à Deo missum. Et Iesà. 61. in-
 que se nullum esse, vt consoletur omnes lugentes, & det oleum gau-
 dij pro lacru, &c.

D E N I Q V E & sequentis loci testimonia
 hanc docent, quæ continent promissiones, in quibus Deus pollicetur
 liberationem, aut auxilium afflictis, & testatur se adesse calamitosi-
 simum inuocantibus, ut Iesà. 57. Habitans cum contrito & humili
 corde, ut visificet spiritum humilium, & corda contritorum. Ec-
 34. 12. Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde. Non igitur
 quia ne perdat, sed iram declarat, vt nos horretur ad pœnitentiam,
 hanc de scriptum est: Concluse omnes sub peccatum, ut omnium mise-
 reatur. Tristis carcer est concludi sub peccatum. Significat enim sub-
 iugum Dei, morti & ærumnis. Vt Dauid tunc concluditur sub pec-
 cato, cum pellitur in exilium, & exiit gloria virtutis, perinde ac si
 liberatus esset. Mauricius Imperator tunc concluditur sub pec-
 cato, cum in eius conspectu, filia, filius, coniunx interficiuntur.
 Sed his tantis miserijs tamen retinenda fuit altera sententiæ pars:
 Peccatum misereatur. Sciendum est in summis ærumnis tamen
 Deum non deserendum esse, sed statuendum quod velit nos recipere
 à liberare ab æterna ira. Sed quam difficile sit in magna calamita-
 te hanc consolationem amplecti, experientia ostendit.

T A R T V S locus consolationis est promissio auxilij, mitiga-
 tionis peccatorum, presentis Dei, & liberationis. Hic locus procul à
 Philosophia recedit. Nam humana ratio nõ iudicat pulso Dauidi De-
 um adesse. Cam Cato videt Pompeium interfectum esse, Iulium vin-
 tunc, nec pretrasci Deo, & se virum iustum, vt iudicat, & in causa ho-
 minis deseri iniuste dicit. Sed doctrina Euãgelij testatur homines
 se eo adiectos à Deo, quia sint in calamitate, sed potius tunc Deum
 promitte.

promittere auxilium, & mitigationem malorum & liberationem. Nec putemus has consolationes inania verba esse: Res vera sunt, & fides experitur euentus, vt exempla declarant. Primum ergo aliquas promissiones colligamus ad nos confirmandos. Nahum 1. bonus est Dominus, & confortans in tribulatione, & agnosens spermas irae. Ioël 2. Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia bonus est & misericors, & mitigans poenam. Id enim vult, cum ait: Dum poenitentia affici, cum punit. Psal. 33. Prope est Dominus his qui contrito sunt corde. Psal. 146. Qui sanat contritos corde, & aligeros contritiones eorum. Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis, & erue te, & glorificabis me. Iesa. 57. Habitans cum contrito & humili spiritu, vt viuificet corda contritorum. Iesa. 66. Ad quem reuertentur nisi ad miserum & contritum spiritu, & tremetem semitotum. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, quia horum est regnum caelorum. Beati qui lugent, &c.

L I B E R A T Deus suam Ecclesiam tantum ex omnibus miserijs, sed interim in hac vita necesse est obedire in aliquibus ærumnis, quia vult, vt dictum est, Ecclesiam subiectam cruci, & tamen quotidie multos liberat, etiam ex corporalibus miserijs, & cum non prorsus liberat, tamen mitigat. Hanc mitigationem saepe describunt & petunt Prophetae, & nos petere discamus. Nam infirma hominum natura non posset sustinere iræ diuinæ magnitudinem, si exardesceret, vt nostra peccata merentur. Ideo clamat Dominus Psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Item Psal. 78. Scitiquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? id est, si iræ exarserit tanta, quantam peccata nostra merentur, omnes subito peribimus. Psal. 77. Et non accendit omnem iram suam. Ierem. 10. Corripe me, sed in iudicio, non in furore, ne in nihilum redigat. Oia 11. Quomodo dabo te Ephraim? Quomodo obruam te Israel? Non sicut Adama & Seboim delebo? Conuersum est in me cor meum, & arsit commiseratio mea. Non faciam furem iræ meæ. Non percuti penitus Ephraim, quia Deus ego sum, & non homo, in medio me constitus, id est, paream per misericordiam, cum Deus sim, & non homo deleri meum verbum, quod tradidi. Abac. 3. Cum irascaris, misericordiam recordaris. Iesa. 64. Et nunc Domine, pater noster es tu, & vero lutum, & fictor noster es tu, & opera manuum tuarum commoda. Ne irascaris Domine ualde, nec perpetuo memineris iniquitatum nostras. Ecce respice, populus tuus omnes nos. **H A C** cōditio mitigatione diligentissime consideranda sunt, vt etiam cum poenitentia tolluntur miseriam, tamen sciamus nos interim iuari, liberari & corroborari, vt perferre onus possimus, & ipsas calamitates pene si perisissent ipsa & filius, exaudire à Deo, & iuuare.

Monte. Sic singuli petamus, & expectemus mitigationem ali-
ne nostra infirmitas prorsus succumbat. Ideo & Rom. 8. dici-
spiritus adiuuat infirmitatem nostram. **Q**UARTVS locus,
fidei & singuli pij in calamitate considerantes tres locos, quos re-
debent afferre fidem & inuocationem. Ideo enim tradidit De-
dulcissimas & amplissimas promissiones, vt nos eas fide am-
vt conspecta eius bonitate sustentemur, deniq; vt ipse in-
ac celebretur. Confugiamus ad Deum, admoniti his dictis :
curamus & expectemus auxilium diuinum, & acquiescamus in his
missionibus, vt acquiescebant pij in AEGYPTO, aut deserto, aut
Babylonico, scientes Deum adesse, opitulari, & tandem futu-
no exitus letos. **Q**UAE RVNT omnes homines, donec possunt,
visibilia praesidia in rebus aduersis. Alius confidit pecunia, alius po-
potum amicorum fauore. Haec cum fallunt, multi franguntur animis,
nullam consolationem admittunt. Hos dolor iste ostendit, solis vi-
visibiles rebus confisos esse, non Deo. Licet vti rebus à Deo ordina-
vt David vtebatur suo exercitu. Sed fiduciam rerum sine Dei fidu-
ca respicit vox diuina : Male dictus qui cōfidit in brachio carnis, &c.
Haec in ista fiducia cito deprehēditur, cum amittimus visibilia praesi-
dia, cum deserimur ab amicis. Hinc querelae sunt Tyrannorum potius
vt videtur, quam miserabiles, *φίλωρῆμ' ὦ τάλαν' ἀπὸ λυμῶν.*
Cur enim illis confidens, immoderatas res aut iniustas mouisti? Re-
ctus David inquit : Pater & mater dereliquerunt me, Dominus autē
deripuit me. Rectius mulier Cananaea, quae abiecta omni spe reme-
dium humanorum, petit opem à Christo, nec deterreri se patitur,
etiam cum initio durius respondet Christus. In vsu vitae, in periculis,
in exercitijs dicendum est, quam fiduciam Deus postulet, quam reiici-
at. Non intelligi haec praecipua sine aliquo vsu possunt. Imo ideo Ec-
cl. laborata est cruce, vt in his exercitijs fides crescat, quae in otio
in exercitijs extinguitur, vt scriptum est : Sedit populus mandu-
cans & bibens, & surrexit ad ludendum. Item Deuter. 32. In crassatus
est & calcitrauit. Iam vt nos ipsos de hac inuocatione aduoneamus,
rememorari haec dicta. Psal. 48. Inuoca me in die tribulationis & eripi-
amur, & glorificabis me. Psal. 5. Et sperent in te, qui nouerunt no-
men tuum, quia non derelinquis quærentes te Domine. Psal. 54. Iacta
super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Psal. 33. Ille pauper
clamauit ad Dominum, & Dominus exaudiuit eum. Psal. 144. Prope-
st Dominus omnibus Inuocantibus eum in veritate. Iohan. 16. Peti-
te & accipietis. Lucæ 18. Oportet semper orare, & non languescere.
Philipp. 4. Ne sitis solliciti, sed in omni oratione & precatione cum
interuentione petitiones vestrae notae fiant apud Deum. Ac fides
intercedat semper, vt primum petat remissionem culpe, postea
mitigatio-

mitigationem pœnæ, vt infra dicam de precatōe. **Q**UINTVS locus, Cum superiores sententias de uoluntate Dei in nobis examinis considerabis, uidelicet quod non accidant casu, quod Deus puniat non ut perdat, sed ut retrahat nos ad pœnitentiam, quod nichilominus, quod à se peti & expectari auxilium uelit, ac iam bonam uoluntatem Dei in nostris calamitatibus agnosces, scias postremo iudicium Dei esse, vt in calamitatibus sic sentientes ei obediamus, ne irascamur ipsi, punienti nos, sed agnoscamus pœnam iustitiae, nosque Dei uoluntati subiciamus, ac aliquo modo uelimus, ut ut placidè feramus hanc pœnam, ut iustitiæ diuinæ obtemperemus. Vult enim Deus in omnibus pœnis conspici ordinem suæ iustitiæ & iram aduersus peccatum. Cum igitur hæc obediencia & dolentis consideratio, etiam præceptis diuinis mandata sit, repugnandum est illi & indignationi. Id docent hæc dicta. Micheæ ultimo: Irasce mihi potero, quia peccaui ei. Et consolatio additur. Non enim irasce est præceptum nosse, aut tolerare malum, sed ut ante dixi, si uocatio accedat, ideo & hic Micheas addit: Cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. 1. Petri ultimo: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei. Præcipit ut Deo prementi nos obediamus, & nominat potentem terræ, quod de utraque re intelligatur. Manus Dei potens est, & ad uertendos superbos, & ad erigendos afflictos. Nulla est tantæ potentia, tam florens gloria & opibus, quam non facile possit Deo uocari, ut historiarum omnium temporum ostendunt. Sed meminerit exempla sanctorum, Dauidis & Nabuchodonosor. Hi ex summo fastigio deiectionis, didicerunt se prius tutos fuisse non sua uirtute, non armorum fide, non humanis præsidij, sed Deo seruante, protegente & gubernante eos. Nimis longus catalogus esset, si recenseremus huiusmodi casus, qui horribiliter euersi sunt: Herculis, Achillis, Alix, Iasonis, Philippi Macedonis, Pompeij, Cæsaris, Antonij, & aliorum innumerabilium. **H**ORVM tragici exitus declarant hanc uocem: Abominatio est coram Deo, quicquid sublime est in mundo, id est, quicquid gloriosum est sine agnitione & timore Dei, deiectionatur. Ideo tantæ ruinæ sunt summorum uirorum, qui non solum præsentia, sed etiam uirtute antecelluerunt. **R**URSUS potentiam suam Deus etiam in erigendis pijs sæpe ostendit, ut Iosaphat uocari liberatur: Dauid pulsus restituitur in regnum: Manasses uocari diu captiuus fuisse, tandem post pœnitentiam incolumis dimittitur. In his exemplis scriptis affirmatur Deum esse autorem huiusmodi uocationum, ut sciamus idem de non scriptis exemplis. Cum uero aduersæ mitigantur aut tolluntur, sic hoc Deo nos iuuante, & gubernante consilia & exitus, ut Psal. 27. dicitur, Dominus adiutor meus

meſtor meus, in ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. **S E N**
 ad præcepta, quæ obedire iubent. 1. Corinth. 10. Ne murmu-
 ſicut quidam eorum murmurauerunt, & interfecti ſunt ab inter-
 re, vt in Numeris cap. 21. narratur de ignitis ſerpentibus. Pſal.
 Subditus eſto Deo, & ſpera in eum. Breuis concio eſt de rebus
 armis, & duas partes complectens, Præceptum de obedientia, &
 ſolam de conſolatione à Deo petenda & expectanda. Pſal. 45.
 & uidete quod ego ſim Deus. Mirum præceptum eſt, & igno-
 um Philoſophiæ, ſed conuenit cum dicto Ieſaiæ: In ſilentio & ſpe
 ue fortitudo ueſtra. Quod eſt igitur illud ſilentium? Quidnam illud
 uere? Primum obedienter tolerare impoſitas ærumnas. Deinde
 non accedere negotia ſine uocatione. Tertio, Non ut ſolet humana
 ſiſtencia diſcurrere ad querenda uaria præſidia, & in his aliqua in-
 uita, que ſine iuſto ordine, ſicut Reges Iuda, nunc inclinabant ad Aeg-
 yptios, nunc ad Syriacos reges, nunc ad alios, impliciti ſtultis ſce-
 derunt, poſtea cogebantur ſequi alienos furores. Huic impatientiæ
 & diſſociationi querentium auxilia ſine iuſto ordine, opponantur
 hæc uoces: Vacate, id eſt, quieſcite, expectate Dei auxilium, non diſ-
 currite in Aegyptum, in Syriam, ad Turcos, ad Aphros. In bona cauſa
 uis tranquillæ animis, & à Deo deſenſionem expectate, & ſi quid
 ſuus euenier, tamen melius eſt ſuſtinere ærumnas, quam in honeſtis
 uoluptatibus bonam cauſam deformare. **EXPOSVI** quinque locos
 rarios in doctrina Euangelij, de tolerandis miſerijs, ignotos Philo-
 ſophiæ. Cum autem hac fide confirmati animi tolerant afflictiones,
 tunc uerè patientia ſeu tolerantia eſt ſacrificium, id eſt, cultus Dei,
 & obsequium à Deo mandatum, & eo factum, vt ipſi honos reddatur. Sic
 Pſal. 50. dicitur: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. Et Ro-
 man. 12. Offerre corpora ueſtra hoſtias uiuas, &c. Nec uero ipſa la-
 uis corporis, vt Ethnici putabant, eſt ſacrificium, ſed uoluntatis
 ſubſtantia, ſeu tolerantia in dolore, cum quidem uoluntas Deum
 uocare, & petit & expectat à Deo auxilium. Nec ſunt ſacrificia ac-
 cidentia calamitates, vt ſacerdotes Baal fodiebant ſua corpora, ſeu ut
 Deo ſe deuocabant pro Republica. Hi furores Ethnici dam-
 nandi & execrandi ſunt, ſed illarum calamitatum tolerantia ſacrifi-
 cium eſt, quæ aut uocationem comitantur, vt Chriſti, Prophetarum,
 Apoloſtorum, & omnium piorum ærumnæ, profeſſionem ueritatis
 comitantur, aut que ſunt pœnæ, ſequentes communem imbecillita-
 tem, aut noſtra delicta, vt morbi, ſupplicia legitima, vt cum fures aut
 homicidæ ſupplicijs afficiuntur. Harum miſeriarum tolerantiam di-
 tinas heri ſacrificium, ac de his dicitur 1. Petri 1. Pauli ſper ubi o-
 uis eſt contriſtati. **S I C** igitur ſer cum ducitur ad ſupplicium,
 ue ſuam calamitatem. Primum ſtatuet, ſe non caſu hærere in hac
 pœna,

pœna, sed sciente & permittente Deo, certo consilio. Quo nam? cur? Quid ego magis plestor, quam tot alij Harpali in aulis multo plus furati? Te vult agnoscere iram suam aduersus peccatum, te vocat ad pœnitentiam. Nunc cogita quanta fuerit infirmitas tua. Impulsus cæca cupiditate alienum rapuisti, celsisti Diabolo, qui dicitur perniciæ hominum. Nunc igitur hæres in pœna. Nec curas tuas Diabolo, qui te prorsus à Deo auellere conatur. Incipe agnoscere filium Dei Iesum Christum, & scito propter hunc te recipi. Solabitur iam nunc quoque, vt latronem in cruce. Obædies igitur, qui in his publicis pœnis ostendit exempla iræ suæ aduersus peccatum, & commonefacit homines, vt cogitent quanta sit Diaboli malignitas. Imbecilles homines in tales miseria impellit. Dices vt Daniel tibi confusio, sed Deo tribuatur misericordia, qui in talibus spectaculis non prorsus abiicit miseros, sed confugientes ad filium cœlestem recipit. Erigas igitur animum fide & agnitione Christi, peruenies ad solationem, & expectes vitam æternam, vt latro in cruce. In tali exemplo conspicitur potest discriminis patientiæ, de qua loquuntur philosophi: & patientiæ, de qua Euangelium concionatur. Philosophi nihil dicunt de præcipuis causis, nihil de Deo, nihil de auxilio domino, aut liberatione. Sic igitur hæc definitio huius virtutis, vt philosophi definiunt: Patientia est obædire rationi in miseris, ira dolorem moderemur eatenus, ne faciamus contra iusticiam, aut virtutes. Vt Cato facit contra iusticiam, sibi mortem conficit. Coriolanus facit contra pietatem debitam patriæ, bellum ciuilem cognatis inferens. Demosthenes facit contra modestiam, cum multo briter lamentatur, pulsus in exilium. Et quanquam interdum vult aliquo modo pœnam iustam reus aliquis, vt Adrastus, qui casu interecerat Cræsi filium, tamen iniustam pœnam, præsertim atrocem, non humana ratio non potest. Palamedes, Socrates, & similes ferunt supplicia, non quod velint pœnam, sed perinde tolerant, ac si eliderentur à leonibus. At Paulus vult aliquo modo supplicium, quia testimonium esse confessionis. Dauid vult aliquo modo pœnam, quia scit, Deo debere nos hanc obædiētiam, scit à Deo proponi cruciatum iræ toti generi humano in hac sua pœna, præterea mitigationem expectat. Addatur ergo definitio in Euangelio tradita: Patientia Christiana est, obædire Deo in sustinendis ærumnis, ita, ne vel à Deo irasciamur, vel ei irascamur, vel contra alia præcepta Dei faciamus. Moderemur animi dolorem, & auxilium ac mitigationem à Deo expectemus. Collatio definitionum ostendit discrimen, quod in scripturis tamen clarius conspicitur. Dauid intelligit se Dei consilio peccari, & Deo obtemperat, & petit mitigationem. Socrates miratur iusticiam, & nihil de Dei consilio cogitat, casu se opprimi videtur.

ut si casu præterisset, ruente aliqua turri, & cum opprimente, nec
 auxilium aut mitigationem à Deo. SEIVNGAMVS ergo
 ab Ethnicis in nostris ætumnis, & discamus præcipue hanc ipsam
 causam, totum genus humanum tantis miserijs onerari, vt ad
 irationem Dei & ad inuocationem veram excitentur. Cum videmus
 pestem, morbos, iniurias, bella, pestilentias, diluvia, excidij vrbi-
 um, & alias innumerabiles calamitates priuatas & communes, vult
 nos admiratione tantarum miseriarum attonitos, de causis & de
 vtilitate querere. Laudatur Platonis sententia in epitaphio, quam
 Cæcero expressit his verbis: NAM cui viro ex se ipso apta sunt

omnia, quæ ad beate viuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono
 casu aut contrario, pendere ex alterius euentis, & errare coguntur,
 hanc optime viuendi ratio comparata est. Verba Platonis hæc sunt:
 ἴστω ἄνθρωπος εἰς ἑαυτὸν ἀνάγκηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαι-
 μονίαν φέροντα, ἢ ἐγγύς τούτου, καὶ μὴ ἐπ' ἄλλοις ἀνθρώποις
 ἐκάρηται, ἢ εὖ ἢ κακῶς πρᾶξαντων, πλανᾶσθαι ἀνάγκη-
 ται καὶ τὰ ἐκείνο, τότ' ἀρεῖσα παρὰ σκέυασα ἔστω.

Quod monet Plato, ne pendeant vniuersæ spes nobis à fortunæ
 bonis, aut hominum coniunctionibus, recte docet: Sed quod deducit
 nos ad nostras virtutes, nondum satis est. Nam ad Deum deduci nos
 oportet. Multa enim accidunt homini, vbi humana virtus sine Dei
 auxilio succumbit. Hic vult Deus se agnosci & inuocari, & pollicetur
 auxilium, & experiemur hanc consolationem non esse inanem Rhe-
 toricam, si in vero dolore inuocabimus, sicut scriptum est: Prope est
 Dominus his qui tribulato sunt corde.

DIXI de causis ærum-
 narum, & de consolationibus, & virtutem, quæ patientia seu toleran-
 tia vocatur, quam Græci nominant ἀνεξικακίαν, vtcunq; descripsi.
 Quæ etiam necessaria est, quia diuinitus hæc obedientia postularur,
 in qua & vtilitates magnæ exsuscitent nos, vt eam maiore cura ample-
 ctamur. Vbi animi hac virtute non confirmati sunt, varie ruunt, ira-
 scuntur Deo, querunt auxilia inconcessa, vt Saul consulit magicam
 mulierem, Reges faciunt iniusta fœdera, multi cupiditate vindictæ
 mouent Ecclesiam & imperia, vt Arrium dolore repulsæ motum aiunt
 ad turbandam Ecclesiam: Et vidit nostra ætas exempla talia non pau-
 ca. Magnam incendium est vindictæ cupiditas in multis, vt in Alci-
 biade, Coriolano, & in alijs magnis viris. Sed discamus priuato do-
 lori anteferre publicam vtilitatem, nec per impatientiam non neces-
 sarios tumultus excitemus. Quantum decus fuit Scipionis modera-
 tio, qui cum facile posset tribunorum iniustas criminationes armis
 opprimere: tamen vrbe cedere maluit, quam sine necessitate mouere
 impubliam.



Ac præcipue nos in Ecclesia pericula publica proſpicimus. Motæ diſcordiæ cupiditate vindictæ, sæpe horrendas dogmarum confuſiones, & bella ciuilia excitant. Hæc mala diligenter cauenda ſunt, & grauiſſe ac prudenter iudicandum eſt, quibus de rebus ſic pugandum, & vbi non ſic pugandum. Non dimicandum eſt de priuatis officiis, non prætexenda publicæ cauſæ priuatis odijs & inuicis, ſed vere & neceſſariæ doctrinæ puritas grauiſſe & ſedatis animis delibanda eſt.

Et ſi Philoſophia quærit in materia & voluntatibus minimum propinquas calamitatum humanarum cauſas, tamen hæc principales in Eccleſia Dei patefactæ ſunt, videlicet, peccata inſtituta hominis, & furores Diaboli, qui vt Deum contumelia afficit, præſertim in Eccleſiam hoſtiliter graſſatur.

Et ſi autem hæc prima initia ſunt omnium calamitatum, tamen diſcrimina quædam ſunt. Vt alia cauſa propinqua eſt cur Dauid aſſigatur, cum ex repropter adulterium & homicidium eiſcitur. Alia cauſa propinqua eſt ærumnarum Ieremiz, qui in confeſſione veritatis interſicitur. Propter hanc cauſarum diuerſitatem, genera calamitatum diuerſa nominari poſſunt, quæ ideo illuſtris vocabulis diſcerno, vt diſcrimina de diuerſis cauſarum planius intelligi, & facilius explicari poſſit, quam quidem intelligi neceſſe eſt, & propter conſolationes, & iudicandas diſputationes de ſatiſfactionibus, & alias.

Et ſi primum genus *τιμωριῶν*, quæ ſunt pœnæ cetorum delictorum, quæ non quidem ſunt compenſationes ſeu ſatiſfactiones, quæ impetrantur remiſſionem culpæ aut pœnæ æternæ, ſed ſunt opera iuſtitia diuinæ, per quæ vult Deus commonere nos & alios de ſua iuſtitia, ut ſciamus & quæ ſint peccata, & vere irasci Deum peccatis, & cum in hac vita mortali, tum in futura punire, niſi rursus ad Deum conuertamur. Ad hoc genus pertinent plurimæ calamitates in toto genere humano, quia plerique homines etiam atrocibus delictis irritant iram Dei. Quanquam autem hæc pœnæ ſunt opera iuſtitia Dei, quæ vagantur per omnes gentes, tamen in Eccleſia ex parte præmiſſiones firmæ & immotæ, quas Deus immenſa miſericordia nobis tradidit & patefecit, quæ affirmant in hac ipſa ira Deum tamen volentem ad ſuum mediatorem confugiamus, & ſeruemur, ac ſalutem aduonemur, sæpe etiam & in hac vita mortali tollantur aut mitigantur calamitates. Ideo apud Micheam cap. 7. ſcriptum eſt: Iram Domini portabo, quia peccaui ei. Hic aperte de pœna loquitur, & tamen conſolationem addit: Cum ſedebo in tenebris, Dominus lux mea. Ac multa diſcit Eccleſia in his pœnis. Diſcit quæ ſine peccato, & ſciet iuſtum Dei iudicium & iram aduerſus peccata, & tribuit Deum iuſtitia, vt Daniel inquit: Tibi Domine iuſtitia. Similiter tibi accenditur lux Euangelij, quæ docet gratiam exuberare ſi peccata

an, vt ad Romanos scriptum est. Discunt piæ mentes, immensa
 ritate & misericordia Deum lenire suam iram iustissimam, & an-
 tere nostram salutem indignationi suæ. Et tamen vt iusticiæ satis-
 feruatam esse iram in filium. Harum collationum, iusticiæ &
 misericordiz consideratio, studium erit cœlestis sapientiæ in vita
 eterna. Sed tamen nunc ut in tirocinio initia pie cogitanda sunt.

S E C U N D U M genus sit, *δουμοσολι*, cum non propter certa
 iustitia, sed exercendi & confirmandi causâ affliguntur homines Deo
 placentes, & qui non habent saucias conscientias, vt carcer Ioseph,
 Davidis ærumnæ, cum Saul ei iniuste insidiatur, calamitates Iob. Est
 enim in omnibus sanctis in hac vita sunt peccata, tamen alia causâ
 propitiâ est, propter quam Deus tam duriter hæc sua organa exer-
 cit. Non vult in otio & luxu fidem & inuocationem extinguere, vult in
 ipsa ærumnis crescere virtutes, vt in gubernatione sint vigilantiores
 & feliciores.

T E R T I U M genus est *μαρτύριον*, cum propter
 confessionem vere doctrinæ homines Deum vere colentes, affliguntur
 aut interficiuntur, vt mors Abel, supplicia Ieremiæ, Pauli & aliorum,
 qui in confessione veritatis interfecti sunt, nequaquam sunt pœnæ
 tantorum delictorum, sed testimonia, in quibus ostendunt, se, cum ve-
 ritatem vitæ anteferunt, serio sic sentire de Deo, vt docent, ac vere
 credere nequaquam fabulosam esse doctrinam Euangelij. Testantur
 se non restare aliam vitam, & aliud iudicium post hanc vitam. Paulus
 mouerat mortuos in vitam, quo exemplo testimonium diuinitus
 ostensum est, Deo Paulum placere. Nec propterea abiecit eum, et-
 nim à turpissimo tyranno interficitur. Restat igitur aliud iudicium,
 in quo Deus Paulo bene faciet, & de Nerone pœnam sumet. Et sicut fi-
 lius Dei summos & acerbissimos cruciatus sustinuit, ita præcipua lu-
 mina Ecclesiæ præcipuas ærumnas sustinent, vt degustent passionem
 filij Dei, & quidem Abel, Isaac, & alij Patres & Prophetæ typi fue-
 runt, significantes mortem Christi.

Q U A R T U M genus est
Μετῃ. Est autem solius filij Dei obedientia, in omnibus ipsius af-
 flictionibus & morte. Nam in hunc deriuata est ira æterni Patris ad
 nostras peccata nostra. **H A E C** quatuor genera distincta appel-
 lationibus considerare vile est, propter multarum disputationum ex-
 plicationem.

**DE INVOCAZIONE DEI,
 SEV DE PREGATIONE.**

C Vm de ceteris virtutibus, de Temperantia, de Mansuetudine, &
 alijs tam accurate scripta multa legantur, mirum est de hac vir-
 tute omnium summa, de inuocatione Dei, non solum pauca tradita
 esse,

esse, sed etiam corruptelas admittas esse de inuocatione mortuorum. Item negligi doctrinam de fide, quæ maxime in inuocatione hære debet, negligi item discrimen promissionis gratiæ, & promissionis bonorum corporalium. Vtilissimum est autem recte, diligenter, & copiose erudiri Ecclesiam de inuocatione, quæ proprium solius fidei opus est. Ceteræ virtutes multæ, vt temperantia, manifeste reperuntur etiam in his qui Deum ignorant, vt in Pomponio Attico, & similibus. Sed inuocatio tantum est Ecclesiæ, & quidem præcipua est Ecclesiæ murus, vt Salomon inquit: Turris fortissima nominabitur tibi, id est, Inuocatio vera Dei.

D I S C E R N A N T vni gradus. Aut petimus aliquid à Deo, id proprie vocatur precatio in oratio: aut agimus gratias pro accepto beneficio, hoc est, veliamus vere à Deo nos adiutos esse, & ei gratias agimus, & celebramus eius beneficij nos & alios ad timorem Dei, ad fidem, ac ad innocenciam inuitamus. Has species sæpe nominat Paulus, & nota sunt verba Philip. 4. Non scis solliciti, sed in omni precatione & petitione, cum gratiarum actione postulationes vestræ innotescant apud Deum. Ne igitur precatio nostra sit inanis βαττολογία, & Ethnicum nomen, seiangamus nostram inuocationem ab Ethnica, Mahometica, Iudaica, & discamus quomodo recte inuocandus sit Deus. Ac primum sæpe inter inuocandum cogitemus, quid intersit inter veram inuocationem, quam facit Ecclesia Dei, & Ethnicam, Mahometicam, & Iudaicam. Hic sciamus præcipue duo esse discrimina: Alterum de Dei essentia: Alterum de voluntate patefacta in promissione & filio mediatore. Quod ad prius attinet, aberrant Ethnici, Mahometici & Iudæi, & quicunq; idola aut mortuos inuocant, à vero Deo, qui se patefecit dato verbo suo, & misso filio suo. Inuocant Turci Deum, sed dicunt, conditorem cæli & terræ. Sed nolunt hunc esse verum Deum conditorem cæli & terræ, qui dedit nobis hoc verbum, traditum per Prophetas & Apostolos, nec assentiuntur Christum esse filium Dei. Aberrant ergo à Deo, sicut Christus clare inquit: Qui non honorat filium, non honorat Patrem. Nec vult Deus aliter agnosci, quam se se se suo verbo & per filium patefecit. Ideo toties iam diximus, nullam Ecclesiam electorum cogitandam esse, nisi in cætu vocato, vbi resonat Euangelium. Et hic tantum fit vera inuocatio, quia necesse est dirigi inuocationem ad hunc Deum, qui se patefecit dato hoc verbo & misso filio suo Iesu Christo.

A L T E R V M discrimen non minus necessarium est. Est naturalis ratio fateri esse Deum, mentem æternam, immensam potentiam, sapientiam, iusticiam, bonitatis, conditricem rerum fateri potentes: tamen omnes ignari Euangelij nesciunt an Deus velit recipere nostras preces, & cur recipiat, ignorant mediatorem Christum, &

omissiones. Non est autem inuocatio, quæ dubitat an Deus recipiat nostras preces, & ignorat cur recipiat. Inane murmur est, vt a Virgilio illa regis barbari oratio :

An te genitor cum fulmina torques,
Nequicquam horremus, cæciq; in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent ?

Si c narrat in Creta Iouis statuam fuisse, quæ nec aures nec oculos haberet, quæ aliquis $\alpha\theta\epsilon\omega$ significauit nullam esse prouidentiam, non recipi preces hominum. Aduersus hoc malum docendæ sunt mentes, oportere afferri ad precandum hanc fidem vere recipi à Deo preces nostras, & recipi propter filium mediatorem, iuxta promissiones.

QVARE talis aliqua forma inter precandum cogitentur, quæ vtrunq; discrimen complectitur, admonet nos de personis dominantis & de promissione :

OMNIPOTENS, æterne & viue Deus, æterne pater Domini nostri Iesu Christi, qui te patefecisti immensa bonitate, & clamasti de filio tuo Domino nostro Iesu Christo, Hunc audite, conditor omnium rerum, & conseruator, cum filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu sancto tuo, effuso in Apostolos, sapiens, bone, misericors, iudex, & fortis, miserere mei propter Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum, quem voluisti pro nobis esse victimam, $\mu\epsilon\tau\epsilon\tau\omega\ \eta\epsilon\gamma\eta\iota\epsilon\tau\omega$ mirabili & inenarrabili consilio, vt ostenderes iram tuam ingentem aduersus peccatum, & immensam misericordiam erga genus humanum, & sanctifica ac rege me Spiritu sancto tuo, serua & rege Ecclesiam tuam, & politias quæ sunt hospitalia Ecclesiarum, adiuua studia discipulorum doctrinam Ecclesiæ, & alias honestas artes, &c.

HÆC forma aliquo modo recitantem commemorat de personis, de mediatore, & de promissionibus. Nam cum mediatorem nominamus, veniunt in mentem promissiones, vt pater dicam. Cogitandum est enim, ad quem Deum dirigas inuocationem, vbi & cur se patefecerit. Ingens & inenarrabile Dei beneficium est, quod tam illustribus & certis testimonijs, verbo suo, & misso filio Iesu Christo se patefecit. Vult igitur sic agnosci, vt se patefecit, & hos solos exaudit ac recipit, qui hunc patefactum Deum inuocant & mediatorem agnoscunt.

EST sane venusta & erudita descriptio apud Platonem : Deus est mens æterna, causa boni in natura. Dicit aliquis, Quid requirendum est amplius ? An non agnouit Plato Deum, vt est, æternum, sapientem, bonum, conditorem omnium bonarum rerum ? Nondum satis dixit, nam deduci nostras mentes oportet ad Deum, vt se patefecit, & tenenda est doctrina de filio mediatore. Postquam hæc discrimina indicata sunt, iam distribuam do-

Strinam de Invocatione in quinque locos. **PRIMUM** cogitare, quem Deum invocet, ad quem Deum mens tua directa sit. Non enim vagentur animi nostri, velut Ethnicorum, sed ut Christus inquit Iohann. 24. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Hunc solus electorum Deum cogites, qui se inde usque, ab initio patefecit Ecclesie suo profecto suo verbo, & misso hoc filio Domino nostro Iesu Christo mandare. Formam igitur supra posui, complectentem tres personarum, testimonium revelationis.

A C mox de verbo cogitandum. Dubitat enim mens ignara verbi Dei, an Deus velit invocari, an ceteros nostros gemitus, an & cur velit exaudire. Nullum videmus officium esse, quam invocatio. Semper enim & Ethnici & universa Ecclesia aliquas preces recitant. De his cum cogitamus, dignantur aures, qui magis curat Deus nos quam illos? Sape lapsi sumus, meruimus poenas, sumus indigni beneficijs Dei. Adversus haec argumenta, quibus invocatio in multis languet, in multis preces ostingui solet, muniamus nos sequentibus locis.

E S T igitur **S E C U N D U S**, praecipuum de peccato. Non solum peccata sunt, caedes, furtum, adulterium, sed etiam peccatum ingenitum est, non reddere Deo hunc cultum, non petere, non expostulare Deo auxilium in periculis, non agere gratias pro beneficijs. Opernamus igitur praecipua incredulitati & indignitati nostrae. Considerabis an Deus velit invocari, an curet nostros gemitus, lacrymas, precas, precas propone tibi praecipua. Cum enim iubeat se invocari, non est inutile murmur oratio. Si te deterret indignitas tua, cogita quae esset amentia in ceteris praecipuis disputare, nos ideo nolle adhaerere à furtis, aut caede, quia non sumus digni qui Deo obtemperemus. Si quis paterfamilias imperet seruo legitimum opus, non recipiat excusationem, si is dicat, se non esse dignum qui obtemperet.

P R A E C E P T A igitur sint in conspectu, & inter peccanda saepe in mentem veniant. Matth. 7. Petite & dabitur vobis, & ab data uniuersalis: Omnis qui petit, accipit. Luc. 18. Oportet semper orare, & non defatigari. Matth. 26. Vigilate & orate, ne intremptationem. 1. Timoth. 2. Adhortor vt faciatis deprecationes. Thess. 5. Semper gaudete, incessanter orate, in omnibus gratias agite. Haec est enim uoluntas Dei in Christo Iesu erga nos. Psal. 145. Invoca me in die tribulationis, & eripiam te. **D I X I** de praecipuis

Pertinent autem haec sententiae ad secundum praecipuum. Diciturque: Estque invocatio opus secundi praecipui, & praecipuum cultus.

T E R T I U S locus est. Consideratis praecipuis mox cogitamus promissiones, vt sciat, an & cur exaudiat Deus nos indignos meritis tristia supplicia. **A C** ordo promissionum cogitur. Initio nobis proponamus promissionem de remissione peccatorum.

Vera est enim sententia, Peccatores Deus non exaudit, hoc est, non agentes poenitentiam, & non quærentes remissionem peccatorum. Quare in omni inuocatione, etiam cum alia quæcumque petuntur, initio cogitetur de remissione peccatorum promissa propter Christum. Et sicut nobis in conspectu aliqua clarissimæ sententiæ, ut Iero. 10. dicitur: Hinc omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes credentes in eum. Et Roman. 5. Iustificati fide pacem habemus erga Deum.

Et prodest multa testimonio meminisse, ut supra de iustificatione & de poenitentia multa collegimus, ut sit infixum animis, hanc uere esse perpetuam Euangelij uocem, inde usque ab edita promissione ad Adam, certo propter Christum donari remissionem, & in omni inuocatione ad Deum accedendum esse fiducia Christi mediatoris, ac Ephes. 3. dicitur: Per quem audemus accedere cum fiducia per fidem in ipsum, &c. Et ad Hebr. 4. Habentes Pontificem Iesum, accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ. **POSTQUAM** autem de reconciliatione commonefacti sumus, deinde promissiones de bonis spiritualibus & corporalibus colligamus. Iohan. 16. Amen amen dico uobis, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis. In nomine meo, id est, me nominato, id est, Si petitis me nominato mediatore, ac Pontifice interpellante pro uobis. Iubet enim ut accedamus ad Deum fiducia mediatoris, sicut toties iam dictum est: Nemo uenit ad Patrem nisi per Filium. Lucæ 11. Quanto magis pater uester cælestis dabit Spiritum sanctum petentibus. Psalm. 49. Inuoca me in die tribulationis, & eripiam te. Iohan. 15. Si manseritis in me & uerba mea manserint in uobis, quicquid uolueritis, petetis, & fiet uobis. Hæc uerba alligant promissionem ad Ecclesiam, in qua recte sonat uox Euangelij. Certa sit igitur Ecclesia Christi, id est, ueritas sonans Euangelium Dei, quod reuera exaudiatur tantisper dum retinet Euangelium. Eodem modo de Ecclesia dicitur, Matth. 18. Si duo de uobis consenserint in terra, de omni re quam petent, fiet illi a Patre meo cælesti. Vbi enim sunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Hic quoque proponitur Ecclesia dulcis promissio. Deut. 4. Nec est alia natio quæ habeat Deum appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Affirmat uere exaudiri Ecclesiam, in qua sonat uerbum Dei. Psalm. 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet. Iesa. 65. Antequam clamabant, ego exaudiam, adhuc loquentibus illis, ego audiam. Syrach. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit, & non discedet, donec altissimus aspiciet.

O inenarrabilem bonitatem & misericordiam Dei erga Ecclesiam, sonantem Euangelij voces. Præcipit ut petamus bona, & addit amplissimas promissiones, ut inuitet nos ad inuocationem. Sed magna est imbecillitas, magnus stupor humani animi, fugientis Deum. Excitati igitur tot præceptis & promissionibus, corrigamus dubitationem nostram, & accedere ad Deum ducente Christo incipiamus, nec putemus promissiones diuinas, inanes sonitus esse, ut loquitur Epicurei. Non frustra Deus sese tot illustribus testimonijs patet, non frustra voluntatem suam declarauit, vult voce sua nostram malignem, nostras dubitationes emendari. Præclare igitur Tullius inquit: Animum hominis nunquam tam audidum esse ad accipiendum, quin Deus multo audior sit ad dandum. Est enim verax, & serua suarum promissionum.

QUARTVS locus est, Quod fidem in inuocatione accessu necesse est. Ideo enim traditæ sunt promissiones, ut fides accedat. Et ut antea de ordine promissionum dixi, ita primum hic sciendum est, in omni inuocatione, quæcumq; res petitur, oportere petentem fidem, quæ accipit remissionem peccatorum, & statuit nos placere Deo, & vere recipi preces nostras propter filium Dei mediatorum. Ideo & testimonia de fide, quæ citat Paulus, etiam cum alia obiecta externa simul complectuntur, tamē hanc fidem vna comprehendunt, quod qui non intelligunt, parum fideliter à Paulo citari sententias et Genes & Prophetis contendunt. Memini enim me tales cauitationes audire. Sed non poterat Dauid petere victoriam, nisi prius sterneret sibi peccata remitti, se à Deo receptum esse, & preces suas accipi à Deo. Hæc supra etiam attingi, cum de iustificatione dixi. **DE** **IND** discernendæ res sunt, quæ petuntur. Aut petuntur spiritalia bona, quæ promissit Deus nominatim se daturum esse, & vult sine conditione peti, ut remissionem peccatorum, liberationem ab impietate & morte æterna, donationem Spiritus sancti, & vitæ æternæ. Hæc præcipua est Euangelij promissio, quam etiam omnibus corporalijs commodis amissis, vult Deus nobis certissimam esse, ut Rom. 4. dicitur: Ideo ex fide gratis, ut firma sit promissio. In his petendis fides nullam affert conditionem, quia mandatum Dei est inmutabile, quod præcipit audiri Christum, & præcipit ut credamus Euangelio, ac certo statuunt agentes penitentiam, recipi se à Deo propter Christum. Id qui non credunt, accusant Deum mendacij. Ideo hinc alluenda est conditio aliqua, sed credendum iuramento dicitur: Nunc ego nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & viuat. Saul prolijs aliquot victus, tamen à Deo deficere nequaquam debuit, sed potius ad eum confugere, & reconciliationem petere. Dauid ex toto regno & vniuersa sua gloria, tamen non deficit à Deo, sed sciens

conciliationem promissam esse, & hanc promissionem fide retinendam esse, etiam si tota rerum natura aduersaretur. Etsi enim Ecclesia sic est presentibus miseris corporum, tamen propter eas non credendum est, nos in aeternum exitium abjectos esse, vt supra recitauimus sententias. 1. Corinth. 11. Cum iudicamur à Domino corripimur, non hoc mundo damnemur. Et Christus ait: Beati qui lugent, &c.

Dixi de petitione spiritualium bonorum, nunc de beneficijs corporalibus dicam. Hic quoq; ut ante dictum est, prae luceat fides, ac petens remissionem peccatorum, & statuens nos placere, & recipi propter Christum. Hanc fidem vniuersaliter in omni petitione asserre ad Deum debemus. De rebus vero ipsis haec tria credenda sunt. Primum, quod Deus vere sit dator horum beneficiorum, nec cuius obijciantur, nec tantum humana diligentia parentur. Vt igitur agnoscamus ea dari diuinitus, uult Deus ea à se peti, ut uictum, defensionem, tranquillitatem, pacem, successus in officijs uocationis, bonam ualitudinem. Deinde credendum, quod Deus etiam si Ecclesiam uult subiectam esse cruci, tamen ne deleatur, uelit ei dare beneficia corporalia, poltrias, hospitia mediocria, victum, defensionem studiorum doctrinae, scholas, successus in gubernatione, & alias res necessarias. Terio credendum, quod uelit Deus in petendis corporalibus auereri, & crescere fidem reconciliationis.

Haec omnia in petitione corporalium bonorum cogitanda sunt. Et quoniam scimus oportere Ecclesiam subiectam esse cruci, semper haec ita petantur, vt simul offeramus obedienciam nostram, si uelit Deus nos diutius exerceri. Vt David petit & expectat reductionem in regnum, cum à filio pulsus est, sed tamen offert Deo obedienciam suam, si eum non uelit reducere. Sic igitur dicit 2. Reg. 15. Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me: sin autem dixerit mihi, non places, praesto sum: Facias, quod bonum uidetur ipsi. Et Christus inquit: Pater, Si potueris, transeat à me calix iste: Sed non quod ego uolo, sed quod tu uis. Et leprosus inquit: Si uis, potes me mundare. Et tres uiri Daniel. 3. Deus noster quem nos colimus, potest nos eripere. Quod si coluerit, notum sit tibi Rex, quod Deos tuos non colimus. Et Paulus inquit: Nescimus quid petamus, quem admodum oportet, hoc est, cum quidem oppressa magnitudine afflictionum, petit liberationem, & resistit obedienciam, sed spiritus reuocat animum ad obedienciam, & quamuis petit & expectat liberationem, tamen non repugnat uoluntati Dei, sed uult liberari, cum Deo placebit. **S**emper igitur cum pro Ecclesia, seu republica, seu familia, seu schola petimus, asit fides illa generalis, vt dixi. De rebus vero ipsis credamus, Deum aut liberaturum nos ab ijs calamitatibus, de quibus petimus, ut eas mitigaturum esse. Cum enim Ecclesia in hac uita subiecta sit

cruci, manent aliqua aruana, sed has pijs inuocantibus mitiga-
 us. Sic Propheta de mitigatione precatur. Ieremias: Corripue in
 iudicio, non in furore. Et Abacuc: Cum irasceris Deus, recordare
 misericordiar tuar. Et Iesa. 64. Ne irasceris Domine valde. Et
 in tali precatione singuli non solum pro sese petunt, sed pro toto
 corpore Ecclesiar. Id seruari oremus, etiam si singula membra sa-
 rata esse ad obedientiam debent, si quid erit tolerandum. Ut David
 orans pro exercitu, victoriam petit, ut Ecclesia sit incolumis. Inter-
 rim scit aliquos venire in periculum, aut interfici, & suam obedi-
 entiam offert. Nec precatio eius irata est, recipitur enim à Deo. At-
 petrat multis mitigationem mali. Sic cum precamur ut peccata
 mitigetur, non de nobis solis angimur, sed totam Ecclesiam cum
 ci complectimur. Pro his recipitur precatio à Deo, & certo me-
 rat multis incolumitatem. Ac vult nos Deus in precatione
 aliorum & totius Ecclesiar cura, sicut scriptum est: Rogate quia
 pacem sunt Ierusalem.

A P V D Euripidem cum Thebes co-
 clauerat Argiuorum ad Thebas recipit, ac postea suis manibus obli-
 miranturque alij cur non mander seruis hunc tetrum laborem Iu-
 dorum cadauerum, respondet quispiam, superbiam aut delicias in-
 gnas esse homine, propter calamitates abhorre à miserijs, namque
 est nostro officio, οὐκ ἀτιχρόν ἐνθρόπονισσι ἀδιδου κακῆ. Nam
 honestissimi versiculi exemplum maxime in Christo conspiciuntur.
 Is non duxit sibi turpe esse, transferre in sese pœnas nostrorum
 rum, & affici cura nostrarum miseriarum, sic nos singuli Ecclesiar,
 Reipublicar, parentum, liberorum, amicorum calamitatibus moue-
 mur, & non tantum nobis, sed etiam alijs opem ferri petamus.

E R quid sit fides specialis, nominatim expectans aut liber-
 tionem aut mitigationem, discamus intelligere in ipso vsa, id est
 cor inuocans Deum in periculis aut miserijs corporalibus, cum
 discat fide acquiescere in Deo. Quo plus est dubitationis ac dubita-
 tia, eo plus sentimus cruciatuum in corde. Est autem in alijs arden-
 tior, in alijs languidior fides. Erat ardens & firma fides in Canana,
 petente pro filia. Item in Centurione. Erat languidior in par-
 ferente filium, primum ad Apostolos, postea ad Christum, Mar-
 inquit enim: Si quid potes opitulare. Et postea lacrymans, agnoscit
 imbecillitatem fidei, & petit se confirmari: Credo Domine, sed
 ferto mear disidentia.

D I S C A M U S & nos agnoscant
 trepidationes cordis fugientis Deum, etiam si est languida fides
 me u semper caput teneamus, non esse irritas preces, non esse
 murmur, sicut Epicurei & Academici existunt. Erigamus autem
 cogitatione tot promissionum, & rerum discrimina consideremus.
 Sciimus nominatim petendam esse reconciliationem, & certissimam

accipi, nec addendam esse conditionem, si placet. Expressit Deus voluntatem suam, ac præcipit nominatim peti reconcilia-
tionem. Nec conturbemus ipsi nos quæstionibus de prædestinatio-
nis supra dixi seponendas esse. Nos enim de voluntate Dei ex
presso expresse iudicare debemus.

DE I N D E & de corporali-
tate nominatim petamus, aut liberationem, aut mitiga-
tionem. Hic enim obœdientia nostra necessaria est, si eam flagitet
Deus. Nec tamen irrita est precatio, Impetrat enim vel alijs, uel
aut liberationem, aut mitigationem. Laurentij precatio in craticu-
la non est irrita, etiam si præstat obœdientiam: nam etsi non libera-
tur, tamen precatio impetrat maius robur. Ionathas, etsi ab hostibus
interficatur, cum patrem abiectum & infelicem sequitur, tamen non
indoluit pro exercitu & sese precatur. Vincit tandem ea pars, quam
ipse superior esse magis optabat, & sustentatur ipse arcana conso-
latione.

N O N igitur existimemus, has petitiones corporali-
tatis beneficiorum irritas esse, quia non semper respondent euentus, ut
nos optamus. Qui tamen sæpe respondent, ut Agar impetrat filio po-
tius: Iacob impetrat defensionem in itinere, ne ab Esau fratre op-
primatur. Moyses impetrat victoriam, orans pro exercitu prælian-
te, in oppositis brachijs saxo. Hanna sterilis mater Samuelis impe-
trat fecunditatem. Iosaphat, Ezechias, Machabæus, & alij multi
precibus impetrant victorias. Niniuitæ impetrant, ne ciuitas delea-
tur. In historijs Euangelicis plurima sunt exempla.

A D has historias adiungamus quotidianas liberationes, quæ
impetrantur Ecclesiæ precibus, omnibus temporibus. Quoties tibi,
quoties mihi, quoties cuilibet nostrum, Deus quamuis trepidanter
rogatus, sed rogatus tamen, depulit aut mitigauit ingentia mala?
Non enim existimemus casu accidisse liberationem, ut alioqui inter
homines vitatum est, ingratos post acceptum beneficium, negligere
operatores à quibus adiuti sunt. Mihi scio Dei ope aliquoties ma-
gna calamitates mitigatas esse.

O M N E S igitur liberationes
sua alienas quas legimus, seu nostras quas experimur ipsi, sciamus
exempla promissionum diuinarum esse, & commonefacti tum pro-
missionibus, tum exemplis, discamus inuocare Deum, petere & ex-
petere auxilium, & fides seu fiducia paulatim fiat firmior, acquiescat
eius spe & expectatione auxilij diuini. Sic discamus vsu hunc ver-
sum: *Quæsitio* Deum curas tuas, & ipse te sustentabit, & non dabit
perpetuam fluctuationem iusto. Dat Deus corporalia bona, sicut hanc
uitam, ut semper in terris aliqua Dei Ecclesia maneat, ut sint docto-
res & discipuli, ne deleatur doctrina, ne literæ intereant. Si mox
homines Apostoli interfecti essent, quis circumtulisset ac sparsisset in
mundo Euangelium? Dat igitur Deus suum cuique doctori curricu-
lum,

lum, & interim defendit eius corpus, præbet domicilium, possidet, scholam, victum, vt, seruat nauim Pauli tantisper, donec in ea Paulus ad portum venit. Causas igitur cogitemus veras, propter quas dantur bona corporalia, vt ordine & seruo ea petamus, & ratione Dei beneficia Ecclesiæ necessaria. **EXERCENT** etiam filii dei

circumstantiæ in petendo, Modus & Tempus. Moyses nihil immo- gitat, quam se quadraginta annis cum tanta multitudine, inuita ærumnis in deserto vagaturum esse, sed sperat fortassis vultus sancti iter fore. Sic plurima exempla docent, Deum alio modo & alio tempore liberare, quam ut nos in hac imbecillitate nostra vel cogamus vel optamus. Exercet enim nos, vt fide ab ipso pendeamus, non opmur nostris opinionibus. Ideo in Psalm. 4. dicitur: Misit Deus sanctum suum, id est, non humanis consilijs liberat Deus, sed variis modis, quos non potest humana ratio prospicere. Sic & Epistol. dicitur: Deum facere posse, sed supra quam petimus, aut intelligimus. Et de mora sæpe dicitur, vt Lucæ 18. in exemplo de muliere & vidua. Et Abacuc. 2. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit.

NON igitur nostrum est, præstitere Deo modum & tempus, sed hæc ipsius consilio prorsus committenda sunt, vt oculi nostri interim non res ac euentus, sed Deum intueamur, & accendamus ad inuocationem. Huius regulæ exemplum illustre extat in historia Iudith. cap. 8. Cum rescisset Iudith sacerdotem præscripsisse Deo quinq; dierum spacium, obiurgans sacerdotem, inquit: Qui estis vos, qui tentatis Deum? Hic sermo magis intus resonat. Constituitis Deo tempus optulandi. **IGNORANTES** igitur modum & tempus, Deum intueamur, & ab ipso petamus euentus incertos, sicut 2. Paral. 20. dicitur: Cum ignoramus quid agendum sit, hoc solum nobis restat, vt oculos nostros ad te dirigamus. Quæ sententia cum dulcissimam consolationem contineat, semper in conspectu sit in omnibus rebus ambiguis, quæ humanis consilijs certum non possunt, cuiusmodi valde multa homini accidunt. Aseruitam igitur Ioachimi Camerarij versiculos, quibus hoc dictum regio scriptæ expressit, vt admonent de hoc præcepto studiosos:

In tenebris, nostræ & densa caligine mentis,

Cum nihil est toto pectore consilij:

Turbati erigimus Deus ad te lumina cordis,

Nostra tuamq; fides solius orat opem.

Tu rege consilij actus Pater optime nostros,

Nostrum opus ut laudi seruiat omne tua.

IDEM docet Psalm. 36. Commenda Deo viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Et illustre exemplum est Exodi 14. cum Pharaon regium exercitum ducens, accessit ad Israëlitas, & oppressit eos.

retur, quia Iſraëlitarum multitudo erat inermis, & partim mari, partim montibus incluſa, ne effugere poſſet, & periculum nullis humani conſilij diſcuti poſſet, clamat Moyſes: Nolite timere, itate & ſpe magnifica opera Dei, quæ facturus eſt hodie. Iuber ſtare, id eſt non præſcribere modum Deo, non diſcurrere ad humana præſidia petenda, ſed huc progreſſos ut Deo obœdiant, in hac obœdientia facile expectare deſenſionem à Deo, ſicut ſententiæ ſupra citatæ vocat: In ſilentio & ſpe fortitudo veſtra. Item, Vacate & videte non ego ſum Deus.

QVINTVS locus: Res petenda in precatione cogitetur, & petatur. Ideo enim precatio eſt cultus Dei, quia hunc honorem tribuit Deo, quod in tantis noſtris miſerijs opem ferat inuocantibus noſtrum, nec ſit inane nomen, vt Epicurei furenter dicebant, nec ſit alligatio ad cauſas ſecundas, ut Stoici dicebant. Et proſus eſt inanis præſcripta recitatio quæ non monet accipi beneficia à Deo, nec agere gratias Deo pro acceptis beneficijs. Sciunt & Diaboli, hoſtes Dei, & certiffime norunt Deum eſſe æternam mentem, immenſæ potentie, ſapientiæ, iuſtitiæ, bonitatis & miſericordiæ, conditricem rerum, ſed hac ſua cogitatione non accenduntur ad amorem Dei, quia beneficia ab eo nulla petunt. Sit igitur petitio certi beneficij, vt agnoscamus Deum non ſolum ſibi bonum eſſe, ſed etiam erga nos beneficium. Hanc laudem poſtulat ſibi tribui. Sunt autem res petendæ, non prohibiti mandatis Dei. Non petat Saul tolli Dauidem, non petat Dauid interfici Vriam. Sed vt 1. Iohan. 5. dicitur: Hac eſt fiducia quam habemus erga Deum, quod ſi quid petimus ſecundum voluntatem eius, audit nos.

Ac de ordine ſæpe dictum eſt ſupra. Neceſſe eſt ante omnia peti reconciliationem, Imo fruſtra petunt cætera, ſine fide reconciliationis. Fruſtra peteret Dauid victoriam, niſi ſimul peteret remiſſionem peccatorum. Præluceat ergo fides, petens reconciliationem, & ſtatuens nos recipi propter Chriſtum, omnibus aliarum rerum petitionibus. Deinde ingentem infirmitatem noſtram conſideremus, quod ad animam & corpus attinet, vt intelligamus nobis opus eſſe Dei auxilio. Magna pars hominum in ætate vanebricitate viuunt, vt ſuas miſerias ne quidem conſideret. Homines etiam voluptatibus, opulenti, ſine magnis doloribus viuentes, fruuntur præſentibus commodis, nec putant ſibi opus eſſe auxilio Dei, ſed alij qui ærumnas inextricabiles humano conſilio ſuſtinent, mole rerum oppreſſi, coguntur quærere auxilium Dei, ſicut Ieſaias inquit cap. 26. Domine in tribulatione viſitant te, anguſtia in qua ſumant, diſciplina tua eſt eis. Primum igitur opinionum & morum vitia conſideremus. Tot ſummi homines horribiliter lapſi ſunt: Nam, Aaron, Dauid, Petrus, & alij innumerabiles, quorum multum

non respuerunt, vt Samofatenus, Arrius, & alij. Nec solum nostra infirmitas hic agnoscenda est, sed etiam insidiator Diabolus, qui tanquam leo rugiens circumit, quærens quem deuoret. Et longam etiam texit Diabolus, non hoc tantum agit, vt Dauidem & Viræ conjugem adulterio implicet, sed vt ab hoc initio longam Tragediam intertricabilem Dauidi instituat, in qua tandem sperat, Dauidem peritum esse, vt Saul perierat. Ac profectio dolendum est, tantum esse stuporem hominum, vt cum quotidiana exempla cernamus vultuorum casum, quos manifestum est à Diabolo ortos esse: tantumque aduersus tam sævum hostem, neque aduersus tanta pericula diligentia & inuocatione nostri custodis Christi maiore cura numerus. Manifestus Diaboli furor erat, Anabaptistica seditio in eodem Monasterio, & exitus fuit tristissimus, nondum tamen auxilium horris turpitudine, aut pœnis satis mouentur animi hominum, negligant Anabaptistarum deliria. Quoties bella sine ulla terra traxit accendit Diabolus? Quoties priuatim nobis ingentia vulnera fecit, cum deceptos aliquo specioso consilio implicat hominum malorum familiaritatibus? Denique magnitudo malorum quibus Diabolus implicat homines, imo Ecclesiam, describi verbis non potest, sed aliquo modo agnoscitur historijs omnium temporum, & quotidianis vix exemplis consideratis, obseruatis etiam nostris lapsibus. **DE** pericula corporis, famæ, rerum, liberorum, Ecclesiarum nostrarum, & regionum, quæ nobis & studijs honestis hospitibus concitant, plura & maiora sunt, quam vt oratione comprehendi possint. Semper Ecclesia sic uiuit, vt Daniel sedens inter leones. Semper vestigia Diaboli nobis insidiantur, & subinde multos evertunt. Semper homines impij minitantur atrociam Ecclesie, semper aliqui sæui casus expectandi sunt. Vt multæ sunt subitæ ruinæ, ac verissimè dictum est:

Omnia sunt hominum tenui pendemia filo,

Et subito casu quæ ualere ruunt.

IUVENTVS adhuc ignara vitæ, imaginatur homines rapti ad delicias, & fruendas voluptates, & has otiosis animis expectant, quærit: Sed senes, qui degustarunt communes miseras, longè tunc iudicant, ac intelligunt hanc vitam vniuersam plenam esse æreum, nec dissimilem cinirati, quæ cinctâ obsidione vndiq; aere ab hostibus oppugnatur, & in quam nunc ab hac parte, nunc ab illa hostes irruunt, excitant incendia, evertunt aliqua ædificia, & vniuersa pelluntur. Mirantur certè sapientes omnes, cur hæc præstent, tamen imbecilla hominum natura tantis miserijs onerata sit, quæ ferre suis viribus non potest. **V**ETVS dictum est, Vanitas que sabrum esse suæ fortunæ, quasi fortuna regi nostris cohibet, & prospici ac cauere humana diligentia omnes casus possint. *sol de vniuersa*

in sa hominis gubernatione dictum illud accipi non posse, manifestum est. Adam non potest prospicere & impedire scelus filij Cain, fluctari suis viribus ex magnitudine dolorum, qui illam fratrum spectam sequuntur. Aliquid prodest diligentia in hac communi consuetudine vitæ, in rebus leuioribus, quæ pendent à nostris voluntatibus. Scipio sua moderazione sapor est suæ fortunæ, quod ipse non condidit bellum ciuile cupiditate vindictæ, vt postea fecerunt Marius, Pompeius, Cæsar. Sed nihil dubium est, multa tristitia mala acciderent homini, quæ aut non possunt prospici, aut si qua possunt prospici, tantum in tantis erroribus humanis, non cauentur, quia sæpe hallucinamur, & nobis ipsi bonas spes stultè fingimus, vt poterat Pompeius non mouere bellum ciuile, sed incensus cupiditate, & inani spe in consilio errabat, vt dicitur, *κενοι κενὰ λογίζοντι δὲ ἐπιθυμίας*. Postquam, postquam alea iacta est, sæpe accidunt talia, quæ perferre, nisi Deo adiutate, non possumus. Adam, Dauid, succubissent suis doloribus, nisi diuinitus sustentati fuissent. Causas uerò tantarum miserationum supra recitauimus, quarum præcipuas ignorat Philosophia, quod uidelicet Deus iustus iudex declarat his testimonijs iram suam aduersus communem prauitatem, hærentem in omnibus hominibus, & aduersus multa singulorum scelera, propter quæ communitis pene cumulantur.

Ac opponit quidem ratio humanæ sapientiarum multorum disputationibus agitatum, quod hic explicare prodest. Iustus debet bene esse. Ecclesia est iusta, Ergo Ecclesia debet bene esse.

PRIMUM respondendum est ad minorem, iustitia est iusta, scilicet impuratione, & incoatione in hac mortali vita, sed adhuc in ea hæret magna caligo, multæ dubitationes de Deo, multi uitiosi affectus. Multi sunt etiam multorum insignes lapsus in hac Ecclesia, vt Aaronis, Dauidis, qui iritant iram Dei. Ac iusti diuini, magis premi Ecclesiam, quam reliquam partem generis humani, non recte invocant Deum, quia Deus in sua Ecclesia præcipue uult agnosci iram aduersus peccatum. Tiberius, & similes alij multi contententes Deum, etsi post hanc vitam daturi sunt pœnas, tamen hic minus premuntur, quam Ecclesia, quia Deus in Ecclesia suum iudicium uult conspici & metui, sicut scriptum est: Iudicium à domo Dei incipit. Et accedunt aliæ causæ, quas supra recensui.

NUMC ad maiorem respondeo: Iustus bene esse, congruo ordini diuino, & sic sancti lex: Qui fecerit ea, uiuet in eis. Item: Hoc fac, & uiues. Item, Deut. 28. Si audieris uocem Domini Dei tui, & facies omnia mandata eius, benedictus eris egrediens & ingrediens, id est, in omni gubernatione politica & œconomica, in uia, in pace, in liberorum procreatione, gubernatione & successione, in

ne, in tuenda Ecclesie puritate & honesta disciplina, &c. Est igitur legis vox vera, & ordinis diuina regula: Iustus bene esse, iniustus est. Sed huius regule interpretationem tradit Euangelium: Iustus bene erit, cum Ecclesia glorificabitur. Interim Deus differt premia. Nam Ecclesia nandum est sine peccatis. Et cum omnia bona & mala huius vite breuia sint ac momentanea, Deus non vult iustos fugandos bonis ornare, nec iniustos breuibus supplicijs punire, sed vult facultatem in rebus aternis ostendere. Ideo precipua premia & preciosa penas differt in illam vitam aternam. Interim in hac vita regulariter tamen atrocita scelera punit manifestis corporum penis, ut nos admoneat de ira sua, & de aeterno iudicio, tum politica causa. Philosophi attoniti admiratione huius confusiois, ut patet, cum vident hic bonis, ut Palamedi, Socrati, male esse, malis vero Tiberio, bene esse: quaerunt causas, & coniungere cum virtute premia conantur. Hinc illae quaestiones sunt, an virtus ad beatitudinem sufficiat, an Socrates sit beatus, cum virtuti non respondeant premia. Hae in Philosophia sunt inextricabilia, sed in Ecclesia dextere explicantur: Paulus est beatus, cum placeat Deo, ac habeat Deum cultorem & gubernatorem, & quanquam in hac vita scilicet cruci subiectus esse propter certas causas, tamen postea scit Ecclesiam non fugibus non exiguo tempore duraturis bonis, ut est huius vite curulum, ornandam esse. Ita suo tempore cum virtute coniunguntur premia, & quidem perpetua, non fugacia, ut sunt bona huius vite mortalis.

HANC explicationem argumenti vulgaris, quo dissipatae iustis debere bene esse, recitari, non solum vt de communi philosophorum quaestione lector admoneretur, sed ut nos ipsi attentius consideremus & miseras nostras, & earum causas ac remedia.

CUM igitur cogitabis, te, vt in vrbe cincta obfisione, quae vix diu acerrime oppugnatur, viuere, cum sentis arumnas aliquas, ipsae res admonent, vt opulatorem quaeramus. Ideo res petende, vt supra dixi, in precatione comprehendantur, & earum ordo intelligatur. Primum petenda est remissio peccatorum & reconciliatio, & cum his bonis lux Spiritus sancti accendens & confirmans in nobis agnitionem Dei, fidem, timorem, tolerantiam, dilectionem, denique regnum nos in vocatione, & in omnibus consilijs, in docendo, in regenda publica. Secundo loco petantur & bona corporalia communia & priuata, pax earum regionum, quae Ecclesijs & pijs studijs hostes praebent, honesta ciuitatum disciplina, fertilitas agrorum, temperatae secundae, bona valetudo, victus, successus in administratione politica & oeconomica, defensio liberorum, fama, possessio bonorum illa otiosorum hypocritarum amentia prorsus explodatur, quaerunt, indignum esse bona corporis a Deo petere. Hae delinuntur

ita sunt impietatis: imo præcipit Deus, vt petamus corporis boni præcipit, vt supra dixi, propter tres grauisimas causas, quæ prima est, vt agnoscamus & certo statuamus bona corporis non esse, non casu dissipari inter homines, sed Deum vere earum reum autorem esse, & ab ipso eas suæ Ecclesiæ dari, & seruari suo michi consilio. Deus seruat vitam Abrahæ, Eliæ, Pauli, & curat eis hospitia, vagantibus inter ingentia pericula per multas regiones, vt Christus clare dicit: Scit Pater vester vobis opus esse defensione corporum, & promissiones horum bonorum supra recensui.

SECUNDA causa est, cur ea peti Deus velit, vt sciamus in hac vita seruatum esse Ecclesiam. Quando doceret Paulus, si mox interficeretur? Ve igitur aliquo spacio doceat, petat vitam, victum, hospitia. Quomodo possumus seruire Ecclesiæ Dei, si corpora sint fracta doloribus? Petamus ergo tranquillitatem, aut mitigationem miseriarum, vt seruire Ecclesiæ possimus: & propter hanc causam sciamus, Deum hæc bona velle largiri, sicut sæpe testatur, vt cum ait Christus: Petam quærite regnum Dei, & cætera adjicientur vobis.

TERTIA causa est, quia vult Deus in his exercitijs petendo corporaliū confirmari fidem de reconciliatione. Semper enim in his petitionibus prælucere illam fidem de reconciliatione oportet.

HÆ causæ inculcæ, vt sint in conspectu, & nos exsuscitent ad vocationem. Chrysoströmus & alij multi insulse deprauant precationem quam tradidit Christus, cum panem quotidianum nolunt intelligi de corporali pane. Imo sciamus has res corpori necessarias, vt vitam, fruges, politias, esse ingentia & miranda opera Dei, & non casu reme, non casu spargi inter homines, sed certo consilio Deum hæc adminicula vitæ, & attribuere Ecclesiæ & seruare.

NEC cessant illi audiendi sunt, qui vociferantur, cum Deo gratis seruiendum sit, non esse petenda bona corporum. Hæ nugæ ex magnis tenebris eruantur. Non attendunt hi stoici, qualis sit huius vitæ imbecillitas. Non petuntur hæc bona ut præmia, ut compensationes, etsi sic quædam ordine peti possunt, sed petuntur vt vocationum adminicula. Non posset gubernare populum Moyses, si dolore animi aut corporis exingueretur. Petit igitur vitam, consolationem, victum, vt seruire possit in vocatione, & tamen liberali animo seruit. Non fremunt aduersus Deum, etiam si fuerit euocatus ex hoc suo curriculo, aut etiam quæ difficultates maiores, quas deprecatur, tolerandæ sunt.

CUM hoc ordine petimus, ut anteferantur bona æterna, nec desiderat Deus, si bona corporis differat, aut non largiatur, placet Deo hæc petito. & hoc honore coli se affirmat. Nec opus est longa disputatione, nota enim sunt præcepta, notæ promissiones, nota exempla immemorata patrum & Prophetarum, qui omissa illa stoica seu potius

f Cynica

Cynica Philosophia, sciebant omnia bona à Deo mirando ordine condita, res magnas & non contemnendas esse, ac Deum agnoscendum esse, & ab eo petendam vitam, & vitæ administrationem, ac defensionem.

Iacob cum vidisset Dominum in scala stantem, audit pariter promissiones de rebus æternis, & de bonis temporis. Ideo enim vocat Iacob & eius posteritatem, vt condat Ecclesiam, quæ existere in hac vita non potest sine hospitio, sine vita & defensionem. De bonis æternis inquit: Benedicatur in semine tuo vnes tribus terræ. De defensione corporum ait: Ero custos tuus quocunq; perrexeris. Ita nos vniuersaliter, quoties promittit vna bona mansuram esse Ecclesiam Christi (id autem sæpe & clare promittitur) complectamur argumentum, ut uocant, à connexis, simul videat promitti uictum & domicilium Ecclesiæ. Deniq; impietas & horror est, abducere animos à petitione bonorum corporis, cum Deus hoc honore affici velit, & nostram fidem his exercitijs excitari.

PETAMVS igitur, vt dictum est, ordine, æterna bona, & corporis bona, & quanquam precatio etiam breui gemitu fieri possit, tamen utile est iunioribus & grandioribus, sine superstitione tenet formam precationis erudite compositam, compellantem uerum Deum, & discernentem nostram inuocationem ab Ethnica, Turcica, & Iudaica, & nos simul commonefacientem de promissione diuina à res certas petentem. Tales sunt pleræq; precationes primorum patrum, & populi Israël. Diligenter hi quoq; discernant ipsa compellatione uerum Deum à fictiis, ac mentionem faciunt testimonijs, quos se patefecit Deus. Interdum & promissionem proponunt, significantes luctam in inuocatione, vt Genes. 32. ait Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Iehoua, qui dixisti mihi: mortere in terram tuam, & benefaciam tibi, minor sum conctis miserationibus tuis. Erue me de manu fratris mei Esau, ne percutiat manus cum filijs. Tu locutus es, te mihi benefacturum esse, &c. Talis multa sunt formæ in scriptis Prophetis. Ac prodest auente partes considerare. Compellatio est: Te uerum Deum patefactum patribus meis Abraham & Isaac inuoco, & confugio ad te, non fretus mea dignitate, sed dulcissimis promissionibus tuis. Agnosco enim me longe a honorem esse tuis miserationibus, sed dixisti te mihi opitulaturum esse. Vide ut se sustentat cogitatione promissionis, & in hac acquiescit. Deinde rem petendam subijcit, & causam, ne pereat Ecclesia, Deinde de me, ne interficiantur matres & filij. Et crebro sic petunt patres & Prophetæ: Deus patrum nostrorum, Abraham, Isaac, Iacob, id est, Deus qui te certis testimonijs patefecisti patribus nostris, Abraham, Isaac, Iacob, & tradidisti eis promissiones. Ista etiam utuntur hac forma tradita in Decalogo, Deus qui educasti

in Israël de Aegypto. Hæ formæ sæpissime repetitæ sunt in Psal-
 Deniq; & patres & posteri addunt communi appellationi Dei
 cultare nomen. Elohe commune est, quo etiam gentes utebantur :
 Iehoua proprium est, quo Deum sola Ecclesia patrum & Israëliti-
 um compellabat. Ita hic loquitur Iacob. Et Psal. 19. dicitur, Nos
 Dei nostri Iehoua inuocabimus. Et vbiq; obuia sunt exempla,
 obiq; vilitatem pijs consuetudinem fuisse arbitror, vt hæc duo nomi-
 na recitata esse existimem à Thoma, Iohan 20. cum ad Christum in-
 uocaret: ὁ κυριος μου Ἰησοῦς ὁ δεος μου. Assuefaciamus igitur nos, ad
 recitationem aliquam, & vtamur forma pie & crudite composita, sine
 superfluitate, & magia. Non hymnos Orphei, aut Homeri, aut Cal-
 larachi recitemus: Sed vero animi motu confugiamus ad Deum si-
 biliter patefacti Christi. Sit directa mens ad illum Deum creatorem,
 qui se patefecit misso filio Christo, & dato Euangelio suo.

M v t r i ignavi, temulenti, securi, contemnunt recitationem.
 Sed horandi sunt pij, ut se ad recitationem aliquam, ut dixi, assuefa-
 ciant, & causæ multæ sunt grauissimæ. Nam hæc ipsa recitatio est
 occasio quædam, qua Ecclesia priuatim & publice sese ab idolis se-
 parat, ac se quisq; erudit, & commonefacit de vero Deo, & de vero
 cultu. Deinde cogitatio patefactionis & promissionum accendit af-
 fectus, fit ardentior fides, cum cogitat quanta bonitas sit, quod se De-
 us patefecit, quod ostenderit quomodo uelit inuocari, quod propo-
 situm mediatorem, quod exempla plurima semper proposuerit, quod
 uere exaudiat inuocantes. Hos animi motus, hanc fidem excitari in-
 ter precandum oportet, ad quod erudita recitatio conducit. Fides
 enim ex auditu est, auditus per uerbum Dei. Necessè est igitur cogita-
 tione uerbi diuini accendi fidem.

Q u i d a m ex Eremitis di-
 cit, nullum esse difficilius opus, quam dicere preces Deo. At
 illam existimatur esse leuius ac uulgariius opus. Sed cum Christus
 ait: Veri adoratores adorabunt Patrem spiritu & ueritate, diffi-
 cultas facile intelligi potest: Fiat inuocatio spiritu, id est, non hypo-
 critis, non ἑρτοδογικῶς, sed pio motu cordis, & fiat in ueritate, id est,
 uera Dei agnitione, directa sit ad uerum Deum, & ad mediatorem.
 Conuenire igitur necessè est cogitationem ueram de Deo, & motus
 cordis. Ideo se patefecit Deus uoce, misso filio, ut conspiceretur in
 carne, ut hunc filium in prece inuocemus, & de Patre admo-
 nentur. Non contemnas hanc uisibilem filij Dei conuersationem in-
 ter nos, nec putes frustra susceptam esse. Nostræ imbecillitati Deus
 consuluit, sic agnosci uoluit, intueri nos in hunc filium patefactum
 debet, & ut uisibilis fuit conuersatio, ita uult recitationes & com-
 mellationes fieri huius Dei, qui hunc filium misit, quem conspex-
 erunt

sunt oculi tot hominum, qui pependit in cruce, qui reuixit ex morte.

Sed quia difficilis est attentio in recitatione, ideo ignari fingunt recitationes: at Ecclesia semper eas proposuit, & publice & priuatim eas exerceri iubet. Ideo Psalmi traditi sunt summo confitio compositi. Et Christus ipse formam precandi proponit, ac nominatim inquit Lucæ II. Cum oratis, dicite. Verba & recitationem eorundem præscribit, vt antea præscripserat Iohannes. Teneamus ergo recitemus formam diuino consilio traditam.

PATER NOSTER QUI ES
IN COELIS.

Id est, qui ades vbiq; , vbiq; respicis & exaudis, omnipotens conditor rerum. Sed hac parte recitata, animum tuum detinet patris appellatio. Quem Deum vocas Patrem? Et cur ita nominas? In quem aditus tibi ad eum factus est? Hic veniant in mentem Christi dicta Iohan. 14. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Et: Qui me viderit, videt Patrem. Et Iohan. 16. Amen amen dico vobis, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Hunc igitur Deum vocas Patrem, qui se patefecit misso hoc ipso filio Christo, & resuscitato, ac dato Euangelio. Et vocas ideo Patrem nostrum, quia placatus est pro filium, & hoc sacerdote perferente nostras preces recipit. Vtque me commonefaciam, addo hæc verba: Omnipotens, æternus, & verus Deus, æterne Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te patefecisti inmensa bonitate, & clamasti de filio tuo Domino nostro Iesu Christo: Hunc audite, conditor omnium rerum, & conseruator & opulentalis, cum filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, regnate tecum, & patefacto in Ierusalem, & Spiritu sancto tuo effuso in Apostolos, sapiens, bone, misericors, iudex & fortis, Pater noster qui es in coelis. Ita distinguitur inuocatio ab Ethnica, Turcica, Iudaica, & adinnetur mens de promissionibus.

SANCTIFICETVR NOMENTVM

Id est, effice vt vere agnoscaris, vt vera doceantur, per que gloria tua vere patefiat, vt te recte inuocent & colant homines. Nomen enim significat noticiam, seu agnitionem & celebrationem nominis Dei, & inuocationem. Res igitur petenda, quæ hic initio recitatur, est summum & primum bonum, de quo primum præceptum & secundum præcipue concionantur, videlicet, ut Deus recte inuocetur, doctrina vera de Deo, vox Euangelij vere & late spargatur, & recte accipiat, & multi homines vera inuocatione ac obedientia Deum celebrent.

ADVENIAT REGNUM TVVM.

De effectu primæ petitionis præcipue loquitur. Sparsa Euan-
gelij voce, regas etiam nos Spiritu sancto tuo, effice vt verbo tuo cre-
dentes, incoa in nobis regnum tuum, vt simus hæredes regni tui, &
deseras regnum Diaboli, horribiliter grassantis in genere humano,
& passim homines impellentis ad Epicureum Dei contemptum, aut
colenda idola, scelerata homicidia, libidines, mendacia, & alios fu-
ros. Aduersus hæc mala defende nos æterne Pater Domini nostri
Iesu Christi, & rege nos Spiritu sancto tuo, sicut dixisti: Effundam
de Spiritu meo.

FIAT VOLUNTAS TVA.

Id est, da vt omnes tibi obædiant in terra. Da ut pastores Ec-
clesiæ, reges, magistratus, doctores, discipuli, ciues, suo loco singuli
officium suum recte & feliciter faciant, ac omnes tibi obædiant, sicut
Angeli in celo tibi obædiunt, & placent tibi. Tuum opus est effice-
re, vt nos miseri, stulti, infirmi, res geramus bonas & salutes, simus
organa non iræ, sed misericordiæ, simus viles Ecclesiæ, non simus
petes & lãsoseg. Politia Ezechiæ felix est te iuuante. Politia Sede-
thie infelix est, quia te adiutorem repellit. Nos non repellimus te,
sed vero pectore, veris lacrymis oramus, vt nostras Ecclesias, docto-
res, scholas, principes, gubernatores, populum regas, vt aliqua fiant
tibi grata, sicut inquit Paulus: Deus qui efficit vt velitis, efficiet et-
iam ut perficiatis, ut aliqua ipsi grata fiant. Nam Diaboli & homi-
nos impij magno furore student ingrata Deo facere, confirmant Epi-
scopos furiosos, idola, libidines, accendunt iniusta bella, efficiunt tri-
stissimas vastitates. Sed ne totum genus humanum frustra conditum
sit, ac omnes ingrata Deo faciant, Deus Ecclesiam vocauit, & Spiritu
sancto suo trahit, vt bona & grata Deo faciat, sonet veram de Deo do-
ctrinam, audiat, recte inuocet Deum, agat ei gratias, obædiat ei,
multos feliciter abstrahat à Diabolo, pijs & salutaribus consilijs re-
gale alios, tueatur pacem & honestam disciplinam. НАСТЕ-

ВЫ ИГНАР petitiones complexæ sunt res summas, ac bona magis ad
Spiritum, quam ad corpus pertinentia, communia & priuata, & ordo
superius institutus est. Primum vera agnitio Dei petitur. Deinde
agnitionis effectus, vt gubernemur à Spiritu sancto. Tertio, vt in sua
quali; vocatione seu functione suum officium rite & feliciter faciat.
Nunc sequitur petitio rerum corporalium.

Id est, victum, pacem, defensionem, bonam ualitudinem, & liberos uocationum perferre possimus, successum in rebus gerendis iuxta uocationem, liberorum educationem, mediocrem tranquillitatem, hospitia, politias honestas, disciplinæ, iuris, iudiciorum cultus, & non dissipatas seditionibus, laxatione disciplinæ, aut bellis.

ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA.

TOTIES iam dictum est, in omni precatone primum petendum esse remissionem peccatorum, & fidem de conciliatione semper optere præluere cæteris petitionibus. Semper initio mediator Christus inuocatur, & petamus ac credamus nos propter eum recipi posse audiri, sciamus hunc sacerdotem pro nobis interpellare, & hac fiducia ad Deum accedamus, sicut sæpe dictum est: Iustificati fide petebimus, & accessum ad Deum. Item: Habentes pontificem lesam adedamus cum fiducia ad thronum gratiæ. Cum igitur semper in inuestigatione indignitas nostra nobis obstrepat, ac deterreat nos a Deo, ut trepidæ mentes fugiant Deum, hic simul iubet Christus, ut petamus reconciliationem: & non iuberet petere, nisi uere daturus esset. Hic igitur attendenda mens de remissione peccatorum, & de Mediator: Christo diligenter cogitet. Est autem insignis confessio Ecclesiæ, in his ipsis uerbis agnoscentis se circumferre peccata & multiplicem infirmitatem. Sed consolatio hic proponitur. Cum enim ipse Christus iubeat nos petere remissionem, haud dubie eam donabit. Et in hac recitatione mens simul recordetur expressas promissiones, ut 1. Ioh. 1. Si dixerimus nos non habere peccata, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confitebimur peccata nostra, fidelis est & iustus, ut remittat nobis peccata nostra.

QVOD autem hic additur: SICUT NOS REMITTIMUS: admonemur de penitentia, ne perseueremus in delictis contra conscientiam. Quia cum mens retinet contemptum Dei, non exauditur, iuxta illud: Peccatores Deus non exaudit, uidelicet perseuerantes in delictis contra conscientiam. Et 1. Ioan. 3. dicitur: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus erga Deum, impetraturos nos esse, quæ petimus, id est, si non perseueramus in delictis contra conscientiam. Eodem pertinet dictum Matt. 5. Si munus offeres ad altare, & recordatus fueris, fratrem aliquid contra te habere, &c. Et ipsius Prophetæ inculcant hanc sententiam, non placere Deo ceremonias & preces eorum, qui perseuerant in delictis contra conscientiam, ut Isaiæ 1. & 58.

Cogitemus autem quam uere miserum sit, non posse cōfugere Deum, non habere Deum protectorē, non gubernatorem, non opitatorē, posse opprimi a Diabolo, aut humanis erroribus demereri ruere. In his tantis miseriis & periculis sunt omnes homines, qui cum in delictis contra conscientiam perseverent, non possunt invocare Deum. Excitemus igitur nos ad poenitentiam, & emendemus errores. Ceterum & hoc sciamus, agenti poenitentiam remitti culpam gratis propter Christum, ut supra saepe dictum est.

ET NE NOS INDUCAS
IN TENTATIONEM.

Id est ne finas nos pertrahi a Diabolo ad impietatem, & ad alia scelera, defende nos contra Diaboli insidias, rege nos tua luce, tuis consilijs, ne finas nos ruere deceptos nostris erroribus, aut impulsos imbecillitate carnis. Magna & admiranda sapientia & uirtus fuit Dauidis, hunc tamen uidemus aliquoties impulsus a Diabolo, aliter humano errore, ut cum iubet numerari populum. Cum igitur magna sit infirmitas omnium, tu nos aeternae Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, rege, & ostende nobis salutaria consilia in priuatis & publicis negotijs, & confirma corda nostra Spiritu sancto tuo, ut tibi oboediamus, ut simus non organa irae, sed organa misericordiae, & utilia Ecclesiae.

LIBERA NOS A MALO.

Petitio generalis est, quae petit liberationem ab omnibus miseriis & arumnis huius uitae, a peccatis, a tyrannide Diaboli, a scandala, a calamitatibus publicis & priuatis, ut uidelicet cum uniuersa Ecclesia erepta ex praesentibus miseriis, donetur luce, iusticia, & uirtute aeterna, & fruamur dulcissima consuetudine Dei aeterni, & Domini nostri Iesu Christi, Amen. **VIDES** igitur res petendas optimo ordine complexum esse Christum in hac forma, quam nos recitate iussit. Expressit enim inquit: Sic dicentes precamini, ac nominat res aeternas, spirituales, corporales, praesentes & futuras. Vult te de tota uita cogitare, imo de tota aeternitate, de praesentibus & futuris periculis, quorum cogitatio certe exuscitare animos ad inuocationem debet. **QUOD** uero initio monui, cogitandum esse quem Deum inuocet, ubi se hic Deus patefecerit, an & cur exaudiat, id attente considerandum est, ne uagentur animi inuocatione, sicut Ethnicorum animi uagantur. Ideo filius Dei aeternus assumpsit humanam naturam, ac nobiscum familiariter uersatus est, ut inuocantes cogitent hunc uere esse Deum, qui se patefecit misso hoc filio euidentibus testimonijs, & aeternum Patrem de hoc filio testificantes alloquantur. Formam igitur supra recensui.

OMNIPOTENS, æterne & viue Deus, æterne Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te patefecisti immensa bonitate, & clamasti de filio tuo Domino nostro Iesu Christo: Hunc audite, Conditor omnium rerum & conseruator ac opitulor, cum filio tuo coæterno Domino nostro Iesu Christo, regnante tecum, & patefacto in Ierusalem, & cum Spiritu sancto tuo effuso in Apostolos, sapiens, bone, misericors, iudex, & fortis, qui dixisti: Viuo ego, nolo mortem peccatorum, sed ut conuertatur & viuat, Dixisti item: Inuoca me in die tribulationum, & eripiam te: Misere mei propter Iesum Christum filium tuum, quem voluisti pro nobis esse victimam, $\mu\epsilon\tau\epsilon\iota\lambda\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\iota\varsigma$ & sanctifica ac rege me Spiritu sancto tuo, rege & defende Ecclesiam tuam, & politias, quæ sunt Ecclesie hospitia. P 1 A est & hæc forma alloquens Christum filium Dei: Te inuoco Iesu Christe fili Dei viui, crucifixe pro nobis & resuscitate, $\lambda\omicron\gamma\epsilon\ \mu\epsilon\tau\epsilon\iota\lambda\epsilon\upsilon\sigma\epsilon\iota\varsigma$ $\alpha\iota\omega\tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\omicron\upsilon\sigma\omicron\varsigma$, qui dixisti: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego reficiam vos: Misere mei, & intercede pro me apud æternum Patrem tuum, sanctifica & rege me Spiritu sancto tuo, defende me ab uerulus Diabolos, spiritus mendaces, & homicidas, hostes tuos.

HÆC compellatio Christi, confessio est omnipotentis. Nam sic inuocans, sentit Christum videre motus cordium omnium hominum, & esse opitulatorem omnipotentem, dantem Spiritum sanctum, & iuuantem nos in periculis corporis & animæ. Complectitur autem & hæc forma tres personas, filium alloquitur, & nominat inæternum apud æternum patrem, & fatetur ab ipso dari Spiritum sanctum.

I T A expresse compellatio Christi aliquoties in scriptis Prophetis & Apostolicis proposita est. Actor. 7. Domine Iesu, suscipe spiritum meum. 1. Thess. 3. Ipse Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus gubernet iter nostrum ad vos. Nec dubium est in Genesi cap. 48. Iacob concionari de Christo, cum inquit: Benedixit pueris istis Deus, & Angelus qui eripuit me ex cunctis malis. Et Psal. 71. Et adorabunt ipsum semper. E S T Q U A hæc forma inuocationis, testimonium illustre, docens, Christum esse naturam Deum & omnipotentem. Nec ad has compellationes adiungatur compellatio hominum mortuorum, quæ obscurat & corrumpit ueram inuocationem, sed regula teneatur: Dominum Deum tuum adorabis, & ei soli seruias. Non est leue scelus stabilire inuocationem hominum mortuorum, cum nulla testimonia de ea diuinitus tradita sint, & cum manifeste obscuret mediatorem Christum. Deinde cum inuocatum inuisibilem, tribuat potentiam inuocatis, iudicandi motus cordum, quod proprium est solius omnipotentis naturæ, uti. Paralip. 28. dicitur: Omnia corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes

iones intelligit. Et Ierem. 17. Ego Dominus scrutans corda, &c. bonos Dei nō est transferendus ad Prophetas aut Apostolos, aut nam. Et Iesaiā 63. clare dicitur: Abraham ignorat nos. Sed illa inuocatione Mariæ, Prophetarum & Apostolorum, alia de pie, viliter, & splendide dici possunt, gratiæ Deo agantur, quod hoc se patrefecit, quod per eos doctrinam suam tradidit, doctrinæ nos etiam consideretur, quod singuli docuerint, agantur gratia, sed Deus addidit euidentia testimonia per horum facta, vt per Moyse, Elisæi miracula, quod Ecclesiam subinde per aliquos instaurauit, quod proposuit exempla misericordiæ receptis lapsis, vt Dardale, Magdalena, &c. quod proposuit exempla, quæ ostendunt exultari nostras preces in periculis, & vere impetrare liberationes, vt Agge filio potum impetrat: Iacob, Dauid, Ezechias impetrant de mortuorum. His exemplis nos ad inuocationem excitemus, & imitemur illorum penitentiam & fidem. Postremo ipsos etiam laudemus, quod Deo vocanti obtemperauerunt, & Dei dona sua diligentia retinere studuerunt. Longa est oratio & plena pietatis de illis Ecclesiæ luminibus, de Prophetis, Apostolis, & alijs multis pijs hominibus, si historia eorum prudenter enarrentur, & ad nos docendos vt limitationem pro nostro modo, proponantur.

H A E C inuocatio adieci, vt sciant pij lectores improbandas & fugiendas esse hominum mortuorum inuocationes. Ethnicus mos est, qui & Deos mortuos, & homines mortuos, qui virtute aut rerum gestarum gloria precelesuerunt, quos Heroes nominabant, ut Herculem, Quirinum, & similes, inuocare soliti sunt. Nec dubium est hos furores à Diabolo ortos esse, qui veri Dei agnitionem delere conatur. Fugiamus ergo exempla Ethnorum furorum similia, & recte discamus, quid de summa virtute, scilicet, de inuocatione Dei, certis testimonijs Dei traditum sit, vt recte & pie verum Deum æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, & filium eius Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis & resuscitatum, & Spiritum sanctum effusum in Apostolos, inuocemus, & vera gratitudine celebremus.

P O S T Q U A M de petitione beneficiorum & auxilij dictum est, commonefaciamus nos ipsi etiam de gratitudine, vt hæc cogitauerit Paulus 1. Thesal. ultimo: πάντοτε χαίρετε, ἀδελφοί, πάντοτε προσεύχεσθε, ἐν παντί εὐχαρισεῖτε. Sed hic necesse est nos homines fateri culpam. Omnes sumus ingrati Deo, & quod nos sine tranquillores, eo negligentius de Deo cogitamus. Imo multi in rebus secundis prorsus obliuiscuntur Deum, & laxant se nos curantibus, vt exempla summorum virorum ostendunt, & experientia sententias peperit:

Luxuriant animi rebus plerunq; secundis,

Nec facile est aqua comoda mente pati.

CUM Sodoma manifesto Dei beneficio ab Abraham defensa fuissent, deleta exercitu Chaldaeorū, ut in Genesi narratur, post hanc eximiam liberationem securā civitates, ita se luxūi dedit, ut post paucos annos, ut propter turpitudinem scelerum singulari cunctis a Deo deleta sint.

MAGNA & turpis ingratitude cōtinuam hominum. Accipimus à Deo vitam, ingenia, educationem, vitam, literas, Evangelium, Ecclesiam, politias, defendimur & immutabile, cum ne quidem petimus auxilium, interim securi ludamur, quærimus voluptates, & casu offerri nobis bona discuramus, non agnoscimus Deum autorem esse, non studemus eius benevolentiam retinere, sed iram accendimus nostra petulantia. Hæc mala depemus & nos emendemus, & cum beneficia Dei agnouimus, fatemur nos à Deo accepisse, nec petulanter excutiamus Deum cultum & opitulatorem, sed ei placere studeamus, & gratitudinem nostrarum officijs vitæ, & voce celebremus. Postulat enim hanc confessionem, ut ipse celebretur, ac primum nos ipsos admoneamus, non cōtinuam nobis offerri bona, sed verè nos Deo curæ esse, exaudiri nostras preces, & nos iuuari à Deo. Deinde vult hanc nostram confessionem testimonium apud ceteros homines esse de providentia, vult commendari alios, ut vere credant Deo curæ esse res humanas, exaudiri ecclesie preces. Ideo toties in Psalmis pro acceptis beneficijs David fert hoc mutuum officium, videlicet beneficij celebrationem, ut Psal. 117. Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini, celebrabo beneficia tua, & ero testis veræ doctrinæ. Vere postulat & magnam gratitudinem Deus, ideo etsi gratitudo etiam studium obedientiam complectitur, tamen ad certam verborum commemorationem non quotidie alluefaciamus. Multi cum è lecto surgunt, cum curæ quantum, cum assident ad mensam, cum discedunt à mensa, profusa petucides, ne cogitant quidem de Deo, unde sint quotidiana beneficia. Hæc turpissima negligentia & vituperanda & corrigenda est. Quotidie priusquam petis bona, de prioribus beneficijs cogites, & agas gratias Deo. Deinde adde petitionem, & exte publice vel in literis, ut exemplis testimonium tuæ gratitudinis. Forma tali vti poteris.

AGOTINI gratias omnipotens, æternæ & viue Deus, pater Pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum & conservator ac opitulator, cum filio tuo cœterno Domino nostro Iesu Christo, patefacto in Ierusalem, & Spiritu sancto tuo effuso in apostolos: quod te patefecisti nobis immensa bonitate ceteris & illis, & quod condidisti & elegisti tibi Ecclesiam perpetuam, & voluisti filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum

nobis fieri victimam, dedisti nobis Euangelium tuum, & Spiritum sanctum, remittis nobis peccata, & liberas nos à potestate Diaboli, & à morte aeterna, & das nobis vitam aeternam, & haecenus in terra me multis magnis beneficijs donasti, dedisti vitam, victum, vestimentum, pacem, ijs locis, in quibus uixi, & mitigasti poenas, quas meritis sum.

A G O tibi gratias etiam Domine Iesu Christe Fili Dei uiuificator, pro nobis & resuscitate, Emanuel, quod copulasti tibi humanam naturam, passus es pro nobis, & resurrexisti, ac redemisti nos, & defendis Ecclesiam contra Diaboli hostes tuos, & das & tribuas saepe lucem Euangelij, remittis nobis peccata, & das nobis vitam aeternam, & es mediator & interpellator pro nobis assiduus, & tu nobis opitulari, sicut dixisti: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, ego reficiam uos. **A G O** etiam tibi gratias spiritus sancte, uiuificator, effuse in Apostolos, quod accedis lucem tuam in nobis mentibus, regis, doces, mones & iuuas me consilio, gubernas labores uocationis meae, & sanctificas me ad vitam aeternam.

D I C I T gratiarum actio, sequatur petitio ut supra recitauimus. Non tantum etiam gratias agantur, quolibet tempore pro recenti beneficio accepto. Haec recitatio confessio sit accepti beneficii, quam esse postulat Deus, & congruat vox cum mente. Vere sentiamus non esse periculum depulsam esse, sed nos à Deo adlutos ac seruatos esse, precor nostras exauditas esse, celebret mens Deum, quod non sit inanimata, non negligat homines, sed vere exaudiat inuocantes in Ecclesia, vere sit discrimen Ecclesiae & gentium, quae maledicunt Christo, quod vere respiciat & iuuet Ecclesiam suam, & seruet promissa. Haec & nos ipsi inculcemus, & commemoremus apud alios, narremus uisimus adlutos ac liberati, ut alij ad agnitionem Dei inuitentur. Sic enim Deo minus est per sese gratitudo, sed postulatur etiam exemplum. Ideo Paulus dulcissime hortatur, ut multi pro se petant, postea postea pro accepto beneficio gratias agant. 2. Cor. 1. signum gratiarum actionem praecipuum esse sacrificium, & Deo gratissimum, & eo à pluribus faciendam, quia Deus à multis agnosci & celebrari se magis postulat, & cum multi celebrant acceptum beneficium, exemplum sit illustrius, & plures alij inuitantur ad inuocationem, & fidem. Horribilis est in natura hominum ingratitude, ut perpetuae omnium temporum querelae testantur, & debiti officij praetermissio diuinis & humanis sententijs damnata est, & tamen uisum est praestare hominibus gratitudinem, quam Deo. Et aduersus Deum ingratitude crudelior est, quam aduersus homines. Saul etiam ingratus est Dauidi, tamen negare non potest, Dauidem benemeritum esse. Ingrati autem Deo, negant Deum beneficii autorem esse, fingunt

fingunt casu pericula depulsa esse. Aduersus has tenebras, & horrorem, munitur animos testimonijs diuinis, & discant ut rectius respici, iuuari, exaudiri à Deo. Et cum adiuti sumus, agnoscimus, grateamur, prædicemus nobis, & alijs Deum esse auctorem beneficii, ut supra recitauimus aliquot sententias. Psal. 43. Non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Et Christus clare inquit: Sicut nihil potestis facere. Et Psal. 33. Ille pauper clamauit ad Dominum, & Dominus exaudiuit eum. Et Psal. 26. Pater & mater dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. Psal. 59. Da nobis auxilium in tribulatione, & vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem, & rediget in nihilum tribulantes nos. Psal. 126. Nisi Dominus adiuuauerit domum, &c. Psal. 117. Dirupisti vincula mea, tibi faciam hostiam laudis. Ierem. 17. Maledictus homo, qui ponit cisternam in chium suum, &c. Benedictus vir qui confidit in Domino, & certaminus fiducia eius. **I**NGENS labor est pijs mentibus, cuius pal acceptum beneficium retinere hanc sententiam, vere nos à Deo protectos & seruatos esse. Sed testimonijs, quæ & supra & iam recitauimus, confirmemus nos, & statuamus nobis non casu, sed Deo opitulante, pericula depulsa esse, & beneficia Dei nobis & alijs prædicemus.

HÆC de præcipuo sacrificio, videlicet de gratiarum actione breuiter dixi, ad commonefaciendum pium lectorem, quem oportet oro, ut de eadem re diligenter consideret, & colligat sententias propheticas & Apostolicas scriptis, ut exuscitet mentem ad fidem, & inuocationem, & veram gratitudinem. Difficile est enim retinere veram sententiam de præsentia Dei in tanta nostra infirmitate, cum manifesta testimonia videmus. Sicut Israëlitas in deserto plurima testimonia præsentia Dei viderunt, tamen toties dubitauerunt, à quo ex Aegypto educi essent. Et Christi facta viderant Apostoli, viderant toties resuscitari mortuos, & tamen magna erat fides in cillitas. Ideo cum Dei beneficijs pericula nobis depellantur, & nos sic teneamus in conspectu sententias, quæ nos confirmant, & agrostamus nos à Deo adiutos esse. Nec sinamus hanc sententiam nostris obrui. Hoc certamen cum difficile sit mentibus, in experientia ostendit, & monent exempla scripta de Israëlitis in deserto diligentiores nos esse decet in cogitatione testimoniorum, quæ scriptis Prophetis & Apostolicis tradita sunt, ut fides & agrostamus præsentia Dei in nobis confirmetur & crescat. Sit in conspectu confessio Jacob Genes. 48. qui prædicat se à Deo patrum suorum, Abraham & Isaac inde vsq; ab infantia nutritum & defensum esse, & mentionem Angeli, id est, filij Dei, per quam ait se ereptum ex oculibus malis. Ita & Davidis morituri gratiarum actio nobis examp. Reg. 22. Liberauit me ab his qui oderant me.

AGNOSCAMVS humanis consilijs & præsidijs non posse per-
sona discuti, sicut clare inquit Ieremias cap. 10. Scio Domine
non est hominis uia eius. Quam multa Moyfi, Samueli, Dau-
id, deniq; omnibus gubernatoribus accidunt inextricabi-
li humano consilio? Ergo ut illi, regi nos & iuuaui à Deo per adus,
sunt exitus sunt placidi, fateamur quod res est, à Deo nos adiutos
solentos esse. Vidit & hæc atas exempla, quæ prædicare decet, vt
beneficia celebrentur, dedit Deus pacem tot iam annos Ecclesijs
vobis, Nec pacem tantum dedit, nec tantum impedijt hostium co-
mibus, sed etiam scandala multa passim exorta oppressit, & magna ex-
parte diuina & iudicia eorum, qui præfunt Ecclesijs, ita rexit, vt do-
ctrina in Ecclesijs nostris passim sincere tradatur. Pro his ingenti-
bus beneficijs Deo æterno patri Domini nostri IESU CHRISTI
gratias ago, & eum propter filium Iesum Christum Dominum no-
strum, crucifixum pro nobis & resuscitatum, oro toto pectore, vt nos
sicut sancto regat deinceps, & perpetuò, AMEN.

DE MAGISTRATIBVS CIVI-
LIBVS, ET DIGNITATE RE-
RVM POLITICARVM.

HACTENVS Ecclesiam descripsi, ac recitavi quod doctrinæ ge-
neris præcipuum & ignotum humanæ rationi circumferat, & quo-
modo Deum inuocet. Nunc quia necesse est eam inter homines inue-
nire in economijs, politijs, imperijs, ubi uult Deus audiri confessio-
nem suæ doctrinæ, imo ubi colligit sibi Ecclesiam, collocanda est in
economijs, & societate ciuili, & docenda, quid de coniugio, & de
imperijs sentiendum sit. AC necesse est de his rebus recte, dex-
tere, & applicate ex testimonijs Prophetarum & Apostolorum, erudiri
homines, quia sæpe & olim & recens fuerunt hypocritæ superstitiosi
Magistri, qui coniugia à Deo ordinata, & magistratum functiones,
leges forenses, legitimas pœnas, imperia, bella legitima, mi-
sericordiam damnauerunt. Tales furoribus olim sparserunt Marcion, & Ma-
rcion, quorum deliria diu peruagata sunt Asiam & Africam. Cir-
cumscribunt & similes errores ante trecentos annos Flagelliferi, vt
notatur, & hoc nostro tempore Anabaptistæ passim uagantes,
circumferunt hos errores. NEC desinit vnquam Diabolus
debetas mentes accèdere, vt opiniones falsas de rebus politicis am-
pliat, quia simul duo mala ingentia excitat, mouet seditiones
in ciuilibus, vnde existunt multæ iniustæ cædes & dissipationes, &
vituratur Euangelium. Dum enim fingunt iniusticiam esse quandam no-
uam barbaricam politiam, in qua sine distinctione dominiorum, &
sine

sine imperijs viuant homines, amittitur uera lux de iusticia interiori & perpetua in corde, de qua Christus inquit: Hæc est uita æterna, ut agnoscant te solum esse uerum Deum, & quem misisti Iesum esse Christum. Et Paulus: Qui spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei. Iusticia de qua concionatur Euangelium, est lux in corde, qua fide agnitione Christi mentes accendit ad ueram Dei inuocationem, & alios pios motus legi Dei congruentes, & incoat uitam æternam. Foris uero, ut uicibus temporum anni à Deo ordinatis, sic politijs in imperijs subijcit suo quæque loco, ut Ioseph in corde circumuebat ueram agnitionem & inuocationem Dei, & promissi redemptoris, & inuita uitæ æternæ. Foris uero in curia, in iudicijs, in contractibus, in possessione facultatum, utebatur legibus Aegypti. Dum similem lucem in corde circumuebat, & inuita uitæ æternæ, ut Ioseph. Foris uero in curia, in iudicijs, in contractibus, in possessione bonorum, in regenda prouincia, utebatur legibus regni Babylonici.

I L L V D tamen spectandum est in legibus & politijs, ne pugnent cum lege naturæ, sed ut Paulus inquit, sint honori bono operi, & sint terrori malo operi. Deinde, etiamsi formæ legum, iudiciorum, pœnarum, aliquas habent dissimilitudines, ut alia sunt leges Scythorum, ut uocant, Germanicæ, alia Gallicæ: tamen sui quisque loci legibus obtemperet. Ac dissimilitudo illa nihilo plus pertinet ad iusticiam Euangelij, quam dissimilia spacia dierum ac noctium. Paulo in Macedonia longior est dies solstitialis, quam Christo in Iudæa. Hæc dissimilitudo nihil pertinet ad iusticiam in corde utriusque. Sed Diabolus, ut oculis atq; animis hominum tenebras offonderet, ut ueram Euangelij lucem, de fide & agnitione Christi aspiciant, muros strosas illas opiniones de barbarica politica spargit, fingit magnam uirtutem esse, non habere proprium, fugere iudicia, ciuiles fundiones, quæ tamen & necessaria sunt generi humano, & a Deo ordinatæ, ut in eis luceat nostra fides, inuocatio & confessio, & ut sinceritæ obedienciæ, quam lex Dei postulat, & mutæ dilectionis, ut mox dicam.

Q V A R E in templis & scholis diligenter edocendi sunt homines de dignitate rerum politicarum, & præueniendi aduersus illos Marcionis, Manichæorum & Anabaptistarum errores. Scio rudes moueri deformitatibus & confusionibus reuelis superiorum, aularum iudiciorum. Principes enim multa in gubernatione negligunt, multorum delicta & iniurias non uident, multa sunt in iudicijs imposturæ & calumniæ multa errata, magna in aulis ambitiones, rapacitates, & alia pestes, multæ fraudes in contrafitione. Nam in hac infirmitate humanæ naturæ, & in tantis furoribus Diaboli accendentis prauas cupiditates in multis Principibus, gubernatoribus, iudicibus, ministris & priuatis, non mirum est multas

in confusiones *ἁνατασσίαις* accidere. Hæ mouent animos
 et exultant, ut res totas, id est, ipsum ordinem politicum dam-
 nent, & existiment, imperia tantum esse oppressiones imbecillium, or-
 del à Diabolo, uel ab humana audacia & cupiditate. SÆPÈ
 Philosophi quaerunt, unde sint imperia, cum res ostendat nul-
 lum sine magnis cladibus generis humani constitui, nullum
 habere horrendas confusiones, nullum etiam perpetuum esse:
 quantum sui & peregrini sanguinis fudit Roma, donec imperio or-
 terrarum posita est? Mox bellis ciuilibus, Syllæ, Marij, Cinnae,
 Catilinæ, Pompeij, Bruti, Antonij, Augusti, quæ furia per vniuersum
 orbem terrarum grassatae sunt? quales legum & disciplinæ perturba-
 tiones excitarunt? Postea barbaræ nationes, Gothica, Vandalica,
 Hunnica, Arabica, Turcica, infuse in Italiam, Aegyptum, Africam,
 Aethiopiæ, prorsus dissipauerunt imperium Romanum. Denique res
 ostendit ueram esse querelam, quæ extat apud Ouidium:

sic omnia uerti

Cernimus, atq; alias assumere pondera gentes,
 Concidere has.

ITEM:

summumq; negatum;

Stare diu.

Et Scipionem aiunt capta Carthagine spectantem incendium
 ubi illacrymasse, ac dixisse, deplorandam esse fortunæ inconstanti-
 am in rebus humanis. Se non modo dolere vicem Carthagini, quæ
 olim florens uirtute, opibus & imperio, nunc spoliata & capta incen-
 ditæ perierat, sed etiam de Romæ fato cogitare, quæ aliquanto post si-
 militudine calamitate peritura sit, quia nulla imperia perpetua sint. Mi-
 raturus igitur Philosophi, si à Deo constituuntur imperia, cur tantum
 uideat scelera & miseria? SED Ecclesiæ doctrina gra-
 uitate hæc diiudicat, ac discrimen proponit ordinis politici, perso-
 narum, & miseria humanarum. DE ordine politico vniuer-
 saliter docet doctrina cœlestis, hunc ordinem à Deo institutum esse,
 à Deo esse, quantum boni in gubernatione reliquum manet, vi-
 detur, quod homines certis legibus coniuncti in societate ciuili vi-
 uunt, quod multitudo regitur magistratibus, iudicijs, pœnis, quod
 magistratus cultos est disciplinæ & pacis, quod dominia rerum distin-
 cta sunt, & sua cuique rata sunt, quod res legitimis contractibus trans-
 feruntur, ad iuuandam communem uitam, quod latrocinia armis
 reprimuntur, aut puniuntur.

AC paulo post recitabo testi-
 monia Prophetica & Apostolica, quæ utrumque docent, & institu-
 tum esse politicum ordinem uoce DEI, & quantum boni in governa-
 tione reliquum est, esse uere opus DEI, non tantum permissi-
 onis, sed quia à Deo uere conferatur & iuuatur, sicut ordo motuum cœ-
 lestium;

letium, & terræ fecunditas. Prius enim hoc discrimen ordinis, personarum, & miseriarum humanarum explicabo, ut quærentibus viderentur sint confusiones & calamitates, respondeam. Et igitur, ut dixi, politicus ordo res bona, pulchra, grata humano generi, singulare Dei opus, quod videlicet homines coniuncti legibus in locum civium vivunt, quod multitudo regitur à magistratibus, qui sunt callosæ disciplinæ, exercent iudicia, curant de Deo recte doceri cives, prohibent Epicureos furores & idola, periuria, libidines, iniurias corporum. Denique, qui curant ut civitas sit modestissimæ scholæ, in qua luceat Dei noticia, & exercentur virtutis officia, communis deservio, & aliorum beneficiorum communicatio. Sæpe dicitur in Platonicam pingere. Quæ enim fuit aut est talis civitas, in qua nihil sit vitiorum? Verum hæc eo recito, ut discernamus ordinem politicum à vitijs. Et quanquam nulla est civitas sine vitijs, tamen ad gubernationem honestiorem est, alia perturbatior, alia plus boni retinet, iuxta illam ideam, alia minus. Tempore Davidis & Salomonis magis floruit Ierosolyma, & ordo politicus integrior erat, quam Herodis tempore, & tamen quantum boni reliquum fuit Herodis tempore, Dei opus erat. Deo iuvante servabatur hospitium Zachariæ, Simeonis, Elifabeth, & alij pijs. Inter tot latrocinia, bella, furores Diaboli & Herodis, tamen Deus texit Mariam, Elifabeth, & alios sanctos innumerabiles. **N** V N C igitur de personis dicam. Et si res, videlicet ordo politicus est à Deo, ut Coniugium, tamen sæpe personæ non sunt excitatæ à Deo, & magis turbant ordinem divinum, quantum tuerentur aut ornant, ut Caligula, Nero, & alij pelles plurimæ gratiæ in imperio, quod divinitus ordinatum erat, velut in horro apparet. Veneratur Paulus imperij Romani leges ac ordinem, sed Nervæ odit & execratur tanquam Diaboli organum, lacerans bonum ordinem. Necessè est enim discerni in imperijs salutes principes amoviles. David, Salomon, Iosaphat, Ezechias, Iosias, Nabuchodonosor, Cyrus, Constantinus, Theodosius, Carolus, fuerunt salutes personæ, diuinitus excitati & adiuti, ut & restituerent imperia, & Ecclesiæ am vterunq; iuvarent. Sunt & hi diuinitus excitati & adiuti, ut imperia & disciplinam vterunq; restituerent, etiam si Ecclesiæ Dei non operant, Themistocles, Arulides, Alexander Macedo, Fabius, Marcellus, Scipio, Paulus AEmilius, Augustus. Gesserunt enim res salutarias generi humano, & politias constituerunt, quæ aliquandiu floruerunt. Profuit igitur eorum labor ad hoc, ut manserit posteritas, ex qua lecta est Ecclesiæ. **E** X C I T A T I autem & iuvati salutares gubernatores omnes a Deo, sæpe testantur dicta Prophetica. Plal. Nisi Dominus custodierit civitatem, &c. Et Psal. 145. Qui dat salutem regibus. Et Salomon inquit: Ut oculus videat, & auris audiat, &

utrumque; id est, ut gubernator sit intentus, & habeat felicia consilia, & populus ei alacriter obtemperet, Dei opera sunt. Vt quod Scipio, consilia sunt felicia, & quod exercitus hunc ducem amat, & exercitus sequitur, Dei beneficia sunt. Alij imitatores, nec res similes sunt, nec diliguntur ab exercitibus. Sic & Baptista, etsi de gubernatione Ecclesie loquitur, tamen sententiam tradidit veram de vniuersa gubernatione. Non potest sibi sumere homo quicquam, nisi sit ei datum à Deo, id est, nulla est gubernatio felix & salutaris, nisi Deo iuuantur. Vt Themistoclis consilia fuerunt salutaria patrie, ac Periclis Demosthenis politica sunt nimis polypragmatica, mouent bella non necessaria, quae fuerunt exitio Graeciae. **C**VM vero res & personae iuuantur à Deo, politicae magis florent, ut cum Dauid regnat in Israel, cum Augustus regnat Romae. Neque tamen cuiusquam gubernatio tam placida, tam felix est, quin multae calamitates misceantur, & multa vitia accedant. Nam & Diabolus varie turbare conatur politicae, & magna est hominum infirmitas. Praeterea & Deus vult peccatores à se excitate puniri tyrannos, & mutari imperia, id non fit sine magnis cladibus. Felicissimus ac miserrimus regum fuit Cyrus, & tamen huius armis florentissima pars orbis terrarum, videlicet Ionia horribiliter vastata est, voluit enim Deus puniri libidines. Et quoties heros excitati sunt, secutae sunt magnarum urbium, & magnorum regnorum euersiones, ut Cyrus, Alexander, Romani, Gothi, Turci, quae urbes & regna euerterunt? **D**IXI igitur tertio loco, discernendas esse ab ordine politico, miseras humanas. Dauidis politica nimis est tranquilla, quia à Diabolo saepe turbatur, & magna sunt hominum imbecillitates. Cyri gubernatio est crudelior, quia Deus horribili exemplo puniri voluit Ioniam propter flagitiosas libidines. Verum tales poenae fatales, etsi nobis videntur nimis sauae, tamen reuera ad ordinem politicum pertinent, quia Deus iustus iudex declarauit suam his horridis poenis, ut cum euerit Sodomam, aut cum saepe, aut pestilentia, totas gentes delet. **M**ULTA igitur mala in imperijs ducantur esse fatales poenae, & exempla iustae irae Dei aduersus scelera hominum. Imo inde vsque ab initio imperia in deterius conuersa sunt, creuit seruitus, quia peccata hominum creuerunt. Prima monarchia in statua Danielis pingitur aurea: Secunda argentea: Tertia aenea: Quarta ferrea. Pedes partim ferrei, partim lutei sunt, hoc est, postrema aetate quaedam erunt saeva imperia, ut Turcicum, quaedam infirma, plena ignauia. Multum autem confusionum affert ignauia, ut res ostendit in multis Germaniae locis. **L**ONGE melior status fuit regni Iudaici tempore Iosaphat, quam post rediit ex Babylone, & postea cum à Syriacis & ab Aegyptijs regibus, & tandem à Romanis Iudaea multis modis vexaretur, sed tamen manebant

nebant aliqui nerui politica. Et agnoscebant pij beneficium Dei esse. Interim mala quæ fiebant, sciebant permitti diuinitus tanquam futures penas, & moesti ac gementes tolerabant, & sua modestia ac diligentia in omni officio leniebant, non iritabant contumacia seditionibus. Deum etiam orabant, ut mitigaret feruorem. Cuiusmodi audissent, a Proloquio Lathuro interfecta esse Iudeorum uiginti milia, & coactos captiuos ueloci carnibus interfectorum parentum & fratrum, uidebant Diabolum rabie suo grassari in hunc populum, quam in ceteras gentes, & sese de poenitentia, & de inuocatione commouebant, & tamen norant uaticinia diuina, politiam mansuram esse, donec Messias concionaturus esset. Hæc præfari de discrimine ordinis politici, & confusionum, quæ ordinem interturbant, ut si hæmoniam in cantilena bonis Musicis recte canentibus, alius quispiam lauens clamore suo interturbaret, necessarium esse duxi, ut præparatus lector ad cetera, nec propter confusiones, quæ aliunde accedunt, donec beneficia diuina. Aliis autem ordo politicus magis, alias minus est integer, alias plus, alias minus est confusionum. Sed semper in hac misera & ærumnosa uita, in imperijs multæ magnæ difficultates existunt, tum quia Diabolus conatur facere maiores dispersiones, tum quia humana natura per sese est imbecillis, & facile suis erroribus & cupiditatibus mouet res iniustas & harmoniam interturbat, tum quia fatales poenæ multæ accedunt, in quibus magnæ sunt & regnorum & disciplinæ perturbationes. Et hæc causæ omnes in hac postrema senectate magis concurrunt. **ΝΑΤΥΡΑ** hominum tantumquam effæta sine ulla dubitatione imbecillior est, quam sine iudicio, sicut docti distribuunt tempora iuxta hominis partes, initio autem regnasse τὸ ἡγεμονικόν, id est, rationem gubernatricem, Artes enim in primis partibus inuenta sunt, & sapientia homines magis quam uirgebantur. Deinde successit bellatrix ætas, in qua iam imperia armis constituta sunt, & quatuor monarchiæ inde usque, ab Abrahæ tempore ad Theodosium orbem terrarum rexerunt. Secuta est ætas postrema, in qua dominari aiunt ἐπιθυμητικόν. Natura hominū facta languidior, nec sapientiæ studet ut olim, nec illos acerrimos labores militiæ suscipit, quos sustinebant olim uiri fortes, Dauid, Achilles, Cyrus, Alexander, Hannibal, Marcellus, Scipio, C. Cæsar, sed uelut exarscra, delicias & voluptates quærit. Præterea cum peccata cumulatæ sunt, tempore, poenæ quoque creuerunt. His occasionebus Diabolus uiribus & infirmam naturam rabiosus urget. Odio etiam Dei & Christi scit non ita multo post palam venturum esse ad iudicandum, & quæ sit daturum bona æterna, & abiecturum Diabolos & impios in æternos cruciatus, sicut in ipso sine suæ tyrannidis atrocius.

Hæc cogitemus, cum confusiones regnorum, tumultus, profusiones & βασιλειῶν principum, expilationes populi, & alias miseriae vitæ crescere cernimus, & has ærumnas pie tolerare discamus, Deum oremus, ut aliqua Ecclesiæ suæ hospitia seruet & regat.

OMNIA regna omnibus ætatibus circa finem magis turbulentiora fuerunt. Quoties multi Syriæ reges vno tempore de regno dimicauerunt? Antiochus, Triphon, Demetrius & alij. Quantum fuit bellorum ciuillium inter Romanos principes à Seuero vsq; ut de uertutibus ciuilibus bellis non dicam? Vidimus & hac ætate infelicissime dimicantes duos reges de Pannonia. Prorsus igitur Ecclesiæ sapientia singulari opus est ad ferendas has miseriae, de quibus & Christus nos præmonet, prædicens, vltimis temporibus, magna bella, magnas regnorum ruinas, & populorum angustias futuras esse.

Nunc igitur redeo ad principalem quæstionem, vnde sint imperia, an politica officia sint res bonæ, & an Christianis liceat gerere magistratus, emere, vendere, fungi munere iudicum, causas afferre in forum suas vel alienas, militare, armis depellere latrocinia, bella legitima gerere. Ad hæc primum respondeo: Et coniugium & politicus ordo res sunt à Deo æterno institutæ & approbatæ expressa voce diuina, & quantum boni in politico ordine manet, seruetur Deo iuuante. Voco autem politicum ordinem, vt supra monui, non iniustas perturbaciones ordinis, sed ipsas leges cum ratione congruentes, coniuugentes societatem ciuilem, vt multitudini certi homines præsent. Item contractus, iudicia, legitimas pœnas, depulsionem latrociniorum, militiam. Ac de coniugio testimonia satis nota sunt. Est autem coniugium perpetua coniunctio mariti & vxoris, instituta certis legibus à Deo, quæ ostendunt quas personas, & quomodo iungi liceat, vt Genes. 2. Leuit. 18. Matth. 19. 1. Cor. 7. In his locis manifeste conspiciuntur institutio, approbatio, & ordinatio cõiugij, de quo alio politius dicitur. Nunc testimonia addam de Magistratibus seu ciuili gubernatione. Paludanus sic tantum à Deo ortum esse politicum ordinem dicit, quia homini ratio sit indita & noticia legum naturæ, quæ iudicat hunc ordinem inter homines necessarium esse. Et si vera sit hæc sententia, tamen nondum satis de causa ciuilis societatis, seu imperiorum dixit. Nam solis humanis consilijs & uiribus, nequam retineri honestæ leges & ciuilis societas possunt. Sciamus ergo voce Dei institutum esse hunc ordinem, & comprobatum, & vere ab eo iuari. De hac voce manifestum testimonium est tota lex Moysi, quæ est vni populo proposita est, tamè testimoniū est voluntatis Dei, de hac vita politica. Et autem lex moralis, ille ipse ordo societatis ciuilis, si dextre intelligatur. Et eadem leges inde vsq; ab initio mundi traditæ, & sæpe repetitæ sunt. In paradiso prohibita sunt uagabundines,

libidines. Genes. 4. prohibita & damnata est iniusta caedes. Et Genes. 9. expresse ordinatur imperium, edita hac lege: Quicumq; fuderit sanguinem humanum, per hominem fundetur sanguis illius, quia ad imaginem Dei factus est homo. Hanc legem politici ordinis caput esse nihil dubium est, nec frustra putemus hanc vocem à Deo esse esse. Cuius nominatim dicat, per hominem fundetur sanguis homicidæ, instituit hominem magistratum, qui certo ordine tollat reum, & iudicium Dei administret. Extant ergo testimonia institutionis.

Et cum Paulus tradit doctrinam de politico ordine, Rom. 13. simul testatur & institutum esse à Deo, & comprobari, & ab eo iurari. Etq; caput illud magno consilio à Spiritu sancto propositum hoc est, ut manifeste refuter fanaticos furios, damnantium ordinem politicum, seu magistratus & imperia. Quæ sunt potestates, à Deo ordinatae sunt, id est, vult suo quæq; tempore & loco obtemperant legitimis magistratibus præsentibus, ideo dicit: Quæ sunt, qualiscat, non requiras Cyri aut Alexandri imperium. Hæc Deus subito rex multo ante euertit, & constituit alia imperia. Quæ sunt igitur, est, quæ quolibet tempore regnant, hæc scito à Deo ordinata esse. postea imperia nominat ordinationem Dei. Ponderis uerbi ostenditur, quod nominat imperia ordinationem. Primum manifeste dicitur imperia à peccatis. Nam peccatum non est ordinatio Dei, sed est confusio & horrenda perturbatio diuini ordinis, quam Deus semper odit & execratur. Deinde monet nos, qualis res sit civilis status seu imperium. Ordo est, inquit, videlicet series personarum & rerum, congruens ad regulam mentis diuinæ, lucentem & in nobis iuxta legem naturæ, ut vilitate uocamus. S I T imperium ordo personarum, præsit magistratus, obtemperent ciues suo quisq; loco, sit etur ordo inter maritum & coniugem, inter patrem & liberos, sit ordo iudiciorum: Leges ordinem officiorum & contractuum proponant & sanciant, monstrant ordinem generis humani erga Deum, prohibeant vagas libidines, quæ sunt contrariæ ordini diuino in hominum natura instituto, præcipiant æqualitatem in cōtractibus. Quorum accipit emtor, tantum reddat. Ne lædat ciuis ciuem, sed omnes sciant se inter sese deuinctos esse ad mutuam defensionem, & communi salutem, quæ consistit in compensatione æquali voluntate officiorum & rerum. Si quis autem violauerit hunc ordinem, pena inficiatur. Non est ordinis intellectus in bestiis, sed homini in ipsa est ordinis noticia, cum qua, si natura hominum non corrupta est peccato, etiam amor ordinis tuendi erga Deum & homines, verus adsidens in pectoribus, coniunctus esset. Nunc vero facile ruunt homines contra naturæ ordinem, alij tamen magis, alij minus amant ordinem.

Epuripides de Cyclopius inquit: Νομάδες, ἀκόη οὐδέη οὐδέ τις
 ἄλλος. Multa fera ingenia putant vnum hoc esse beate viuere, non
 neceri legibus, ordine, disciplina, tanquam carcere, sed libere va-
 rari, & cupiditatibus obsequi sine frano. Talibus ingenijs difficile est
 versu adere magnum decus esse ordinis, aut declarare quantas res hic
 complexus sit Paulus, & quam perspicue testetur, magistratum & ci-
 uilem statum esse res bonas, Deo placentes, non peccata.

L E X
 terat apud Spartanos, licere cum vxore alterius consuetudinem habe-
 re, si vir permitteret. Si igitur Spartanus aliquis videat in ludæa du-
 ci ad supplicium adulteram seu adulterum, dicit esse crudelitatem in-
 dignam hominibus. At Paulus hic monet, supplicia legitima partes
 esse politici ordinis, & congruere ad normam in mente diuina. Sed
 homines feri non statim vident quid dicat Paulus, præsertim cum
 tanta breuitate usus sit.

A F F E R A N T igitur ad hanc Pauli
 lectionem studiosi mentes attentas, & immorentur huic loco, expen-
 dant verba, quid ordo significet, partiantur ordinem personarum &
 rerum, magistratum, ciuium, legum, iudiciorum, contractuum, deli-
 ctorum, poenarum. Deinde normam ordinis esse sciant, æternam le-
 gem in mente diuina, de qua hic dicit: Magistratus honore afficiat
 bona opera, & puniat mala. Certissimum est autem, ordinem congru-
 entem cum mente diuina, rem bonam & Deo placentem esse. Hoc
 igitur Pauli testimonium, bonis mentibus & attentis satisfaciat. Vti-
 tur eodem testimonio & Irenæus aduersus fanaticos, qui illis primis
 temporibus furoribus sparserunt similes Anabaptisticis. Sed multa pas-
 sim obuia sunt in Prophetis. Daniel. 2. Deus transfert regna & con-
 sumit, id est, efficit vt floreat, durent. Id enim vocat stare. Psal. 126.
 Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.
 Custos est Deus ciuilem statum, ergo eum approbat. Psal. 143. Qui das
 salutem regibus. Hæc verba adiunari gubernatores à Deo testantur.
 Prouerb. 8. Per me reges regnant. Prouerb. 16. Libra & pondus iudi-
 cia Domini sunt. 2. Paralip. 19. Non hominis exercetis iudicium, sed
 Domini. Iesaiæ 1. Quarite iudicium, subuenite oppresso, defendite
 viduam. **P R A E C I P I T** Deus politica officia cuiq; pro sua vo-
 catione. Non dubium est igitur, approbari ab eo politicum ordinem.
 Et in hanc sententiam multa dicta apud Prophetas reperiuntur, quæ
 nominatim politica officia præcipiunt. Lucæ 3. Baptista publicanis
 & militibus concionatur, ac tradit egregia præcepta politica. Fun-
 ctionem igitur approbat, cum doceat recte administrare. Ne plus
 quam constitutum est poscite. Respublica sine tributis necessarios
 sumtus sustinere non potest. Vult igitur pendere tributa, sed non vult
 supra legitima tributa, immoderatas expilationes fieri: Neminem
 t 3 concusse-

concusseritis, neque calumniemini. Exerceri vult iudicia, sed sine concussionibus, & calumnia. Et postremo addit: Contenti estote aspectibus vestris. Hæc tota concio politicum statum, iudicia, militiam approbat. Et discernit ab ipso ordine vitia, seu confusiones, quas humana malicia admisit. Et inutilis, ieiuna & insulsa cauillatio Anabaptistarum explodenda est, qui dicunt, Baptistam hæc imperfectis permisisse, Christum postea docuisse aliter, Non pugnant Baptista & Christi conciones. Nec putemus Baptistæ leuem auctoritatem esse. Magna eius vocatio & functio est, vt Christus ipse testatur, & Deus in Baptistismo Christi illustri testimonio eius vocationem & doctrinam confirmat. Sed furentes Anabaptistæ non attendunt quid dicant, cum de Baptistæ ministerio contumeliose loquuntur. Psal. 81. Ego dixi, Di estis, id est, diuinum officium sustinentes defensionem iustitiæ & pacis, quæ sunt bona diuina, propter quæ titulum sum Deus impertit magistratibus, quia vult eos hæc bona secum impertire populis. Officium igitur approbat, cum vocat diuinum. Psal. 101. In conueniendo populos in vnum, & reges, vt seruiant Domino. Et Iesa. 49. Reges erunt nutrices tui, & reginæ nutrices. Hæc dicta & multa similia testantur, reges & magistratus aliquos esse membra Ecclesiæ Dei, & Deo placere. Approbat igitur Deus imperia & politicum ordinem.

His confirmati testimonijs, constantissime damnant furores Anabaptistarum, qui contendunt Christiano non concessum esse gerere magistratus, inprobant iudicia, leges, militiam, & cetera politica munera, quasi hæc res sint suo genere peccata, & pugnent cum Euangelio. Magnæ mihi cum multis contentiones de hac controuersia fuerunt, cum Carolo studio, Pelargo, Struthio, & alijs, & multi agnitis fontibus huius disputationis, quos iam recitauimus, in viam redierunt, abiectis Anabaptistarum delirijs.

Porro ad illa dicta quæ recitauimus, adiungantur exempla, quæ sunt valde multa, hominum, qui Deum vere inuocauerunt, qui maxima regna gubernauerunt, alij alijs ætatibus, quia Deus vult subinde per aliquos suos cultores iuuari politias, tum vt in eorum inuocatione lucret confessio, & vera doctrina largius propagaretur, tum vt Ecclesia haberet aliqua hospitia. Non dubium est primos patres in suo cœtu, Adam, Henoch, Noë, fuisse etiam politicos gubernatores, sicut traditur Noë lex de puniendis homicidis. Deinde Melchisedeck expresse rex appellatur. Abraham etiam hospes fuit in alienis imperijs, tamen & reges aliquos Ecclesiæ adiunxit, & reus ipse politico imperio suam familiam, & præliatus est. Postea Ioseph non modo rexit, sed etiam nouis legibus regnum Aegyptium commisit. Nec dubium est formam regni Aegyptiaci institutam à Iosepho donec floruit, antecessisse omnium regnorum ordini, quæcumque fuerint politica

hea toto orbe terrarū, in Caldæa, Ionia, Græcia, Romæ. VALDE
 erant, qui Soloni aut Augusto maiorem tribuunt politicam sapien-
 tiam, quam his viris, qui diuina luce regebantur, & Deum vere inuo-
 cabant, Ioseph, Danieli, Esdræ, & similibus. Nec solus Ioseph inter
 principes Aegyptios Deum recte inuocabat, sed eius gubernatio re-
 gna sua ætate regnantem, & multos qui vna Reipublicam regebant,
 ad agnitionem veri Dei pertraxit. Postea Moysen & multos gubernan-
 tes in populo Israël Deo placuisse, nihil dubium est. QVO D VERO
 sancti Anabaptistæ dicunt, propter imperfectionem populo Israël
 concessum esse domicilium & politica officia: responsio plena est in-
 satisfactis. Singulare Dei beneficiū fuit, quod certam sedem Ecclesiæ
 tradidit ac defendit annos amplius mille quadringentos. Voluit enim
 Deus certum esse locum, in quo testimonia promissionum diuinatum
 referrentur, & in quo Christus nasceretur, sicut supra de veteri Testa-
 mento copiosus dictum est. Cum autem in populo Israël legem & po-
 liticum ordinem approbavit, & sæpe testatus est, se officia illa postula-
 re, vt in eis invocatio recitaretur, luceat confessio, & dilectio erga
 Ecclesiam exerceatur, significauit se etiam apud alias gentes legem
 & politicum ordinem approbare, vt exempla ostendunt. Nam Ioseph,
 Daniel, & alij multi gubernarunt politias inter Ethnicos. Historias
 agunt in regnis ceteris extra Israëliticum consideremus. Daniel pro-
 uinciam Ethnicam regit, & suo ministerio regum præstantissimos fle-
 xit ad agnitionem veri Dei, videlicet euerforem, Ierosolymæ Nabu-
 chodonosor, & eius filium Darium Medum, Cyrum Persam, & multos
 principes. Ideo Deus populum Israël in Monarchijs alias alibi dis-
 perse, vt doctrina vera de Deo latius propagaretur. In historijs Euan-
 gelicis mentio fit Centurionum aliquot, qui Euangelio crediderunt.
 Imo in totam Cornelij militis Romani familiam Spiritus sanctus in-
 genti miraculo, perinde vt in Apostolos effusus est. CVM igitur
 non extant certa & illustra testimonia & exempla, que ostendunt Deo
 placere politicum ordinem, imo officia ordinis politici, in ijs qui De-
 um recte inuocant, esse pia opera, & præcipuos cultus Dei: discamus
 veterari res politicas, imperia, Magistratus, leges, iudicia, distinctio-
 nes dominiorū, contractus, tanquā dona Dei, & omnia ciuili vita op-
 portet referamus ad hos fines, vt Deo in his ordinationibus obediamus,
 & vt inuocatio & confessio nostra in hac societate luceat, &
 vt exerceamus dilectionem mutuam.

RECITAVI exempla gubernatorum, qui Deo placuerunt,
 vt Ioseph, Daniel, Nahaman Syrum & similes. Hos cum con-
 sultet à Deo adiutos esse, gubernationem esse opus & beneficium
 Dei manifestum est. Addam autem & de Heroicis viris apud Ethni-
 cos, qui fuerunt sine agnitione vera Dei, & tamen ne genus huma-
 num

num profus interiret, à Deo ardentibus motibus ad virtutem excitati sunt, & in rebus gerendis adiuti, ut Alexander, Scipio, Augustus. Mirandi euentus in rebus gestis talium uirorum mouerunt omnes prudentes, ut faterentur eos habere impetus meliores & feliciores, quam reliquorum hominum multitudinem. Ideo Cicero inquit, nullum fuisse virum magnum sine afflatu diuino.

CYRVS ad constituenda imperia, aut instauranda, & ad politias ac artes instituendas, Deus inserat singulares motus talibus ducibus qui artificiosius, manifestum testimonium ostendit presentiae suae in politijs, sicut Prato quarto de legibus inquit: Quemadmodum boues non a bobus, sed capra à capris reguntur, sed à præstantiore natura, uidelicet ad hominibus, sic natura humana infirmior est, quam ut seipsam regere possit.

QVARE Deus præfecit ciuitatibus non homines, sed præstantius ac diuinius quoddam genus, heroes uidelicet, qui cum habeant ipsi prosperos successus, nobis quoque imperia eorum parant & facilia sunt. Hi ita curant nos, ut pacem, pudorem, libertatem conferuent, & addit: Verum est dictum, ubi non Deus, sed mortalis aliquis dominatur, ibi malorum & ærumnarum nullum esse effugium. Sapientissime hæc & verissime à Platone dicta sunt. Et hæc eius verba intimis sensibus infigamus: λέγει δὲ ἡ φύσις τῶν οὐρανῶν ὅτι ἀληθεία γινώσκονται, ὡς ὅσων ἂν πόλεων μὴ δεῖται, ἀλλὰ τῶν ἀρχῶν ἑπιπέτοις, οὐκ ἐστὶ κακῶν αὐτοῖς, οὐδὲ πόνων ἀναστροφῶν. Exempla suppeditant historiæ omnium ætatum. Placidum fuit imperium orbis terrarum regnante Augusto, qui deus totius orbis imperium restituit pacem, iudicia, leges, disciplinam, ideoque Augustum adiuuuit. Sub Valentiniano, Augustulo & similibus, subinde nonne diuinationes exortæ sunt, & miseriæ sine modo cumulatæ.

POESTREMO testimonium est presentiae Dei in imperijs etiam hæc experientia, quod manifestum est, diuinitus atrocia scelera manifestis corporalibus supplicijs puniri: periuri, latrones, tyranni, inuesti, perique omnes hærent tandem in poenis. Differunt interdum poenæ, sed tamen plerumque tandem opprimunt fontes, & paucissimi placidum exitus habent. Exempla tyrannorum interfectorum adeo crebra leguntur, ut scriptum sit:

Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt reges & sicca morte tyranni.

DE homicidis quotidiana exempla sunt in conspectu. Erant cum aliquandiu occulati sunt, proferuntur tamen in lucem mirabili modo, & quanquam initio polluti iniusta cæde effugerunt manus magistratuum, tamen postea ad poenam retrahuntur. Comitantur & in castros poenæ, ut OEDIPUM, AEGISTHUM, HERODEM, & alios. De his præter

is loquitur Christus : Qui gladium acceperit, scilicet non datum
 gibus, gladio peribit. Iesaiæ 33. Væ qui prædatis, nam vicissim
 abieris. Iob 9. Verebar omnia opera mea, sciens te non parere
 loquenti. Et Ecclesiastes ait cap. 8. Impius non potest evadere in
 90, id est, bellis & alijs cladibus punit Deus atrociam scelera. Sic
 iustitiam Deus in mundo tuetur, vt regulariter puniat in hac
 eos, qui civilem iustitiam violant, sicut regulariter hyems frigi-
 est, & æstas calida. Quamquam igitur, vt in tempestatibus, inter-
 aliquid extra regulam Deus facit, & arcano consilio differt pœ-
 & præmia, tamen regulam meminimus, & metu iræ Dei coër-
 temerarios impetus.

DVÆ sunt autem causæ, pro-
 pter quas regulariter in hac vita pœnæ comitantur atrociam scelera.
 Præter, quia Deus iustus iudex vult conspici iram suam adversus pec-
 catis, & nos de sua voluntate commonefacit. Altera est, ut custodiat
 societatem civilem, quæ prorsus dissiparetur, nisi ab ipso latrocinia,
 & alij furores compescerentur. Quare etiamsi Tiberius
 placide moritur, tamen propter vnum atq; alterum exemplum, regu-
 non contemnatur, quæ supplicia & cruciatu in hac vita minatur
 & alijs qui polluti sunt atrocibus sceleribus. Ruunt postea
 in pœnas, Caligula, Claudius, Nero, Domitianus, Commodus, & alij
 innumerabiles. Non frustra maledictiones in lege Dei propositæ sunt,
 quæ non esse irritas, vniuersa mundi historia testatur. Nam & publi-
 ingentibus bellis & dissipationibus totæ gentes propter multo-
 rum scelera delentur, & priuatim quotidie excruciantur multi magnis
 & doloribus. Horum malorum causâ quæ sint, conscientias
 nostras interrogemus. Ac commonefacit nos Iesaias tristissima con-
 ditione, & dicto valde memorabili causam nobis quasi digito monstrat
 cap. 64. Et iniquitates nostræ quasi venti dissipauerunt nos.

HÆC vniuersalis experientia etiam Ethnicos mouit, ut Dei
 iudicium & iudicium agnoscerent. Et Isocrates in oratione de
 pœna grauisimam sententiam opponit Epicureorum furori, qui pro-
 pter pauca exempla, regulam contemnunt, ac sperant se impunitatem
 habituros esse. Etsi, inquit, non semper plectuntur scelera,
 tamen plerumq; dant pœnas. Cum autem futurum semper sit incer-
 tum, prædictis est amplecti illud potius, quod sæpius conducit. Et cum
 intelligas iustitiam Deo magis placere, stultissimum fuerit existima-
 re in deteriore fortuna iustos futuros esse, quam iniustos. Cum igitur
 experientia perpetua testetur atrociam scelera puniri, agnoscamus Deum
 iudicem & vindicem esse, & eum timeamus, & fateamur politias
 ab ipso defendi, retineri & mutari.

HACTENVS & dicta &
 argumenta recitavi, quæ ostendunt, politicum ordinem rem bonam
 esse, & Deo placentem. Ad hæc adijciendum est & hoc argumentum.

Cum toties præcipiat Deus preces pro Magistratu fieri, ut gubernatio maneat inconcussa, & stabilietur, necesse est eam rem bonam esse, & Deo placentem, nec esse peccatum. Non est enim petendum ut peccata stabiliantur.

EXTANT autem præcepta de hac prece. Ierem. 29. Orate pro regno Babylonicis, qui in pace illius, & vobis pax erit. Iubet fieri preces pro imperio, quod tunc erat Ecclesie hospitium. Et propter has preces non modo exilij & seruitutis arumna mitigata sunt, sed etiam regum peccata Deus ad veram doctrinam agnitionem flexit. Et pro rege Abimelech precatur Abraham. Et Iacob benedicit regi Aegypto, qui a Ioseph accepit doctrinam de vera Dei inuocatione. Et i. Timoth. 2. Preceptum traditur plenum eruditionis: Hortor ut petitiones & gratiarum actiones fiant pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui præfunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, cum una pietate & honestate. Simul & de prece præcipit, & docet quid debeat esse gubernatio, & ad quos præcipuos fines referenda sunt consilia gubernatoris. Et petere nos debemus, ut Deus pacem omnibus ciuitatibus donet, & regat disciplinam, & boni Principes hæc efficiere debent. Primum ut domi pax sit, & tranquillitas, aut externos hostes, quantum possunt, & domi prohibeant latrocinia & seditiones. Nec finis sit pacis, ut in otio possint ciues quærens voluptates, & indulgere luxui. Sed pacis vltiores fines sunt, ut promulgari vera religionis doctrina possit, ut tegantur scholæ, & imbecillitas erudiri possit, nec profus dissipetur Ecclesia, aut deleatur disciplina Ecclesie. Deinde, ut mores regantur honesta disciplina.

Sic David gerens bella, sciebat se tantos labores suscipere sustinere, non sua causa, ut postea otioso & securo animo frueretur voluptatibus, sed ut depulsis hostibus seruarietur Ecclesia Dei, & domi interim procreari soboles, & recte erudiri de Deo, & ad honestos mores institui possent, ut in scholis adolescentia, & populus ad petitiones tuto conuenire posset. Denique doctrina, de vero Deo, & de mensura, inuocatio vera Dei deleatur. Hos fines inuocant quoties educebat exercitum, quoties instruebat aciem, quoties in sterilem exercitum impetum faciebat. Hi fines ignoti erant Alexanderi, Scipioni, C. Casari. Sed tamen norant ideo defendendam patriam, ut honesta disciplina homines in pace regerentur, nec profus interiret humanum genus, aut mores fierent feri & barbari. didit igitur Paulus, precandum esse, non solum ut pax sit, sed etiam in pace viuamus pie & honeste, id est, ut doctrina vera de Deo promulgetur, & Deus recte inuocetur, & sint honesti mores. Ita pauca verbis optimam politicam formam Paulus delineauit.

Quæ autem igitur satis ostensum est, politicum ordinem esse rem bonam

& Deo placentem, adijciam aliquot regulas viles ad pacem, & reverentiam in bonis mentibus erga Magistratus, & unum ordinem civilis societatis, quæ certe digna est bonis ingenijs, non refertur ad gloriam Dei, cultus est gratus Deo. **P R I M A**

Euangelium sicut nec abolet nec improbat Arithmeticam aut Mathematicam, aut Medicam artem, sic non abolet nec improbat Economicum & Politicum ordinem. Imo iubet agnoscere, has res dona Dei, quibus hæc vita corporalis non potest carere. Cum autem velit Deus non deleri genus humanum, sed in hac vita colligi Ecclesiam suam, servat his rebus, cibo, potu, coniugio, politico ordine, artibus, vt agricultura, architectonica, medicina, vitam corporalem.

V T autem cibus, potus, agricultura, architectonica, medicina, non pugnant cum Euangelio, quod concionatur de reconciliatione Dei, & novam & perpetuam lucem in mentibus accendit: hæc non pugnat cum Euangelio gubernatio politica. Sed qui ignorant veram Euangelij doctrinam de iusticia interiore, de fide & vera invocatione Dei, hi facile hallucinantur in hac disputatione, & sibi imaginantur Euangelium esse novam & barbaricam politiam. Vt hypocritæ magnis laudibus vehunt solitudinem, & Monasticos ritus, et potius illud Epicureum otium, quo fruuntur illi, qui nec committunt labores, qui sunt in gubernatione magni & varij, sustinent, nec timeant pericula & procellas, quibus sæpe gubernatores horribiliter affliguntur, vt experti sunt Moyses, Aaron, Samuel, David, Ieremias, & exempla multa quotidiana vita monstrat.

N E C aduersantur hæc primæ regulæ prohibitiones vindictæ, quæ passim sparæ sunt in Euangelio. Grauißimâ hæc doctrinam, & salutarem ipsi imperijs continent. Deus ordinem instituit, vt vindicta per magistratus exerccatur. Veigitur in cæteris præceptis nos vult ordini diuino parere, prohibet vagari libidines: sic prohibet vagari iracundiam, vult nos in cæteris maiorum ordini diuino obtemperare, ac petere, vt Magistratus suum officium faciat, defendat innocentes, & coercet ac peccata petulantés. Si facit, gratias agamus & Deo & Magistratui, & gratiam honeste regi disciplinam, & ciuitates esse tranquilliores: si non facit, non conturbent ordinem diuinum priuati, non moueant seditiones, reprimant iracundiam & dolorem suum, sequæ hac consolatione sustentent, quod sciunt Ecclesiam certis de causis subiacentem esse cruci, & tamen Deo placere, imo tolerantiam iniuriarum & seuitiæ alienæ sacrificium esse Deo gratum.

D Ictum est igitur supra duplicem esse vindictam, Altera est ordinata, & est publica, quæ fit per Magistratus certo ordine, certis legibus. Hanc nequaquam prohibet Euangelium seu lex Dei, imo vt totum dicitur est, diuinitus instituta & approbata est, & iuuatur à Deo.

Deo. Hæc vindicta est pars politici ordinis, seu functionum Magistratus, sicut Paulus discrete Magistratum vocat vindictam. Vindicta Magistratum approbati in Euangelio nihil dubium est, ita hæc vindictam quam exercet iuxta leges, approbati manifestum est.

Hæc congruunt cum hoc dicto, Mihi vindictam, & ego retribuam. Deus iustus iudex irascitur peccato, & aut sine humana ope punit, ut cum delet Sodomam, aut Aegyptios in mari rubro, aut ad supplicia ordinaria, quæ commendauit Magistratibus, fontes reuertit, ut cum latrones seueritate Magistratum tolluntur, cum Cytus per libidines, Augustus Antonium pollutum varijs libidinis & mouentem bellum sine iusta causa. Hæc vindictæ & similes uere continent ad hoc dictum: Mihi vindictam & ego retribuam, Quod sine intelligi potest à sanis, qui mentem & dexteritatem in iudicando habent.

ALTERA vindicta est aberrans ab ordine diuino, quam docendi causa priuatam uoco, cum scilicet incensum iratum aut odio, nostro furore, non iubentibus legibus arma capimus, & illi nostro seruiamus, non ordinationi Dei in alijs tollendis, ut hinc suo dolori Ioab, interficiens Abner. ET SI autem ingenium incendium animi & magnus furor, cupiditas vindictæ, tamen parua sunt intenti, ut agnoscant suum hoc vulnus, sed plerunq; speciosa qua iuris prætextatur, quam amplexi homines, mouent iniuria & perniciosa certamina sibi & reipub. ut Saul cum tantum amulatione liuore moueretur, finxit prætextus, quæritur Dauidem esse sceleratum, & alens hunc furorem tollere amicum benemeritum conatur. Ita Pompeius amulatione ardens, delere Iulium conatur.

VIRGARIUS est pestis, & late grassatur in omnibus gentibus, ciuitatibus & familijs. Ideo pij sint intenti, videant ne indulgeant huic Virgari & norum malum est amor aberrans à lege Dei & turbatione ingenium malorum causa est, ut propter amorem Paris exierit Troia, & Græci magnas clades acceperunt. At iracundia, & cupiditas, vndecunq; orientur, alias enim alij sunt fontes, expostulant ingentia bella, & perniciosos tumultus priuatim & publice, historia Cain, Saul, Pompeij, Arrij, & aliorum multorum ostendit.

CONSIDERATA igitur magnitudine huius pestis, videtur priuata vindictæ iuentis contra ordinem diuinum, prudentes inueniunt quam necessarium & salutare præceptum sit Christi, testes se re concionantis de coercendo hoc impetu. Ipse enim vere intebat, in Ecclesia, & in vniuersa hominum societate horrendas dissolutiones ex hoc fonte oriri. Vidit Pompeius crescere Casarem, cui gloria vritur, quarit igitur occasiones & prætextus ad eum præcedum, & adiungunt se alij similibus cupiditatibus incensi. Vidi quos multos liuore & amulatione motos, conturbasse veras sententias.

trina Ecclesiastica. DENIQUE omnes prudentes no-
tissime uagari hoc malum. Ideo dicta Christi & Apollolo-
gizantissimus incitibus pectoris, & coërceamus vindictæ cu-
lucatem.

CVM igitur Christus vindictam ordinatam, manda-
Magistratibus approbet, & econtra priuatam sauitiam & sedi-
ones prohibeat, res ipsa loquitur, his præceptis Christi optime or-
politico ordinem, & amari Magistratus. Falso igitur calumnia-
Euangelium, Celsus, Iulianus, & alij, qui scripserunt, Euange-
prohibitione vindictæ tollere magistratus, disciplinam, leges,
omnes omnes neruos ciuilibus societatis, ac concedere infinitam licen-
tam omnium scelerum. Huic calumnia nimis frigide respondent
Origenes & Nazianzenus, qui fingunt concessum esse vindicare, sed
perfectiorem virtutem esse, non vindicare. Has ineptias supra refuta-
ui, ubi de præceptis & consilijs dictum est. Et quomodo calumnia
Celsi & Iuliani respondendum sit, ex hac nostra distinctione satis con-
dit, prohiberi priuatam vindictam, & econtra confirmari Magistra-
tus & imperia. Hæc sententia, uera, pia, salutaris est priuatim & pu-
lice. MVNIYTVR ergo & ornantur imperia uoce Euangelij.
Policerrimus est ordo, quem in uita priuata & in imperijs instituit De-
de omni genere actionum, sed humanæ mentes sæpe occupatæ ab-
satis opinionibus, hypocrisis, prauis exemplis, deniq; fascinatæ à
Diabolo, ordinem illum diuinum aspicere nolunt. Ita multos uidi-
Anabaptistas, qui in hac quæstione mira pertinacia suos furores
licendebant, cum satis clare refutarentur. Nulla est enim obscuritas
in hac causa, modo ut afferat auditor mentem docilem. Dissertui au-
tem prolixius, ut iuuenes commonesciam, ut assuefaciant mentes ad
amandum politicum ordinem, & admoniti agnoscant in eo lucere sa-
pientiam, iusticiam, & bonitatem Dei erga genus humanum. Viti-
am est iuuenibus, ostentare ingeniorum acumen in legum & morum
qualium reprehensione: sed illam Cynicam sapientiam & petulan-
tam sciamus fugiendam & detestandam esse.

OBVICITYR & hoc, quod sæpe imperia rapiant, & teneant
improbi, quod multum sit uitiorum & confusionum in imperijs. Ex
hæc parte argumentatur fanatici spiritus, imperia in uniuersum res
malas & à Deo damnatas esse. RESPONDEAS autem, non
est ueram & firmam ratiocinationem à dicto secundum quid ad di-
ctum simpliciter. In generatione accedunt multæ uitiosæ cupiditates:
Ergo generatio in uniuersum à Deo damnata est. Supra monui, ordi-
nem politicum discernendum esse à confusionibus, quæ aliunde ad-
miserentur, partim à Diabolo, partim ab hominum malicia, partim à
communium infirmitate hominum, ut sit in alijs uitæ generibus ac gu-
nerationibus, à Deo ordinatis.

NEMO

Nemo dubitat Ecclesiasticam gubernationem à Deo institutam esse, at quantum accedit confusionum aliunde? Et tamen hoc Evangelij est efficax, & Deo aeternam Ecclesiam colligit, & quærenda ac veneranda est. Adde exemplum Coniugij & procreationis. Omnes sani fatentur, Coniugium à Deo institutum esse, eique placere, ac inuari ab eo procreationem, vt scriptum est: In ipso sumus, vitamus, & mouemur. At quam multi sunt crudeles mariti, patres negligentes liberorum & ἄσοφοι, non curantes instituti liberos ad agnitionem Dei vitia quæ aliunde accedunt, à coniugij ordine & à procreatione discernantur. Fugiamus Manichæos & Anabaptisticos furores, ac diffimus Deo tribuere res ab ipso vere conditas & ordinatas, quæ magis gratiores, cum vitia segregantur, quæ non à Deo, sed à Diabolo hominum malicia, vel infirmitate oriuntur. Et de his tenenda sunt consolationes à Deo traditæ, vt nunc certe pios oppressos, vel ticiaca tyrannide, vel alijs in perijs discedentibus à legitima moderatone, commonefacere necesse est, quæ miseris, quomodo feruata sint, & quæ mandata detrectanda. Ac præcipue nunc tempora pulcherrime moneri bonas mentes, vt agnoscant in hac senecta mundi, imperia multo plus habitura esse confusionum, quam initio habuerunt, vt statua apud Danielem significat, in qua primum imperium est æreum: Secundum a genteum: Tertium æneum: Quartum ferreum. Partem partim ferrea est, partim testacea. Erit igitur languidior virtus, & experientia Platonem mouit, vt diceret certam esse periodum cuiusque ciuitatis, & cuiusque regni, qua circumacta, ait naturam non progredi ulterius, vt cum planus numerus sit solidus, ventum est ad cubitum, nec sequuntur cubici, vt cum positus 6. sit solidus 18. non sequuntur cubici: Et quidem hunc sermonem attribuit Plato Multis, quæ causam esse mutationis regnorum præcipuam, non hominum scelera, sed æreum & fatalem naturæ ordinem, varie miscentem moderatam existimat. Sed doctrina cœlestis sæpe clamitat, ruinas imperiorum accessu humanis furoribus, ac atrocium flagitiorum pœnas esse, vt scriptum est Eccles. 10. Regnum à gente ad gentem transfertur, propter hominum iniusticiam & dolos. Hæc ad obiectionem quam homo sui, breuiter respondi, vt admoniti pij, discernant ordinem à Deo institutum, à confusionibus, quæ aliunde accedunt, & discant sapienter ferre seruitutem, quæ pœna est, velut carcer homanorum delictorum.

SECVNDA regula. Et concessum est Christianis in æconomica & politica opera, & necesse est eos iuxta vocationem in illis officijs seruire ciuili vitæ. Et cum pij præstant ea, vt Deo obediunt, placent illa Deo, & sunt cultus Dei, & continentur multas magnas virtutes. Recte igitur & pie facit Christianus, cum iuxta vocationem magistratus gerit, exercet iudicia, &

accusat nocentem in foro, dicit causam, legitimo supplicio afflicte condemnatos. Hæc intelligere magistratus & iudices, qui non contemnunt, necesse est.

Ac primum de negligentia testimonia perspicua sunt, quod videlicet necesse sit civis, cum eos qui vere credunt Evangelio, facere politica officia iuxta rationem. Roman. 13. Necesse est obedire non solum propter timorem, sed etiam propter conscientiam. Lucæ 3. Neminem concutiatis, neque calumniemini, & contenti estote stipendijs vestris. Iesaiæ. Querite iudicium, iudicate pupillo, defendite viduam. Ac obserua familia dicta studiosus lector in alijs locis, sæpe enim hæc præcepta repetuntur.

Quod autem sint cultus Dei, sæpe monent Prophetæ. Taxant enim superstitionem, quæ iudicat solas ceremonias esse cultus Dei, & negligentiam parit in officijs civilibus. Iuxta Monachi vitam œconomicam & politicam vix Deo placere posse putabant. Anteferunt ergo Prophetæ ceremonijs officia politica, & his affirmant promitti præmia. Iesai. 1. Holocausta vestra nolite, querite iudicium, iudicate pupillo, &c. Iesai. 58. Frange esurienti panem. Mich. 6. Nunquid placari potest Dominus millibus arietum? Iudicabo tibi homo, quid sit bonum, facere iudicium, diligere misericordiam, & in timore ambulare coram Deo tuo. Zacha. 7. Nonne cum comedistis & bibistis, vobis comedistis, &c. Hæc dicit Dominus: Iudicium verum iudicate, viduam, pupillum, aduenam & pauperem nolite calumniari, &c.

Decus horum operum ita magis intelligetur, cum ipse ordo politicus & causæ ordinis considerentur. Deus condidit genus humanum ad societatem, & huius societatis vincula esse voluit generationem, educationem, gubernationem, contractus, artes. Nec solus vir gignit, nec sola mulier, nec gentia soboles sine aliena ope vitam retinet. Colligata est ergo hominum natura æternis vinculis. Sed ad quem finem præcipuum? Ad hunc, vt ad generationem & educationem opus est societate, ita opus est ad docendum. Vult Deus agnosci & celebrari, vt igitur alij alios de Deo, & de alijs rebus bonis doceant, conditi sunt homines ad societatem, cuius vincula sunt, magistratus, leges, politica officia.

Primum ergo in his officijs obedientia nostra erga Deum declaranda est. **S**ecundo, luceat in societate consensus nostra. Ideo enim præcipue ad societatem conditi sumus, vt late propagetur notitia Dei & filij eius Domini nostri Iesu Christi. Ostende quid sentias de Deo, ac testaris te propter iudicium Dei vera profiteri, & iusta facere. **T**ertio, cum plena sint ærumbarum & periculorum ingentium œconomicæ & politicæ: ferreus est ipsi generationis & educationis pericula non considerat. Deinde tanta moles est curarum in curia, in castris? In his miserij & periculis

culis luceant fides & inuocatio. Ideo enim his difficultatibus onerata est infirma hominum natura, ut admoniti de fide & inuocatione, late spatgamus Dei noticiam. Fiunt ergo cultus Dei, labores economici & politici, & quia ad hunc finem referuntur, ut Deo præbentur obædientia, & quia his ipsis laboribus miseri oportet inuocationem Dei. Sicut Dauid præliaturus, & Salomon regnum suum inuocans, Deum inuocant, & in Psalmo dicitur: Illi in curribus & in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

QUARTO, exercentur in his laboribus, dilectio erga proximum, tolerantia, & pietas in retinenda possessione doctrinæ de Deo. Miferentur igitur multæ virtutes laboribus economicis & politicis, propter quas fiunt sacrificia, seu cultus Dei, id est, opera quibus Deum inuocant se honore affici.

QUID AGIT DAVID PRÆLIANS? PRIMVM, agnoscit se obædientiam Deo in hac ratione debere, hoc est, in hoc gradu politico, in quem collocatus est.

SECUNDO, proficitur se ciuem esse populi Israël, & inuocare Deum æternum, qui se patefecit, & verbum suum Israëlitis tradidit certis testimonijs.

TERTIO, in periculis fidem suam exerceat, & Deum inuocat. QUARTO, seruit hoc labore suis ciuibus, imo dimicat pro illis parietibus, intra quos sedent pueri & postulescentes lectionem Prophetarum, ut conseruetur & propagetur doctrina celestis. Interim quam multæ aliæ virtutes accedunt, iusticia, tolerantia, mansuetudo, & aliæ virtutes gubernatori necessariæ.

QUINTO, ad has virtutes, quas recensui, accedit in his laboribus aliud ingens bonum, scilicet testimonium præsentis Dei, quæ timor & fides confirmantur; Videmus puniri latrones & tyrannos, experimur Deum custodire politia, quæ sunt hospitia Ecclesiarum, expugnentur Iesaias & Ezechias exaudiri suas preces pro politia quam gubernabant. Et Dauid testatur adesse Dnum gubernantibus, inquit: Benedictus Deus qui docuit manus meas ad bellum. Item, Quid saltem regibus.

HÆ CAUSÆ & hi fines laborum economicorum & politicorum sæpe cogitandi sunt pijs, & faciendæ collationes politica vitæ & monastica: item, pij gubernatoris & impij.

CAUSSA mandans obædientiam in munere politico est Deus. Hic fit mentio causæ efficientis. Causa finalis, ut luceat confessio societatis. *σωτηριον*, fides petens gubernationem in laboribus & periculis. Causæ finales vteriores, ut seruiatur proximo: Item, defendatur possessio doctrinæ celestis. Effectus, testimonia præsentis Dei, quæ timorem & fidem augent. Harum causarum & effectuum cogitatio ornat uitam politicam, & pios consolatur in hac magnitudine laborum, & accendit timorem Dei & fidem in mentibus.

IAM confer Dauidem & Eremitam. Eremita tanquam ex

in ordine politico, nec præstat Deo obædientiam, quam com-
muni societati debet. Fugit autem ideo in solitudinem, ut labores,
iniqua, incertos exitus negotiorum, iniurias, ingritudines, deni-
que molem curarum & dolorum vitet. Simul igitur fugit fidei, in-
ocationis & confessionis exercitia, nec seruit proximis, non docet,
ne confert operam ad recinendam possessionem doctrinæ: Qualis
nempe esset uita, quomodo excolerentur aut propagarentur artes,
nullis esset generatio, quæ defensio puerperarum, & infantum, si om-
ni boni uellent esse Eremitæ? Reijciamus ergo uitæ genus, quod
obedienciam Deo debitam in communi societate iuuanda & ruenda
negligit.

Hic etiam militem piûm & profanum confer. Cum
Cællus calumniaretur Euangelium de prohibitione vindictæ, ac dice-
ret militiam prohiberi, respondit Origenes: Christianam militiam
esse pro imperij Deum precari. Etsi de parte officiorum nostrorum
dicit Origenes respondit, tamen non satis dixit. Virumque erat com-
pescendum, & dimicat in acie Christianus iuxta uocationem, & ar-
ma inuocatione Dei adiuuat, ut Dauid inuafurus Goliath, insruit sa-
pientibus & funda. Antecellit igitur Christianus miles profano. Præ-
terea fines differuat. Dauid præliatur, ut defendat cælestem doctri-
nam: Iulius præliatur, ut suam dignitatem defendat. Sic an-
tecellit gubernator Iesaias Ciceroni: Cicero ad gubernationem tan-
tum sua consilia seu prudentiam suam, & diligentiam affert. Iesaias
vero, & preces & prudentiam, & sæpe clamitat, ut scribitur 2. Paral.
10. Cum ignoramus quid faciendum sit, oculos nostros ad te attolli-
mus. Hæc de secunda regula breuiter dixi, quæ pij lectores diligenter
pendant, ut discant uitæ politicæ dignitatem intelligere, & conside-
re, quid intersit inter politicum uirum piûm & profanum.

TERTIA regula. Euangelium non præcipit, ut nostræ politicæ
regantur legibus forensibus Moysi, nec nouam aliquam corporalem
politicam constituit, sed iubet nos præsentibus magistratibus ac legi-
bus obedire, quæ tamen non pugnant cum legibus naturæ, &
præcipit, ut præsentibus politicis tueri & ornare studeamus. Sic enim in-
quit diserte Paulus: Omnis anima potestati quæ præest, hoc est, præ-
senti potestati obediat. Hanc regulam ideo recensui, quia memini
multos, Monetarium, Struthium, & alios, qui contendebant Christia-
nos oportere controuersias forenses iudicare ex legibus Mosaicis,
& abolendum esse ius Romanum, quo nunc in foro utimur: Hoc quid
erat aliud, quam restituere politicam Mosaicam, quam ut Deus osten-
deret non oportere perpetuam esse, funditus & horribili exemplo de-
leuit. Sæpe iam dictum est, Euangelium concionari de iustitia spiri-
tuali & æterna, ut Paulus inquit: Euangelium est ministerium spiri-
tus, nec constituit certam corporalem politicam, sed finit nos uti dic-
t

similibus

similibus politijs gentium, vt dissimilibus dierum spatijs, modo vt leges non pugnent cum iure naturæ, sed approbent honesta facta, & puniant turpia. Nam hanc regulam iudex Christianus sequi debet, quam & Paulus recitat Rom. 13. Magistratus tribuat honorem recte factis, & puniat turpia. Quæ vero sint honesta, quæ turpia in mentibus, dijudicat lex naturæ. Deinde nihil interest Ecclesiæ iuris, quæ sunt iuris positivi, quod leges Gallicæ in pœnis, aut diuisionibus hereditatum, aut successiõibus dissimiles sunt Germanicis. Vnde Christianus in Armenia legibus politicis eius gentis, at in ciuitate Venera vtatur legibus Veneris. Memini qui nolebant villos fures capitali supplicio affici, quia lex Moysi punit furem quadruplo. Etsi grauius fatorem, vt latronem, etiam vetustæ leges capitali supplicio afferebant, & hac ratione quidam legi vsitate nõ imprudenter patrocinantur, quia in his barbaricis gentibus fures plerumq; sunt grauius, & telis & voluntate nocendi armati, vt latrones: tamẽ iudex Christianus & hoc consideret, satis esse, si lex congruat ad hanc regulam, turpia facta puniat. Deinde gradus permittendos esse legum conditionibus, seuerius puniendos esse fures in ijs gentibus, vbi disciplina rixior est, quam alibi vbi fuerunt alia multa disciplina vincula. Hæc Deus improbat seueritatem, quia peccata nostra sine dubio merentur mortem, iudicio Dei. Lex Moysi filium hellionem & contumacem vult ad iudices adduci, & condemnatum interfici. Hæc lex honestissima nunc nimis tristis diceretur, quæ tamen ostendit Deo placere disciplinæ seueritatem. Omitto hic longiorem disputationem, nisi hæc recensui tantum ad commonefaciendos rudiores, ne uocentur clamoribus illorum, qui contendunt rursus in forum leges Moysæ inuendendas esse, & ius Romanum abolendum esse. Et rursus vsitata $\omega\lambda\upsilon\pi\gamma\alpha\mu\sigma\acute{\alpha}\nu$ iuuenilium ingeniorum, vetera in illis mediocria reprehendere, nouas leges ferre, expeditiorem ordinem cognitionum in iudicijs præscribere, regere forum, tanquam ædificari edictis, statuere rerum venalium precia, vt memini Mustelam ad docere de ordine cognitionum. Nec ego nunc diligentiam sapientum gubernatorum reprehendo, sed iuuenilem $\omega\lambda\upsilon\pi\gamma\alpha\mu\sigma\acute{\alpha}\nu$ quam frænare vtile est, præsertim in ijs qui ministerio Euangelij funguntur. Hi proponant doctrinam de vera Dei inuocatione, & de ceteris officijs pietatis. Iudiciorum autem & fori gubernationem, præstant alijs artificibus commendatam esse, & præcepti vsitati meminerint, vt suam quisq; Spartam ornent. Vt apud Aristophanem Con dicitur alterum pedem in curia, alterum in castris habere: ut in inquieti, alterum pedem in curia, alterum in Ecclesia habent, & ut dicitur perinde condunt ciuitatem, vt simia in fabula Hermogenis, quæ

quando capta ab hominibus viderat vrbes, domos hominum con-
 titus theatra spectacula, ludos. Redit igitur ad simias, ac narrat
 ad viderit, hortatur vt hominum imitatione condant domos, qui-
 tegantur contra temptates, & addant mœnia aduersus leones,
 opus, homines. Nec tantum hæc vtilitas proponitur, sed commemo-
 ratur theatra & spectacula. Horum imitatio magnas voluptates pa-
 ratur videbatur. Placet igitur consilium, & dimitunt vetulæ simiæ
 miores ad materiam cædendam, aut saxa conuehenda. Sed hic de-
 prehendunt stulticiam suam simiæ, deerant secures, & ratio nulla erat
 vel cædende materiæ, vel coagmentandi lapides, deniq; ars tota Ar-
 chitectonica deerat, res igitur coëgit eas, id quod stulte instituerant,
 omittere. Tales architectos ciuitatum multos vidimus, Struthium,
 Mithelam & alios. Mem inerint ergo saniores præceptum in hac ter-
 na regula traditum, nec temere de politicis institutis, quæ non con-
 tinent manifestam turpitudinem, contendant.

QVARTARE-
 gula Evangelij doctrina adeo seuerè præcipit de obœdientia, vt affir-
 met peccatum mortale esse, non obœdire mandatis legitimi magistra-
 tus, si tamen non iubeant facere contra mandata Dei. Hæc
 regula expresse traditur Rom. 13. Neesse est obœdire, non solum
 propter iram, sed etiam propter conscientiam. Primum docet esse ne-
 cessarium opus, deinde necessitatem declarat. Non solum propter
 iram inquit, id est, propter pœnam corporalem, qua magistratus affi-
 citur contumaces, sed etiam propter conscientiam necesse est obœdire.

Tellatur ergo contumacia offendi Deum, & conscientiam ream fieri,
 quia Deus hanc obœdientiam flagitat. Hic expendit quantum
 malum sit, conscientiam ream iudicari à Deo, deseri hominem, &
 non regi nec defendi à Deo, sed pœnis in hac vita, & nisi respiciat,
 perpetuæ iræ post hanc vitam obnoxium fieri. Nam regulam hanc
 ferat Deus, vt atrocem contumaciam etiam in hac vita atrocibus
 exemplis puniat, vt ostendunt historiæ Absolon, Semei, Ioab, & aliæ
 innumerabiles. Hic prudens lector conferat Philosophorum politi-
 ca, ad hanc Pauli concionem. Quæ literæ Philosophorum ita munitio-
 nem magistratum, ordinem politicum, & pacem, sicut hæc Pauli con-
 cio? Hæc est murus firmissimus magistratum. Nam bonorum om-
 nium, & mediocrium animi, non terrore aut potentia magistratum,
 sed hac doctrina cœlesti cogi se iudicant, vt reuerenter obœdiant vo-
 ci legum & magistratum, & imperia venerentur.

Ac leges ipsæ imperiorum tantum externa obœdientiam in
 militia & in pace, labores corporum, collationem tributorum, & ius-
 ta officia externa in tota ciuili consuetudine postulant. Sed doctrina
 cœlestis amplius flagitat, iubet honore affici magistratus. Hic gra-
 dus obœdientie summus est, non tantum externa officia tribuere,
 sed

sed etiam honorificam opinionem in mente, & benevolentiam. Nam hæc duo præcipue significant vocabulum Honoris. Honorifica opinio hæc continet, quod totus ordo politicus, imperia & magistratus sint res à Deo institutæ & approbatæ, & defendantur ope diuina, & quod Deus velit humanum genus hæc ciuili forma vitæ regi, & fruari libertatem, & in ipsa gubernatione multa exempla conspici de sceleribus hominum, ut pænæ homicidarum, incestorum, tyrannorum, periurorum, manifeste restantur Deum his sceleribus iustit. Est ergo honorifica opinio, politicum ordinem, imperia, magistratus, leges, iudicia, pœnas, esse opera Dei, in quibus sapientia Dei, iusticia & bonitas erga genus humanum conspiciuntur. Altera pars honoris est, quia hæc res sunt diuinæ, voluntas nostra vltro & certo studio se subiiciat imperijs, propter Deum, & amet has res, & ipsos magistratus, custodes politici ordinis. Hæc est sententia præcipi, quod iubet honorem tribui magistratibus. **S** V P R A autem conuini discernendas esse res & personas. Agnoscebat Paulus & certo iurabat imperiam Romanum singulari Dei consilio & ope constitutum esse, & ipsum ordinem ac leges amabat & uenerabatur, sed Nerone, ut terribilissimam pestem & Diaboli organum, oderat & execrabatur. A rolli cum à Deo petebat, sicut & accidit. Etsi enim prius ab eo Paulus interfectus est, mirabili Dei consilio, permittentis, ut à tali, tanto, turpi, & execrando portento, Apostolus Deo carus, & donis amplissimis ornatus, & per quem magna pars Ecclesiæ collecta erat, recaretur, tamen eodem anno sibi ipsi Nero mortem consciiuit.

C A E T E R V M hic honos præcipuus est, Deum pro politia & magistratibus invocare, quod certe facient ardentè isti, qui recogitant politicum ordinem opus & donum Dei esse, & bonos magistratus à Deo excitari & iuuari, sicut fit. Non enim durabiles essent politia, & artes, nisi subinde à Deo excitarentur instauratores, ut post Manassæ collapsum uere regnum restituit Iosias. Hæc beneficia Dei qui considerant, ueris & ardentibus precibus imperia adiuuant, sicut & Paulus præcipit 1. Timoth. 2. Adhortor vos precari pro regibus, & omnibus qui præsunt, &c. Finis etiam additur, ut uita sit tranquilla, non ut in otio voluptatibus fruamur, sed ut regantur mores disciplina, & doceri Euangelium ac propagari possit, & Ecclesiæ crescant, & nomen Dei & Domini nostri Iesu Christi celebretur. Præcipit Jeremias cap. 29. orari pro regno Babylonico: Quærite pacem ciuitatis, in qua estis, & in exilio, & orate pro ea ad Dominum; quia pace illius erit uobis pax. **A** D D O & hanc regulam, tradita uoce Apostolorum: Oportet Deo magis obædire quam hominibus. Cum igitur mandant homines, seu reges, seu principes, seu potestates, ut faciamus contra mandata Dei, non est obædiendum, sed manentem

dei antefendum est, ut docet historia Danielis tertio. Dixi
 recepta, quæ in Ecclesia de causis & dignitate politici ordinis &
 magistratum sciri necesse est: nunc etiam multa de officijs guberna-
 tuum dicenda essent, sed non est nostri instituti completi totam po-
 liticam doctrinam. Extant libri Philosophorum & Iuriscoisultor-
 um, qui continent officia magistratum. Nos tamen breui regula
 sumam indicabimus. Aristoteles erudite tradidit definitionem ma-
 gistratus paucissimis verbis, quæ tamen euoluta continet amplissi-
 mam doctrinam, ἀρχὴ ἐστὶ φύλαξ νόμου. Cum quæres quæ sint of-
 ficia magistratum, cogita hanc definitionem, & tibi pingito magi-
 stratum, cui de collo pendeant tabulæ duæ legis Moysi. Harum custos
 esse debet politicus gubernator, quod ad externam disciplinam atti-
 net. Nam hæ sunt summæ leges, ex quibus cæteræ honestæ leges om-
 nes, ut necesse est plures esse quæ uitam politicam & forum regant,
 tanquam ex fontibus deriuantur.

Cum igitur magistratus sit
 custos legum, obtemperet eis ipse, & alios obtemperare cogat, & ea-
 rum auctoritatem fortiter defendat. Ideo enim à Deo armatus est gla-
 dio. Ac ut discrimen intelligatur Ecclesiastici gubernatoris, & poli-
 tici, & simul officia conspiciantur, hanc trado definitionem politici
 magistratus: Magistratus est minister Dei, custodiens honestam di-
 sciplinam externam sui cœtus, & pacem, ac coercens ac puniens con-
 tumaces legitimis pœnis corporum. Hic differentia compa-
 rent inter Euangelij doctorem & magistratum. Euangelij doctor pro-
 ponit uerbum Dei, & ministrat Sacramenta, per quæ Deus audientes
 uocat ad uitam æternam, & est in eis efficax. Deinde coercet & punit
 tantum uerbo Dei, scilicet uoce Euangelij, & excommunicatione, sine
 u corporali: At magistratus custos est externæ disciplinæ, & pacis,
 & armatus gladio, coercet & punit contumaces legitimis pœnis cor-
 porum. Cum autem dico, magistratum disciplinæ custodem esse,
 intellige utranq; tabulam Decalogi ei custodiendam esse, id est, Non
 tantum est pacis custos, uelut armentarius, nec tantum ventri, sed pri-
 mum gloriæ Dei seruiat, quod ad externos mores attinet. Ut omnes
 politia sanxerunt pœnas aduersus periuros, multæ etiam apud Ethni-
 cos sanxerunt pœnas aduersus Epicureos seu Atheos, qui palam di-
 ceant, nihil esse Deum, aut nullam esse prouidentiam Dei, Sed nos
 legem Dei sequamur, quæ ait: Fugite idola. Item: Leuit. 24. Qui
 blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur. Deut. 12. Euer-
 te aras idolorum, &c. Deuter. 18. Non sint magi aut incantatores in
 terra.

Hæc præcepta sunt iuris naturæ, & pertinent ad secun-
 dum præceptum: Non usurpabis nomen Dei uane. Nec enim habe-
 bit Dominus hunc infontem, qui nomen Dei uane usurpauerit. Hæc
 sententia omnibus hominibus, imo omnibus creaturis intelligenti-
 bus

bus concionatur. Sui quisque loco prohibere manifestas Dei contumelias debet. Quare & magistratus prohibere & punire debent Episcopos sermones, idolorum honores, periuria, fœdera & monum, profanationem impiorum dogmatum. Id præcipiunt & hæc dicunt: Et reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino deo. Et Prouerb. 27. Aufer impietatem à vultu regis & firmabitur iustitia thronus eius. Et 1. Reg. 2. Glorificantes me glorificabo, & contemnentes me reddam contemtus. Ideo non solum reges pij in sola seculi etiam aliarum gentium reges, postquam didicerunt veram de Deo doctrinam, prohibuerunt contumelias veri Dei, ut Nabuchodonosor & Darius Medus. Ira & Constantinus & Theodosius recte fecerunt, cum deleuerunt idola. Etsi enim magistratus non iudicat nec mutat alicuius opiniones in mente, tamen externa delicta prohibere debet propter gloriam Dei, & ne plures corrumpantur licentia & exemplis.

Quare reges, principes & magistratus etiam hoc tempore inspiciant Ecclesias, & curent eas recte doceri, vt flectantur animi hominum ad veram Dei inuocationem, & ad alia pietatis officia, & prohibeant coli idola, ac doceri & confirmari falsas opiniones prægnantes cum Euangelio, à quocunque genere hominum spargantur. Obtemperemus voci æterni Patris, præcipienti de Domino nobis Iesu Christo. Hunc audite. Amplectamur ergo & illustremus Euangelium Domini nostri Iesu Christi, reiectis Ethnicis, Iudaicis, Turcicis & hæreticis furoribus. Auferant principes ex Ecclesia Ethnicam doctrinam Papæ, Ethnicos ritus inuocationis mortuorum & hæreticos profanationes cœnæ Domini. Id præcipiunt mandata Dei æterna & immutabilia: Non assumes nomen Domini tui vane. Item, Hunc audite. Impertit Deus magistratibus societatem sui nominis hanc ipsam ob causam, ut res dignas, id est, veram Dei noticiam, & inuocantem, iusticiam & pacem tueantur. Quomodo dici possunt vicarij Dei, si Dominum nec agnoscant ipsi, nec ab alijs agnosci curent.

Atque autem longiore disputatione ostendi, pertinere emendationem Ecclesiarum ad magistratus officium, præsertim cessantibus Episcopis, aut aduersantibus Euangelio. Quod enim aliqui dicunt, magistratum profanum non esse iudicem controuersiarum de dogmatibus, vera & explicata responsio est: Ecclesiam esse iudicem, & sequi normam Euangelij in iudicando. Cum autem magistratus pius verus sit membrum Ecclesiæ, iudicet & ipse cum alijs pijs & eruditis iuxta normam quam dixi. Omnibus Ecclesiæ membris dictum est, Caute à pseudopropheta. Item, si quis aliud Euangelium docebit, anathema sit. Quare vt ceteri pij, ita magistratus considerent dogmata, & si quis falsas & impias opiniones se rit aut defendit, hunc iudicent esse anathema, aut compescant. Valde errant principes, si hanc curam

in pertinere ad se arbitrantur. De cæteris officijs magistratum,
 veli, de morum ciuiliũ gubernatione, de pacis defensione, de forenfi
 pratorio munere, de feneritate, de $\epsilon\pi\iota\sigma\tau\alpha\tau\iota\varsigma$, de æconomico seu
 quæstorio munere dicendum est ab alijs artificibus, videlicet à iu-
 risonultis. Euangelium monstrat causas & dignitatem politici or-
 dinis, & in genere docet magistratus, vt obtemperent mandatis Dei,
 ita pariter Deus præcipit regibus, principibus, & populo, pariter
 iudicabit reges, principes & populum, sicut scriptum est: Ite, prædica-
 te Euangelium omni creaturæ. Et Zacha. 10. dicitur: Super pastores
 iratus est furor meus. Et Micheæ 1. Audite principes domus Iacob,
 propter vos Sion quasi ager arabitur. Et Ezech. 34. Propterea pastores
 audite verbum Domini, &c. **TANTVM** unam admonitionem adij-
 ciam. Non licet regibus, principibus, & magistratibus facere contra
 ius diuinum, & contra ius naturæ. Est autem & diuini & naturalis iu-
 ris hoc præceptum. Non furtum facies. Hæc vox discernit dominia,
 & suas cuiusq; possessiones, fundos, & res proprias cingit tanquam
 muras. Haber autem & populus res aliquas proprias iure diuino &
 humano. Ab his arcet principes lex illa, Non furtum facies. Non ex-
 hument reges & principes, licere sibi ex facultatibus subditorum,
 quatenus uolunt rapere, aut nihil esse ciuibus proprium. Deus in le-
 ge sua distinxerat dominia Israelitarum, sanxit libertatem. Quare
 non licuit Achab aut cogere Naborh ad venditionem vineæ, aut ex-
 pellere eum ex possessione. Sed hac lege arcebatur ab alieno, Non
 furtum facies. Et Deus vindex nominatum taxat hanc iniuriam, quod
 Achab alienam vineam occupauit, & punit eum memorabili exem-
 plo, vt principes monear, ut parcant ciuium facultatibus, sicut Bap-
 tista dixit: Estote contenti stipendijs vestris. Debet populus ordinaria
 tributa, ut Paulus docet Roman. 13. quæ Baptista vocat stipendia. Et
 cum Reipublicæ defensio, & aliqua probabilis causa novas collatio-
 nes postulat, ciues opitulari Ecclesijs & patriæ iustum est. **L**o-
 quens vero in historia Samuelis de iure regum, loquitur de stipendijs,
 non concedit infinitam licentiam principibus rapiendi ex bonis ciui-
 um quantum uolunt, quia tenent quædam propria iure diuino & hu-
 mano. **R**ESTANT & quæstiones de contractibus, de quibus
 in genere sciant pij, Contractus esse partem politici ordinis, & res
 bonas à Deo ordinatas. Imo pulcherrima imago iudicij & voluntatis
 Dei impressa est contractibus. In his docet nos Deus, iusticiam æqua-
 litatem esse, ut cogitantes de voluntate Dei, sciamus eam iustam, id
 est, æqualem esse æqualibus. Tyranni non sunt æquales æqualibus,
 sed aliquos priuato affectu complectuntur, cæteros seu pares, seu
 meliores negligunt. Hæc inæqualitas vocatur $\pi\rho\sigma\omega\pi\omicron\lambda\upsilon\sigma\iota\alpha$,
 u 4 quæ

quæ non est in Deo, sed scito Deum æqualem esse, & tibi, & latroni in cruce, & Moyfi & Eliæ. Regulam proposuit, iuxta quam ferat æqualitatem, irascitur peccato in omnibus, ac rursus certo respicit omnes confugientes ad mediatorem Christum.

CERTUM & exemplum iusticiæ Dei & æqualitatis in placatione iræ Dei. Non sunt remissa peccata, nisi æquale λύτρον esset pro nobis, scilicet filius Dei. De hac æqualitate quotidiani contractus, emptiones, ventilationes, mutationes, locationes, conductiones, deinde & delictorum compensationes nos admoneant. **P**OSTREMO hæc ipsa æqualitas, quæ in contractibus postulatur, docet nos de dilectione proximi, & interpretatio est particula, sicut in hoc mandato: Dilige proximum sicut teipsum, id est, sit æqualitas inter te & proximum, non augeas tua commoda cum illius incommodo, non premas eum, ut tu exultatio crescat, non decerpas de eius facultatibus, ut tuas contemples, deniq; nulla in re quæras ἄλλοεκτήματα, sed an es æqualem, tribus proximo ea, quæ tibi tribuenda esse iudicas.

DIXI autem alias de contractibus, & nunc hanc regulam addo, ex fontibus doctrinæ iuris intelligi posse, qui contractus sunt approbandi, & in quibus seruetur æqualitas illa, quam sapiens & iurisconsultus efficiendam esse censeat.

HIC, etsi nostræ hortationes non multum autoritatis habent, tamen hoc addam ad principum officium præcipue pertinere curam literarum & scholarum, in quibus literæ & artes Ecclesiæ necessariae traduntur, iuuantur. Ideo Ies. 49. dicitur: Et erunt reges nutritores tui, & reges nutritores tuæ, id est, reges & principes. Item, Regina, id est, respiciat seu ciuitates, præbeant hospitia & alimenta Ecclesijs, & foras doctores ac discipulos doctrinæ de Deo, & earum artium quæ Ecclesiæ necessariae sunt. Pro hoc officio magna præmia proposita sunt Matth. 10. Qui aquæ potum dabit vni ex minimis istis, in nomine discipuli, id est, iuuandæ doctrinæ causa: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

HIS præceptis & promissionibus, ut gubernatores moueantur ac inuitentur ad literarum studia iuuanda, faciat Dominus noster Iesus Christus, qui certe alicubi aliquas scholas & literarum reliquias seruabit. Nam cum Ecclesiam promittit mansuram esse, etsi in hac postrema mundi senectâ plus erit contumeliam: tamen aliqua hospitia, aliquas politias & scholas habebunt esse certum est. Et hac spe studia literarum colamus, & Deum æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi oremus, ut nostros libere in docendo & discendo regat & adiuuet, ac faciat nos ὡς γὰρ ἡμεῖς cordis, salutaria Ecclesiæ Dei & nobis.

DE CEREMONIIS HVMA-
NIS IN ECCLESIA.

Q U A superior pars huius operis primum dogmata propria Ecclesie de Deo, & de rebus aternis, de lege Dei, de peccato, de Evangelio, de gratia, iusticia & Sacramentis, postea etiam doctrinam civilem recitat. Nunc de gradu operum dicemus, longe posita doctrinam & opera, de quibus supra dictum est, uidelicet de ceremonijs, quæ institutæ sunt humana autoritate in Ecclesia, quarum magna sunt discrimina. Aliquæ enim vtilis sunt ad bonum ordinem. Vt enim in scholis distribuuntur horæ & materiæ lectionum, & sunt classes discipulorum, seu ut paterfamilias ordinem pueris præscribit, quo primum mane preces recitant, deinde sumto ientaculo discunt lectiones, postea faciunt operas aliquas domesticas, ita in publicis congregationibus Ecclesie ordinem aliquem natura hominum requirit.

Sed præter has vtilis ceremonias, quæ propter utilitatem institutæ sunt, subinde homines omnibus ætatibus multas addiderunt, partim superstitione, partim avaricia, partim consilij tyrannicis. Et quadam aperte pugnant cum mandatis diuinis. CUM autem humana infirmitas hoc ritus ita admiretur, ut existimet eos summa opera esse, placantia iram Dei, & horum admiratione fascinata, luctu Evangelij de mediatore Christo, & de fide amittat, & sequantur magis tenebræ & discordiæ in Ecclesia Dei, necesse est de his legibus & operibus iudicium Evangelij proponi & illustrari. Ac primum monico lectorem, in hoc loco non dici de legibus Magistratum ciuilium, aut officijs ciuilibus, quæ proprie pertinent ad gubernationem Magistratum ciuilium, & instituta sunt ad defensionem communitatis pacis, & imperiorum tranquillitatem, sed de earum legum autoritate loquimur, quæ ab hominibus in Ecclesia conditæ sunt, & indicantur esse seu exercitia peculiaris pietatis, seu cultus Dei, ut ieiunatus, certæ formæ ieiuniorum, *ἑσθητολογία*, &c. ERSI autem viri politici non amantes Evangelium, tragice queruntur laxari legum autoritatem, quia aliquæ laxantur, & disputant exemplum perniciosum esse: tamen necesse est anteferri his querelis gloriam Christi, & salutem piorum, quos erudiri necesse est, ut iuxta Evangelij retineatur, & discrimen conspiciatur inter necessarios cultus Dei, & commentitias superstitiones. N E C illa nos causa ab hac explicatione deterreat, quod multi abutantur doctrina libertatis. Sed de vtraque acerrime pugnandum est in docendo, necessaria doctrina diuinitus tradita, pure & fideliter exponenda est, & abusus, qualescunq; sunt, seuerè taxandi sunt, & castigandi sunt, qui prætexu
u 7. hines

hous libertatis, quæ Christi sanguine parata est, indulgent præcis cupiditatibus, & mores accerunt, qui homines moderatos ab Evangelio deterrent.

TRES IGITUR REGVLAS
RECENSERO.

P R I M A Regula. Vt Heu peccavit, optemperans Diabolo locutanti, vt contra mandatum Dei faceret: ita peccant omnes qui obtemperant legibus aut edictis, quæ iubent facere contra mandata Dei, siue leges illæ ab Episcopis, siue à Regibus, siue alijs Magistratibus, siue à Diabolis propositæ sint. Vera est enim vox Apostolorum: Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Itaq; cum rex Babylonicus iussit auream statuam adorari, necesse fuit non obtemperare, & magna fidei constantia ostendere, quæ sit vera Dei adoratio, vt in Israëlita fecerunt, vt narrat Daniel. Ita Apostoli contra mandatum summi sacerdotis docent Euangelium Act. 5. & palam testantur referendum esse Dei mandatum.

H I C P I J, leges Pontificum Regum edicta considerent, quæ iubent facere contra mandata Dei. Pæssim edicta impia proponuntur, ne puram doctrinam Evangelii diat, legat, discat populus. Coguntur sacerdotes vltimo more ad profanationem multiplicem cœnæ Domini in Missa. Pertinet nec recitatur inuocatio mortuorum, prohibetur coniugium sacerdotibus, cum tamen non omnes sint idonei ad cœlibatum, & Deus coniugium præcipiat omnibus, qui cœlibes non viuunt sine aliqua labe, vt i. Cor. 7. clare dicitur: Vitandæ fornicationis causa, vnusquisq; habeat uxorem suam. *ἡ δὲ τὰς προσηλας ἑαυτῶν ἢ τὸ αὐτῶν ἕξειτω.* Et postea: *ἡ ἑαυτῶν ἢ τὸ αὐτῶν.*

I A cogita quanta multitudo hominum his iniustis legibus oppressa, & quælluntur à Deo, ac ruunt in æternum exitium. Horribiliter peccant Pontifices & Reges, cum condunt leges impediens veram Dei inuocationem, hoc est cum aliquid præcipiunt fieri, quod sine labe conscientie non potest fieri.

S I C V T autem Heu peccavit, obtemperans voci Diaboli, sic peccant reliqui, cum impias leges antedictum mandato Dei, & sinunt sibi excuri veram Dei inuocationem.

N E M O magnitudinem peccatorum, quæ hæc tristissima sceleratus affert, satis deplorare potest, imo nulla est tanta hominum sapientia, quæ magnitudinem horum malorum satis intelligat. Iacet oppressa magna pars eius populi qui vocatur Ecclesia, tyrannicis legibus, quæ stabilunt idololorum cultus, errores, nefarias libidines, & impediunt veram Dei inuocationem. Et hæc leges defenduntur magna

re suppliciorum, interficiuntur homines honesti & pij plurimi, in aliquam impiam legem violant. Multi pij sacerdotes propter aliquam crudeliter necati sunt, cum nulla barbaries unquam propter similem causam homines occiderit.

Et si autem vociferentur viri politici, nullas legum mutationes concedendas esse, ne paratur extremum malorum ἀνορχία, & postea labefactentur dogmata necessaria & leges diuinæ, & obijciunt vetus præceptum, quod recitat Aristoteles in politicis, μή παρορᾶν τὸ παρὰ μικρόν, non negligenda parua initia, quibus paulatim fiunt accessiones: tanta illa æterna & immutabilis lex anteferenda est: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Item: Fugite idola. Quare necessarium est & in docendo taxare impias leges, & contra earum edicta obtemperare mandato Dei. Non iam de seruitute corporum aut rerum dico, seramus calamitates, quas negligentia aut asperitas parit in gubernatione ciuili, exspilationes, fori confusiones, iniurias, beliorum mala. Seruitutem conscientiarum deploro, quæ impedit veram inuocationem, & infinita agmina hominū, aut in Epicureum Dei contemptum, aut in æternam desperationem in pellit. Væ ijs, inquit Iesaias, qui scribunt leges iniquas. Væ etiam ijs, qui nunc aut supplicia, aut præstigij sophisticatum eas defendunt. Audet Pygius hanc impissimam vocem edere, quæ exat in eius scriptis: Minus peccare Sacerdotem scortatione se pallientem, quam ducentem uxorem. His vocibus applaudunt sapientes quidam. At nequaquam inuocantur veri Dei, nequaquam salutem animarum anteferende erant suppliciosæ hominum leges, quarum manifesta est impietas. Esi enim viri quidam inuere fucos erroribus conantur, tamen quedam est nobis perspicua veritas, vt nulla Sophistica, nulla sycophantica obui possit. Sunt ob oculos miseræ, orta ex lege de Celibatu. Nemo sanus sine gemitu & lacrymis cogitare potest de obscuratione doctrinæ de penitentia, de fide, de vera inuocatione, de prophanatione cœnæ Domini, de inuocatione mortuorum.

Hanc de prima regula, non disputationem, res est enim manifesta, sed querulam abrupte cogor, quæ multo breuior & languidior est, quam equalem postulat magnitudo malorum, quæ ab impijs & tyrannicis legibus in Ecclesia tot iam sæculis & orta sunt, & adhuc oriuntur, & abinceps orientur, donec liberabit Ecclesiam suam filius Dei Dominus noster Iesus Christus, ostendens se vniuerso generi humano, resuscitatus mortuis. Sed hunc Dominum oro, vt mitiget ærumnas Ecclesiæ, & aliquas sibi reliquias excerpas, & mupdet filios Leui, id est, exciter passim doctores recte docentes, & non sinat extinguilumini Euangelij sui.

holi rejiciunt ritus sine verbo Dei institutos, tum vero i. Timothi.
 vocantur doctrinae demoniorum, cuius dicti, atrocitas profecto
 mentes mouere debet, vt considerent, qua prudentia adiphora
 qui possint. Etiam si ordinis causa ritus aliqui honesti seruandi
 vt in scholis lectionum ordo, tamen longe aliud est, ijs ritibus
 deus tribuere, quod sint cultus Dei, id est, opera quae Deus ap-
 paret, ita, vt se per ea iudicet honore affici. Et tamen recepto hoc
 more, amplius tribuitur, videlicet quod mereantur remissionem
 peccatorum. Rejicit Deus ac detestatur hanc audaciam hominum,
 quae fugit cultus suo consilio. Vt Israelitae proponebant vituli figuram,
 & illiuebant ritus suo consilio, sic & Ethnici fecerunt, quorum ex-
 emplum cur reprehenditur, si licet cuiilibet suo arbitrio cultus Dei
 legere? Sed hoc arcanum peccatum non inrelligunt homines, nisi be-
 ne cognita Euangelij doctrina. Amant enim sua inuenta, & ornant
 multis pretextibus, non solum tanquam disciplinam, sed etiam tan-
 quam Sacramenta proponunt, per quae dicunt Deum efficacem esse.
 Iudicant Enthusiasticos, sicut Corybantes, Manichaei, & tunc Ana-
 baptistae. TALEs furores comitantur admirationem traditio-
 num humanarum, qui aliquo modo indicant, quare Spiritus sanctus
 reiet eas doctrinas Demoniorum, quia fascinati homines his riti-
 bus, relinquunt veram Christi agnitionem, fidem, & tolerantiam, &
 obsequunt sibi noua dogmata, & furores sine fide, vt fiebat à Marcionis
 & Manichaeis, & manifeste vidit fieri nostra aetas ab Anabaptistis, &
 Manichaeis erroribus, qui cum Pelargo passim vagabantur.

TENENDA est igitur definitio cultuum Dei. *Cultus Dei est*
opus mandatum à Deo, seu certo Dei testimonio institutum, quo De-
us pronuntiat se honore affici, faciendum hoc sine, aut immediato,
ut principali, vt Deo obtemperetur, & vt Deus celebretur, & quidem
faciendum praelucente fide in Christum. Operum primi praecipi fi-
nis immediatus est, vt Deus honore afficiatur, innorescat & celebra-
retur. Operum secundae tabulae finis immediatus est, nostri corporis &
proximi defensio, vt pij militis finis immediatus est, vt praeretur pro
libere communi, sed tamen principalis finis sit, vt Deum honore af-
ficiat. Ad hypocritae fingunt immediatum finem esse, cur die sexto
non elant carnes, quia Deus iudicet se honore affici per hunc ritum.
Hac opinio commentitia est. Constitutae igitur definitione facile re-
ferant possunt praestigiae, quas de cultu nunc illi Agyptae & Euiyati,
qui pingunt traditiones humanas, comminiscuntur. TERTIVS
error. Insuper fingunt hypocritae, perfectiones esse opera traditionu
humanarum, hoc est, opera meliora & magis placentia Deo, quam ea
quae Decalogus praecipit. Et hac persuasione praerulerunt Monacha-
rum gubernationi Ecclesiasticae, Politicae, Coniugio. Hac amantia
 prorsus

profus execranda est, & taxata est à Gersone. **Q**uartus error. Addunt opinionem necessitatis, hoc est, fingunt necessarium esse obseruationem traditionum humanarum, etiam extra casum scandali, deinde hac persuasione eos, qui non obseruant illos ritus, damnant tanquam desertores Ecclesie seditiosos, schismaticos, anathematos à populo Dei, & exclusos ex Ecclesia, ut olim damnati sunt aliqui propterea, quod diem Paschatos non seruauerunt cum ceteris. Hanc opinionem de necessitate inprimis oportet taxari, nec excusetur iusticia Euangelij esse talis externa politia, item ne oriatur discordia propter aliquam talium rituum dissimilitudinem, dicitur est hæc in Euangelio libertas, nec potest aboleri humana autoritas. Sic Christus vult nos sentire, non necessarios esse ritus seu Mosaicis, seu humanarum traditionum, vt Coloss. 2. dicitur: Nemo vos vincet in cibo aut potu, &c. id est, Nemo obliget ac damnet conscientiam propter hos ritus. Et rursus: Cum mortui sitis cum Christo in elementis mundi, id est, à præceptis seu ordinationibus, quibus hæc mundana uita regitur, cur adhuc tanquam viuentes in mundo delectata facitis? Non contrectes, non gustes, &c. Et ad Galat. 5. In libertate qua Christus vos liberauit, itate, ne rursus iugo seruitutis implicemini. Iabet sententiam de libertate retinere, ne conscientia stulta carnificina excrucientur, aut excitent discordias, si quis vestros ritus humanos non obseruet.

Quintus error. Opinio necessitatis peperit maiores turbas, scilicet κακοψαλίαν legis Mosaicæ. Postquam hæc persuasio occupauit animos, vt in lege Moyse necessariz fuerunt ceremonie, ita nunc necessarias esse, regnum Christi transformauit in Politum similem Iudaicæ. Vnum aliquem hominem præfecerunt vniuersæ Ecclesie, tanquam summum sacerdotem, deinde gradus sacerdotum, & externum sacrificium finxerunt, addiderunt summo sacerdoti potestatem instituendi ceremonias, legem de cœlibatu. Hæc tota κακοψαλία magnam caliginem animis offundit. & legis & Euangelij intelligentiam obicurat, ac acerrime taxata est ad Galatas & ad Hebræos. Sacerdotes Leuitici significabant nobis Euangelij ministros, & sacrificia Mosaicæ significabant ministerium Euangelij, & in mentibus patientiam, nouam iusticiam Spiritus, inuocationem, confessionem, tolerantiam crucis, &c. ut Iohan. 4. dicitur: Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Et 1. Pet. 2. Offerite hostias spirituales, placentes propter Iesum Christum.

Sextus error. Sed cum hæc concedit & hoc, quod Episcopi arrogat sibi potestatem condendi constitutiones, quam tamen non concedit eis Euangelium. Sed cum hæc persuasio, opera ab hominibus excogitata sine verbo Dei, eultra Dei

Episcopi, quia præsunt, ut videantur augeat studia pietatis, cum traditiones, ut fecerunt Gregorius I. Innocentius, & multi alii, qui quidem leges etiam exasperant, & confirmaverunt rationem necessitatis, ut suam auctoritatem amplificarent, dixerunt esse æternæ iræ Dei, si quis non seruet traditiones ab Episcopis traditas. Hunc errorem refutant sententiæ, quas supra recitavi. *Co. 2.* Nemo vos iudicet in cibo aut potu. Et in Actis Apostolicis magis gravissime obiurgat eos, qui ceremonijs Mosaicis onerare eos volebant: Quid, inquit, tentatis Deum, imponentes iugum cruciatibus discipulorum, quod neque Patres vestri, neque nos portare potuimus? Non est leve crimen tentare Deum, est enim non infirmitate labi, sed contemptu Dei, proposito ipsius verbo, quasi eum contemere, aliud instituendo, ἢ φιλονεικεῖν, & illius sapientiæ nostram auferre. Ut mandavit Deus populo Israël ne alibi sacrificarent, nisi in uno loco, ubi collegium docentium & arcam esse voluit. Econtra humana sapientia ratiocinatur, seposito verbo Dei: Atqui decet Deum ubique coli, & varijs officijs. Condamus ergo ubique sacella & aras, maxime non modo pecudes, sed etiam homines, ut in re magna difficultati studium nostrum conspiciatur. Tales fuerunt & sunt fontes cultus idolorum. Ita recentior ætas cumulavit Missas, & mandavit eorum. Sed hic meminerint pijs vocem Petri, quæ talium legum & opinionum defensionem docet esse graue crimen. Non enim paruunt tantum est, tentare Deum, id est, nostram sapientiæ ipsius sapientiæ auferre, & laceffere eius iram studio querendi contraria ipsius verbo, & cœrandi cum eo. Hæc sunt arcana mala, quæ politica sapientiæ non potest iudicare. Sed nos in Ecclesia ea considerare debemus, ut non nisi subijciamus nos verbo Dei, nec nostris opinionibus regi velimus.

S E P T I M U S error. Cum hæret opinio iustitiæ aut necessitatis de traditionibus humanis, sequuntur atroces discordiæ, ut cum dissidia exorta, sunt de die Paschatos, & fermentato. Et nunc Pontifices non solum fulmen excommunicationis in sacerdotes maritorum, & iniulta asperitate distrahunt Ecclesiam, sed etiam Neotericana crudelitate pios interficiunt sacerdotes, propter violatas in illis traditiones.

P R O P T E R hos septem errores seu omnes, seu plerosque, defenduntur traditiones humanæ, ut testantur libri veterum, qui se profitentur hostes esse nostrarum Ecclesiarum. Quamquam igitur traditiones de rebus adiaphoris loquuntur, tamen hos errores retegere & taxari mandat Deus, & passim Prophetæ, Christus & Apostoli taxant. Nec sint muti doctores, cum aut Ecclesia impijs cultibus polluitur, aut conscientia laqueis traditionum humanarum applicatur.

P R O D E S T etiam exemplo refutare hos errores, illamque doctrina de veris cultibus mediocriter tradita est. Nam

8 pinto

opinio superstitiosa tenacius hæret, si nulla exempla libertatis obedi-
dantur. Ideo Paulus noluit Titum circumcidi, ut libertatis exem-
plum ostenderet, & Petrum arguit exemplo, confirmantem peniten-
tiam eorum, qui Mosaicis ritus seruari volebant.

Et recita-
tur historia de Spiridone Cyprio Episcopo, digna memoria. Cum ad
eum venisset hospes die ieiunij, nec subito emi aut parari cibi ieiunij
tali die possent, iubet carnes, quas habebat conditas apponi. Non
vescor his hodie, inquit hospes, sum enim Christianus. Tum Spiri-
don: Et hanc ipsam ob causam te vesci decet, quia Christianus es,
nam omnis creatura Dei bona est, & nihil reiectum, quod cum gra-
tiam actione sumitur. Obtemperat hospes, & admonitus hoc ex-
emplo, discit longe alios maiores cultus Deo præstandos esse, quam
hæc ciborum discrimina. Imo in hac ipsa cœna præstat maiores cul-
tus, agit Deo gratias, cogitat de libertate donata à Domino redi-
lesu Christo, qua non solum ab his ciborum legibus, sed multo magis
ab alijs tristioribus vinculis nos liberavit, ac legem cruci suæ affixit,
ne nos damnet.

Hæc commemoravi, ut pij sciant, non
taxentur & exemplo violentur humanæ traditiones, & hanc commo-
rationem errorum opponant novis oratoribus, qui nunc mira so-
phistica pingere traditiones humanas didicerunt, quæ si valent, si-
milibus fucis etiam Ethnicæ religiones excusari possent. Selen-
plodatur ex Ecclesia amor sophisticæ, & Scapham Scaphim docu-
mus, non ludamus verborum præstigij. Postquam autem errores,
qui hærent in traditionibus monstrauimus & reprehendimus, nunc
dicam quid de ritibus adiaphoris sentiendum sit, qui remotis illis
erroribus, seruantur in Ecclesijs emendatis.

TERTIA REGU-
la. In Ecclesijs emendatis, reliqui sunt ritus aliqui adiaphori, qui
huius vitæ actiones ordine aliquo distribuendæ sunt. Hominum cari-
ra inrelligit & amat ordinem, qui quidem maxime decet Ecclesiam &
congressus publicos. Ideo Paulus grauissimè dixit i. Cor. 14. *ἡ τάξις
ἐν ἑκκλησίᾳ ὡς κατὰ τὰ ἐξῆρ γινέσθω.* Non ordinem tantum,
sed etiam singularem curam ornandi ordinis requirit, quare ad
ἑκκλησίαν, ut videamus quid personas, loca, tempora deceat. Ma-
re modestia in templis conueniatur, quam in teatro. Actio & con-
docentium sit placidior & grauior in illo cœtu diuinitus conuocato,
cui Christus & Angeli interfunt, quam in scena. **ITÆQUE** ad
ritus adiaphoros in Ecclesijs emendatis seruandos esse, hoc sine
licet, propter bonum ordinem, sed ita, ne addantur opinio inuoluntarij
cultus, aut necessitatis, aut ceteri errores, quos supra recensui. Et
endum est, extra casum scandali violari has traditiones non oportet.
Quæ autem scandala vitanda sint, paulo post dicam. *Getson magis*

operare quæ sunt *ἐπιφύλαξ* traditionum. Cum videret ingentem
 rituum carnificinam esse conscientiarum in hominibus mo-
 ris: Contra vero homines minus patientes legum, inducere contem-
 ptum epictureum vniuersæ religionis, qui tam multas traditiones ser-
 uare non poterant, fecit gradus. Aliæ, inquit, ornatus causa: aliæ
 necessitatis causa institutæ sunt. Sed illæ Gersonis mitigationes
 non leuant conscientias. Autoritas diuina voce Apostolorum pro-
 uita leuat, quæ expresse rejicit opinionem iustitiæ & necessitatis.
 Iustus autem munitur publica tranquillitas hac doctrina, quod di-
 citur, propter *εὐταξίαν*, eos ritus, qui boni ordinis causa instituti
 sunt, seruandos esse, & peccare homines perulantes, qui in Ecclesijs
 commendatis violant tales ritus cum scandalo. Hæc est vera traditio.
 Nam *ἐπιφύλαξ*, quæ & leuat conscientias, & utilis est paci. Aliqui
 homines natura feri, omnes leges tanquam carcerem oderunt. Hos
 nec prodest commonescere de causa legum, scilicet de bono ordi-
 ne & adhorari, vt vitent scandala, nec se sibi tantum, sed etiam ali-
 jano Ecclesiæ Dei viuere debere sciant. Alij vero placidi natura
 & *κατασκευαστοί*, ac intelligentes, sed ad societatem natos esse, imo præ-
 cipuum opus esse conferre studium ad iuuandam & fouendam Ecclesi-
 am, sua sponte honestos & viles ritus seruant, & vitant scandala, &
 cum sciant singulari consilio & beneficio Dei publicos congressus Ec-
 clesiæ institutos esse, & velle Deum hanc frequentiam ornari, vt so-
 nae publice in terris vox Euangelij, student ordinem, tranquillita-
 tem, grauitatem horum congressuum, in templis & in scholis tue-
 ri, præsertim cum ordo sæpe ad docendum rudiorum multitudi-
 nem conducatur, vt series dierum festorum non temere infutura est.
 Non enim omnes historia vno die recitari possunt, sed aliam partem
 alio tempore proponi commodius est. Et cum distributio temporum
 congruit cum euentibus, non solum gratior est, sed etiam memoriam
 adiuuat.

N E C tantum homines seriem certam dierum serua-
 runt, sed etiam Deus ipse quorundam festorum ordinem suis miran-
 dis factis in veteri & nouo Testamento pariter seruaui. Vt agnum
 voluit initio veris mactari, ita eodem anni tempore Dominus noster
 Iesus Christus crucifixus est, & resurrexit. Vt quinquagesimo die post
 exitum ex Aegypto promulgata est lex manifesto testimonio de mon-
 te Synai ita quinquagesimo die a Paschate datus est manifesto testi-
 monio Spiritus sanctus.

N V N C agitur annus à natali Christi
 1744. Quare & Deus ipse, & Dominus noster Iesus Christus, & Pro-
 pheta, & vniuersa Dei Ecclesia, inde vsque ab exitu ex Aegypto vsq;
 ad hunc annum, diem Paschatos & Pentecosten tribuerunt certis sa-
 cris actionibus annos 3049. Hunc consensum Dei & Ecclesiæ hæc

exempla intuens homo non Cyclopius, iudicabit honestum esse aggregare se ad illum Dei & Ecclesiam perpetuam cœtum & se rebus adesse spectatorem illorum euentuum cogitabit, quibus Deus illa tempora insigniuit. Imo cogitemus hos pulcherrimos congressus imaginem esse consuetudinis æternæ cum Deo, Christo, Patribus, Prophetis, Apostolis & alijs pijs. Tales ritus viles cum hoc modo sine superstitione seruantur, profunt ad docendum. Vbi enim nullus est ordo, nulla disciplina, doceri homines non possunt. Necessè est autem doceri & audiri Euangelium. Nam Deus non colligit aliter Ecclesiam suam, nisi voce Euangelij, nec aliter Spiritus sanctus efficax est, nisi per Euangelium, nec vlla est Ecclesia electorum cogitanda, nisi in hoc ritu visibili, in quo Euangelium recte & pure docetur. Ergo hic visibilis cœtus amandus & fouendus est, & retinendum est Euangelij ministerium, & fiant honesti congressus. Ad hæc ordine & ritibus aliquibus opus esse constat. Imo & quilibet paterfamilias domi suæ libere mane & vesperi, legere aliquid, & dicere preces cogat. *Namque dies sine inuocatione, & sine gratiarum actione.* Ideo enim conditi redempti sumus, vt Deum celebremus, & hæc exercitia profunt ad docendum, & excitant timorem & fidem. Et in his exercitijs memoremur dictum Christi: *Quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus? Quare doceri, regi & sanctificari non speritu sancto petamus.* Idque cum petimus, fieri certo statuimus, & meminimus Spiritum sanctum efficacem esse cogitatione Euangelij.

DE MORTIFICATIO.

NE CARNIS.

DEFENDUNT aliqui leges de ieiunijs, satisfactionibus, precarunt, & monachorum superstitionibus, prætextu sententiarum, quæ de mortificatione concionantur. Cum mortificatio, inquit, sit bonum & pium opus, cur non laudantur etiam hæc leges humana de ieiunijs & similibus ritibus? Hic rursus hypocritis streunt in verè doctrinæ, & veris cultibus. Discernantur mandata diuina à hominum mandatis, ac consideretur quid vere Paulus voce mortificationem, nec transferatur vocabulum rerum magnarum, quæ Deus præcipit, ad futiles & otiosos ritus, vt omnibus ætatibus hypocritarum arrogantia insignibus titulis suas ceremonias ostentat & venditavit. **MORTIFICATIO** significat, aut pariter am mandatam à Deo in veris doloribus, sensu iræ Dei, pauperibus afflictionibus, aut temperantiam mandatam à Deo, frangatem cupiditates. Non significat *ἀθελοθρησκεία*, seu ceremonias accedentes sine mandato Dei. **DE** priore genere, id est, de tolerantia in re

doloribus & in cruce, loquitur Paulus 2. Cor. 4. Semper mortificationem Domini Iesu in corpore circumferentes, vt à vita Iesu corpore nostro manifestetur. Declarant autem sequentia verba vt vocet mortificationem Christi. Semper, inquit, nos viuentes in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in mortali carne nostra, id est, sæpe morti obijcimus, rapimur ad supplicia, propter confessionem Christi, exercemur terroribus Diaboli. Hanc vocat mortificationem Christi, videlicet similem afflictioni- bus Christi, & propriam Ecclesiæ.

De hoc genere & Romanorum 12. inquit: Exhibete corpora vestra hostiam viuam, sanctam, placentem Deo, rationalem cultum. Non de ceremonijs aut simulata & ostentata loquitur Paulus, sed de cruce, id est, de tolerantia in veris & magnis doloribus: Hæc est sacrificium in his qui fide filij Dei sustinent, vt Psalmus inquit. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Ac supra de hoc genere in titulo de Cruce dictum est.

De secundo genere, id est, de temperantia mandata à Deo, conuincuntur passim multa sententiæ. Lucæ 21. Attendite ne corda vestra grauentur crapula & ebrietate, &c. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non eiecitur, nisi ieiunio & oratione. Ephe. 6. Educate filios in disciplina & doctrina Domini, id est, doctrinam de Deo inuentum tradite, & assuescite eam pia disciplina, regite mores, vt sint modesti, casti, pii, & exerceat eos certo & honesto labore, ne, vt fieri solet, otium & luxus pariant scelera, excutentia Spiritum sanctum. Siue igitur mortificatio tolerantiam in cruce, siue temperantiam significat, loquitur de mandatis operibus, sed illud verum est, liberum esse cuiuslibet, priuatim eligere exercitia honesta, & conuenientia suæ ætatis & viribus suis, vt & scholæ gubernatori liberum est instituere lectionum & disputationum ordinem. Ideo & Paulus inquit 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, &c. hoc sine, ne in temperantia impediatur Spiritum sanctum, intentionem animi, in inuocatione, in studijs, in negotijs. Nec immediatum finem ieiunij huic constituit, videlicet, ut puret Deum tali opere honore affici.

Ac temperantia in genere præcepta est, sed exercitia alia alijs congruunt. Ideo horam electio libera sit. Aliter senes occupantur, doloribus, negotijs, & imbecilles regant corpora: aliter iuvenes vegeti, non confecti angoribus, vt Dauidi ante exilium magis opus erat exercitijs, quam postea, cum magnitudine dolorum tractus, vix languida membra semiuuius traheret. Bona valetudo corporis, & sensuum vigor, eximia Dei dona sunt, necessaria studijs & negotijs, ideo tuenda sunt, nec lædendum est corpus aut ingluuie, aut nimia inedia. Et Paulus habere honorem corpori iubet. C v m
x 3 igitur

igitur magna sit dissimilitudo, Ecclesia non fert leges, quibus vniuersum modum ieiuniorum aut exercitiorum præscribat, sed in genere præcipit temperantiam, & simul monet, ne superstitiose exercitia tractentur in cultus, & iubet discrimen teneri inter opera à Deo mandata, & exercitia electa à nobis. Ideo Paulus inquit 1. Tim. 4. Exerce te ad pietatem: Nam corporalis exercitatio ad mortificationem utilis est, pietas vero ad omnia utilis est. Grauisima admonitio est, discernens necessaria opera, & à Deo mandata, ab exercitijs electis nostro arbitrio. Iubet autem longe anteferri opera à Deo mandata, poenitentiam, timorem Dei, fidem, inuocationem, confessionem, patientiam, castitatem, temperantiam, diligentiam in vocatione. His virtutes, inquit, ad omnia utiles esse, id est, Deus in hac vita compensat, & ornat has virtutes magnis bonis, maiore luce & sapientia spirituali, robore fidei, consilio, consolatione, successu in gubernatione publica & domestica, castitate, pace, victu, & post hanc vitam premia æterna dabuntur.

A T corporum exercitatio ad mortificationem utilis est. Intelligit autem hæc exercitia à nobis electa, ut si quis in die semel tantum, & pauillum velit edere. Hæc cum sine superstitutione fiunt, non prorsus abiicit, sed infra opera mandata à Deo collocat. Profunt enim aliqua ex parte, videlicet quia in sobrijs maior est intentio animi, in inuocatione, studijs, negotijs. Conuiuia, sodalitates, sermones profani laxant animos, ut facilius admittant incendia cupiditatum, ut accidit Dauidi in otio. Et noti sunt versiculi:

Otia securis insidiosa nocent.

Cura fugit, multo diluiturque meto.

E T Seneca de sodalitijs inquit: Nunquam mores quos trituli refero. Ebriosi, nec mente nec corporibus sustinere curas rerum magnarum possunt, amittunt tempora idonea rebus gerendis, facile incauti ruunt in magna scelera. Sed hoc omnium tristissimum est, quod inuocatio Dei in temulentis extinguitur.

E S T autem electum vitratum non aspernandum: Vitare peccata, est vitare occasiones peccatorum. Ideo bonæ mentes intelligant lapsuum occasiones, & causas *προνεταρακτημας*, & sua quadam diligentia vitare pericula, ne nimium implicent se sodalitijs, ament temperantiam, & certos ac utiles labores suscipiant, quibus subinde miscant inuocationem Dei.

M V L T V M etiam valetudini & moribus prodest, non confundere ordinem temporum à natura præscriptum. Multi totum diem partim somno, partim conuiujs tribuunt, delibano noctu vacant studijs, aut negotijs. Vere inquit Seneca: Hoc est luxuria propositum, gaudere peruersis, nec tantum discedere à rebus, sed quam longissime abire. N E C cessat Diabolus, cum vult animos cura vacuos esse, sed offert & ipse aliquas lapsuum occasiones.

Hæc mala cauenda sunt, & nostra diligentia, & petitione generationis diuinæ, sicut scriptum est: Quanto magis dabit Spiritum sanctum petentibus. Monachi conati sunt regulis comprehendere exercitia huius diligentia: Sed accesserunt superstitiosa & stultæ opiniones, & varietas hæc non potest legibus comprehendere, ideo non defendantur traditiones de discrimine ciborum hoc prætextu, sed boni & sapientes concionatores sæpe monent de hac diligentia continentem. Et præceptores coercere eam disciplina quantum fieri potest, studeant, ac principes adiuuare nos in disciplina tuenda debeant. Hæc de mortificatione & de disciplina breuiter monui, ut hypocrisis reiecta, veras virtutes & vtilia exercitia intelligere & amare discamus.

DE SCANDALO.

VOCABULUM GRÆCUM EST *σκάνδαλον*, factum à *σκάλλω*, id est, claudico, significat enim offendiculum, id est, quiddam ad quod impingens labitur, seu trepidat. EST autem scandalum, dictum aut exemplum, quo alius fit deterior, seu quia error in eo confirmatur, seu quia imitatur malum exemplum, seu quia flammæ maiores adij aduersus Euangelium concipit. Hæc vocabuli expositio primum consideretur. Nam Ecclesia sic videtur appellatione scandali, alijs scriptoribus his vsus ignotus est, qui dicerent exempla seu *παράδειγμα* nocentia. Et correlatiuum scandali, est offensio, ac interdum promissive scandalum, quod significat obiectum, pro ipsa offensione formatur. DUPLEX est autem Scandalum, seu duplex offensio. Prior offensio est Pharisæica, seu, ut vocant, Scandalum acceptum, videlicet cum impij irascuntur veræ doctrinæ Euangelij, aut honestis ac necessarijs factis, ut cum nolunt proponi veram doctrinam, & taxari errores, aut nolunt aboleri cultus idolorum, nolunt sacerdotum pijs honeste in coniugio viuere. Sunt autem variæ causæ, cum impij veræ doctrinæ, aut illis necessarijs mutationibus irascantur. Alij pugnant de ventris commodis, ut qui quæstus magnos, qui erant ex bisitis, aut ex inuocatione mortuorum, diminui nolunt. Alij de auctoritate dimicant, alij fascino persuaasionibus suis, nolunt ea quæ ipsi mirantur & probant, taxari. Ut fascino admiratione suæ iustitiæ, nolunt audire hanc vocem, homines non esse iustos propter propriam dignitatem & mundiciem. Viri politici quia vident ex dissensionibus opinionum oriri distractiones Principum, bella & perturbationem disciplinæ, nolunt moueri vllas de doctrina disputationes. Exempla autem talium offensionum omnibus Ecclesiæ temporibus multa fuerunt, sunt, & erunt. Sacerdotes aduersabantur Ieremiæ prædicanti excidium Ierofolymæ, & prætextus speciosos habebant.

x 3 Christo

Christo & Apostolis aduersabantur plerique omnes, qui eruditione & autoritate in populo Iudaico antecellebant, & speciosis causis mouebantur. Videbant aboleri Legem Mosaicam. Existimabant autem summum scelus esse, Legem vnā & solam in conspectu humano, traditam à Deo, deleri, & videbant ex ea re seculum esse interitum illius pulcherrimæ politix, non à Solone, non ab Agullo, sed clara voce Dei, & certis testimonijs Dei constitutæ. Haec causis vehementissime motos esse omnes sapientes in illo populo, non dubium est, præsertim fascino persuasione de regno Messia mandano. Etsi autem & ipsi Apostolis dolorem afferebat interitus populi, tamen hanc offensionem hypocritarum negligunt, & fortius se opponunt iudicijs illorum, & clare profitetur magis, obediendum esse Deo, quam hominibus, obtemperant mandato Christi, quæ colligere Ecclesiam voce Euangelij iusserat. Errores de Deo, debent taxari necesse est, vel si fractus illabatur orbis: Oportet enim transferri primum & secundum mandatum omnibus humanis rebus, uti nostræ fortunæ nostris, famæ nostræ, paci Reipublicæ. Hoc regni hæc tenenda est: Necesse est confiteri veram doctrinam, & fugere idola, & facere opera mandata à Deo, etiam si fremunt & repugnant impij, & concipiunt maiores flammæ odij aduersus Euangelium, & quamquam dissidia tristitia oriuntur ex impiorum pertinacia. Perituræ autem impij aduersantes Euangelio, & causæ sunt dissidiorum ipsorum, quia cedere veritati debebant: Non peccant hi, qui in ira vocantur, nem re se docent, aut consentunt Euangelium, vt peccabat Pharaon, magno furore repugnans voci Dei per Moysen sonanti, & testimonijs Dei. Non peccabat Moyses, etiam si totam Aegyptum dissidia illa perdidit. **H A C** regula pij se in Ecclesijs certaminibus sepe consolati sunt. Estque nobis hæc consolatione opus hoc tempore. Nam moderatis ingenijs dolorem affert ipse conspectus dissipationum, & conuicia illa, quæ in nos conferunt hypocritæ, non facere debent contemnere, cum nos hostes Dei, Ecclesiæ, parricidas, sed tristitia obsequi pestes humani generis vocant, aduersus hæc tristissima conuicia necesse est claris testimonijs diuinis muniri animos. **Matt. 4.** Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Non sequaris Deos alienos. Diserte discernitur verus Deus, qui se patefecit in populo Israël à commentitijs numinibus, cum ait: Hunc Ichoua, qui in verbum suum tradidit, & testatur se vere Deum esse mirandos factus, quibus eduxit te ex Aegypto, inuoces: Non alios commentitios, quæ sine hoc verbo tradito per Prophetas coluntur. **Et 1. Cor. 10.** Ego cultum Idolorum. Hæc præcepta constat prorsus immutabilia esse. Et sæpe repetitur hæc conuicio à Prophetis. **Osæ. 13.** Ego amen Dominus Deus tuus ex terra Aegypti. Et Deum præter me nescite, &

ator non est præter me. Necessè est igitur innocare verum Deum, & fugere idola, nec stabilire ea nostra comprobatione. Et hæc præsertim summa anteferenda sunt omnibus rebus, nostræ vitæ, fæderis, paci publicæ, virgū liberorū, benevolentia Principum. Matth. 10. Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre suo cælesti. Et additur consolatio, ne frangamur metu dissidiorum: Veni separare hominem à patre suo, & filiam à matre sua. De magnis rebus & magnis periculis concionantur hæc sententia. Præstandum est igitur, ut veras & firmas sententias defendamus, nec moveamus immutemus, nec turbemus Ecclesiam falsis opinionibus, aut inanibus sophismatum præstigijs, quas interdum excogitant ingenia petulantia, incensa vel ambitione, vel cupiditate vindictæ. Ad Galat. 1. Si quis aliud Evangelium docebit, anathema sit. Extremum omnium committitur est, anathema, sicut apud Græcos catharma, seu ἀλάσως: significat autem quiddam ira pollutum, & à Deo damnatum, ut nihil pollatur, totæ gentes magnis calamitatibus, bellis, fame, pestilentia, discordijs civilibus, & infinitis confusionibus puniantur, ut de Sodomis, aut Lampaci idolo cogitamus, ubi Priapus colebatur.

T A L E S Alastoras esse defensores impiorum dogmatum, Paulus affirmat, quod facilius intelligi potest, cum exempla intuentur illorum, qui manifestos & tetros furores defenderunt, aut defendunt, ut Manichæos, Samosatenum, Arrium, Mahometum, regem tragicum Anabaptistarum, qui uxorem gravidam interfecit, & per seditionem se regio titulo & corona ornauit, & regnare se in Ecclesia Dei iactavit. Ut autem Pharisei, Christum & Apostolos iudicabant tales pestes esse humani generis, sic hypocritæ ardentes odio Evangelij, nunc quoque de nobis, qui puram Evangelij doctrinam proponimus, sentiunt, ut fulmina excommunicationum, & scripta Eccij, Coclei, Alfonsi, & similibus ostendunt. Cum autem similia iudicia magnorum & sapientum hominum valde struicent moderatos homines, recte sentientes, hanc Pauli consolationem teneamus, qui affirmat, non Evangelij studiosos, sed hostes, vere esse anathemata, maledictos Alastoras. Quare vitanda est eorum societas, ne contagium noceat pijs. Et Iesaias inquit cap. 57. Ne timeate probra hominum. Et ad Abraham dicitur: Benedicam benedictibus tibi. Et Psalmus tristissimam maledictionem hostibus Evangelij minatur, cum ait: Induit maledictionem vestimentum. Et consolatur pijs, ne fulminibus execrationum hostilium moveantur: Maledicent illi, & tu benedices. Hanc admonitionem hoc tempore necessariam esse duxi. D I X I iam de Pharisæica offensione, nunc de altero genere scandali dicendum est, quod vocatur Durum, de quo Matth. 18. dicitur: Væ homini per quem venit scan-

dalum. Est autem aut falsa doctrina, aut malum exemplum, quod alijs nocet, vel quia licentiam in alijs confirmat, vel quia alios ad imitationem inuocat, vel quia deterret aliquos ab Evangelio, vel quia præbet occasionem maledicendi Christo aut Ecclesie Dei, vel quia ferit alia plura peccata. Talia scandala fuerunt inde vsque lapsu primo Heuæ, sunt & erunt, falsa doctrina, idolorum cultus, hæreses, humanæ traditiones, quæ sine peccato seruari non possunt. Item mala facta, quæ serunt alia scelera quoquo modo.

Et de hoc secundo genere teneatur certissima regula: Hæc scandala, id est, falsas doctrinas, & praua exempla, vere peccata esse, damna hac voce Christi: Væ homini per quem venit scandalum. Quare hæc scandala, magna cura & vigilantia vitanda sunt. Hic autem cogitemus, quanta multitudo Diabolorum & hominum rea sit, & fuerit, propter huius generis scelera. Ac consideremus exempla quædam, ut edocemus formidare magnitudinem peccatorum, cum videmus ab uno delicto oriri infinita peccata & pœnas, & in ipsis pœnis cumulari peccata. O miseriam humani generis inenarrabilem.

PRIMVS autor scandali huius generis fuit Diabolus, cum decepit Heuam. Deinde à lapsu Heuæ & Adæ, quantum malum ortum est? Diabolus triumphauit aduersus Deum, quod hoc Dei opus horribiliter destruxisset, & auxisset contumelias aduersus Deum, gradatim in genere humano. Præterea propter lapsum primorum peccatum secuta sunt omnia totius generis humani scelera, & multorum hominum æternum exitium. Cum viderunt Heuæ & Adam nocere filij Abel, agnouerunt à suo peccato id triste spectaculum ortum esse. Ita vnum peccatum trahit secum ingens agmen scelerum & pœnarum. A Daudis adulterio quanta scelerum & calamitatum ruoeca orta est? Primum inter se filij dimicarunt, postea filius mouit seditionem aduersus patrem, polluit coniuges patris, matronas quæ fuerant pleinæ Spiritu sancto, perdidit multa millia ciuium. Hic quales triumphauerunt diabolorum, quæ moesticia fuit plorum, quantum contumeliatum est Spiritus sanctus in bonis mentibus? Et credibile est hunc dolorem multis pijs attulisse mortem. Pater certe sensit huius vultus magnitudinem, qui intellexit se tot scelerum reum esse, se esse fontem horum malorum, se esse maledictum, anathema, a latroem populi Dei, nec fuit ei facile eluctari ex hoc dolore, cum iram Dei sensit. Sed vicit tandem adiutus à Messia, sicut clamat: Beati omnes qui confidunt in eo. Hæc exempla recito, vt tantorum malorum cogitatio metum iræ Dei in nobis excitet, & vt sua quisque scandala mentem tueatur, & meminerit in vno delicto multa inuoluta esse, & in ipsis pœnis cumulari peccata. Nihil paruum, inquit Hippocrates, nihil contemne: Et Thucydides inquit de bellorū erratis, ἐξ ὀλίγου πρὸς πολλὰ.

et multo veriora sunt de hominum peccatis, sed securitas huma-
 ni ingenii magnitudinem suarum miseriarum & iræ Dei non agnoscit: Ve-
 ni ideo non solum voce nobis concionatur, sed etiam tristissimis
 oculis, ut eius iudicium aliquo modo agnoscere & timere incipia-
 mus, & admoniti voce Dei & nostris calamitatibus non nihil ex te-
 rris eluciemur. **P L E R V N Q V E** autem plus nocent doctri-
 na scandala, quam morum delicta, ut initio Diabolus Heuæ lathale
 culus fecit, offundens falsam persuasionem. Et omnibus tempori-
 bus postea Ecclesiam horribiliter dissiparunt autores impiarum opi-
 nionum, qui docuerunt idola coli, aut sparserunt blasphemias & hæ-
 reses. Quanta agmina animarum traxerunt in aeternum exitium,
 Arianus, Manichæi, & alij multi Hæretici? **N V L L A** mens
 humana magnitudinem malorum cogitare potest, quæ his vltimis
 mundi temporibus orta sunt à Mahometo, & à Pontificibus, qui de-
 traxerunt cenam Domini, qui stabilierunt inuocationem mortuo-
 rum, qui Euangelium de fide & vera inuocatione Christi falsis opi-
 nionibus obrui permiserunt, qui legem de Cœlibatu sacerdotum,
 & vota defenderunt. **V N A** lex Cœlibatus, quam multorum
 conscientias fauciauit, ne possent inuocare Deum? & in his plurimi
 ætate exitio oppressi sunt: Et recens Anabaptistarum virus multos
 perdidit & adhuc perdit. Horum horribilium exemplorum mentio
 ideo hic faciendâ est, ut bonæ mentes cogitent non tantum mala
 exempla morum, sed etiam falsas opiniones scandala esse damnata
 à Deo, & diligenter vitanda, ac de vtrisque concionatur Christus:
 Vt homini per quem venit scandalum. Nec tantum humanæ dili-
 gentiæ est vitare hallucinationes & errores doctrinæ: sed ardenti-
 bus votis assidue petendum est à Deo, ut luce Spiritus sancti regat
 mentes nostras, ne implicentur erroribus, sicut toto Psal. 118. petit
 Propheta: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custo-
 diam illam in toto corde meo. Et Christus inquit Matth. 26. **Vigila-
 te & orate, ne intretis in tentationem.** **H A C T E N V S** dixi
 de necessario faciendis, & necessario vitandis, nondum dixi de Adia-
 phoribus. Manifestum est doctrinam veram necessario proponendam
 esse, nec propter impiorum offensiones tacendum esse. Sic pius sa-
 cerdos ducat honestam coniugem, nec deturreatur offensionibus Pha-
 risæis. **S E D** hic tertia regula addenda est de Adia-phoribus, ut
 de eis carniū die sexto, ac similibus ritibus inutilibus, de his sic
 sentiendum est. **P R I M V M** doctrina, quæ monstrat veros
 cultus, & taxat commentitios, & causam ostendit libertatis in Adia-
 phoribus, proponenda est. Nam qui non didicerunt causam libertatis,
 adhuc putant ritus illos esse cultus, cum dubitatione conscientia
 violant traditiones. Omnis autem dubitatio conscientia impedit
 inuoca-

inuocationem. Quare apud eos, qui doctrinam non audierunt, & sunt homines modesti & dociles, non subito mutanda est confessio, sed prius doceri eos utile est, sicut Paulus inquit: Infirmam in fide assumite non ad dubitationes, id est, homines dociles, qui simplex sunt Euangelium, sed tamen adhuc aliquid dubitationis habent de his cultibus, erudite & confirmate, ut sciant se non peccare iudicando his ritibus. Ideo autem confirmentur, ne si cum dubitatione abiciant, conscientia fugiant Deum, & excutiantur fides & inuocatio. Verum quando sit utile mutationes facere, iudicium est potius mentis, tantum abstinet petulantia.

POSTquam autem doctrina de veris & falsis cultibus, & de libertate iam proposta est, concedendum est exempli causa, non vitiosos ritus abiciantur, nec pertinacia eorum laudanda est, qui non agnoscant doctrinam veram esse, tamen acerbè flagitant contra ritus.

HÆC pertinacia multiplex scandalum est, quia contrahit hostes veræ doctrinæ, & adducit imbecilliores in dubitationes, qui metuunt non probari usum libertatis illis, qui doctrina vel auctoritate antecellunt, & contristatur interdum Spiritus sanctus in imbecillioribus, cum dolent se accusari leuitatis. Hæc de re prodicantur in historia, quæ extat in quinto libro Eusebij.

NOTISSIMI coniuges, Attalus & Blandina, Lugduni in carcere erant, propter Euangelij professionem comprehensi, ac tunc producebantur in loca suppliciorum, ut flecterentur ad abijciendam Christi inuocationem. Erat autem vna alius quispiam Christianus in carcere, qui singularibus exercitijs se macerabat, non vino, non carne utebatur. Hic Attalo diuina reuelatione mandatum est, ut diceret illi duriori, ut communibus cibis uteretur, nec singulare exemplum cæteris proponeret: & ratio addita est, quod rudiores exitum tantæ hæc discrimina ciborum esse præstantiorem cultum Dei, quæm tantæ rem taxari prostr, non confirmari.

ATTALVS reuelationem illi duriori & cæteris in carcere exponit, quare & ille obtemperat, & cæteri hac voce admoniti erudiuntur & confirmantur. Hæc historia grauem causam recitat, cur horum pertinacia, qui intelligunt discrimina cultuum, non sit probanda, ne scilicet error in agendis, & dubitationes in imbecillioribus confirmetur.

ET si autem illa durities interdum est quædam grauata simulatio, tamen sæpe alias habet veras causas, non seruit Deo, sed incupatur beneuolentiam potentum, qui aduersantur Euangelio.

MULTO etiam magis peccant, qui cum hostibus Euangelij colludunt, premunt recte docentes, impediunt arte Euangelij cultum, & significant se alium Ecclesiæ statum desiderare & expectare. Hæc in his controuersijs videri volunt iusti censores, neutri parti adhaerent.

egri, incorrupti. Sed meminisse debebant vocem Christi. Qui colligit mecum, dispergit. **I**n civilibus controversiis, hoc in potest, ut non sumas tibi iudicium de alterutra parte, nihil enim potest singulis scire aliena negotia. Non opus erat Pomponio Attico querere utrius, Pompeij an Iulij causa iustior esset. Sed de controversiis doctrinæ necesse est singulos pios iudicare, amplecti, & profiteri vera, iuxta illud: Si quis aliud Evangelium docet, Anathema sit. Et confessio mandata est: Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre cœlesti.

Hæc cogitent bonæ mentes, & studeant sua confessione, & suis officiis fouere & tueri Ecclesias recte docentes, ornent hunc præteritum statum, ut dicitur: Spartam quam nactus es, orna, Non colubant cum hostibus veritatis, nec quarant animo aliam Ecclesiam, aut aliud ministerium, cum sciant quæ Ecclesia recte doceat. Deus vult nos amare Ecclesiam recte docentem, & studium ei nostrum decurere, vult ministerium Evangelij honore affici & iuari, sicut & Dominus præcipit: Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. Et additur promissio mercedis: Erit abundantia diligentibus te.

Cum quæ manifestum sit defendi idola & errores ab hostibus Ecclesiarum nostrarum, & necesse sit fugere idola, & constet in Ecclesijs nostris recte doceri, & remotos esse idolorum cultus, pietas est, has Ecclesias fouere, & his se adiungere. Vitemus sandala omnis generis, non præteritum Evangelij seruiatur priuatis affectibus, non premanetur recte docentes, non impediatur studia piæ doctrinæ, sed ut in alueolis ipsæ singulæ conferunt labores suos ad communem utilitatem, ita nos doceramus singuli omnia studia & officia nostra, ad salutem & tranquillitatem Ecclesiarum recte docentium, & iuuenus pia studia, ut ad plures doctrina pura de Deo & de Domino nostro Iesu Christo propagetur.

In secundo præcepto dicitur: Non habebit Deus infontem, quinque, nomen Dei vane vsurpauerit. Non dubium est igitur pœnas Deo damnos esse omnes, qui Evangelij doctrinam scandalis dedecorant. Ac his vltimis temporibus in tanta confusione opinionum & generationum profecto necesse est nos circumspetiores & vigilantiores esse. Nunc illam vocem Christi nobis inculcemus: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Et hac nos consolatione sustentemus, quod eodem tempore inquit Christus: Expetiuit vos Satanas, & cruciaret nos, ac dissiparet, sed ego pro te orauit, ne deficiat fides tua. **T**ERO FILII DEI IESU CHRISTE, crucifixe pro nobis & resuscitate, miserere nostri, & Spiritu sancto tuo veram lucem in cordibus nostris accende, & auge, & rege mores & studia nostra.

SI quis Principum in Babylone audisset Iudæos in exilio gloria-
ri, sibi diuinitus libertatem donatam esse, dixisset amenum esse
hæc prædicare. Ita nunc derideri nos à viris politiciis arbitro, cum
in his tristissimis ruinis Regnorum, cum crescit seruitus vniuersæ,
cumque multa millia piorum hominum à Turcis, quotannis ante
ob oculos nostros abduci videmus, cumque passim seruitia in ipsa
iusta exercetur, adhuc libertatis mentionem facimus, & libertatem
nostram gloriose prædicamus. Primum igitur hoc præfandum est
nos quoque dolere vicem Ecclesie Dei, quæ his scitis & tyrannicis
temporibus, & in hac confusione Regnorum, passim dura secerata
premitur.

ET vt maxime foueretur imperijs iniuriarum, iu-
men Ecclesia semper à Diabolo excruciat, & adhuc morte & mul-
tis calamitatibus in hac vita onerata est. In quantis doloribus iu-
runt Adam & Hæua, cum viderunt necesse & scelera posterorum, ni-
iamsi nondum erant Regia imperia aut tyrannides. Semper in gen-
tibus miserijs oppressa fuit, est, & erit ante resurrectionem Ecclesia
Dei. Quid igitur vocamus libertatem? Num inane voca-
bulum est, vt sunt Stoicorum Paradoxa, seu ineptia, qui dicunt so-
los sapientes liberos esse? Longe alia est doctrina Evangelij de liber-
tate, de qua Christus loquitur, cum ait: Si vos filius liberauerit, vere
liberi eritis. Vere, inquit, liberi, non inani titulo, aut vmbra libera-
tis, sed re ipsa, deleto peccato, placata ira Dei, abolita morte, sub-
latis omnibus calamitatibus humanis, donati æterna iusticia, lux,
vita, gloria.

COMPLECTITVR Christus integram liber-
tatem, quam ipse attulit & peperit sua morte Ecclesie sue. Non
quidem in hac vita incoatur illa vera libertas, sed in resurrectione
erit integra, cum deletis omnibus malis Ecclesia fruatur æterna
dulci consuetudine Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. In illa
æternam & integram libertatem mente intueamur, quoties vocem
libertatis audimus, & simul cogitemus, eam in hac vita incoari. Sed
remoueamus somnia de politica libertate corporum, de imperijs, vt
Iudæi adhuc libertatem & instaurationem regni in Palestina spe-
rant. Nihil hæc somnia ad hanc doctrinam pertinent, quam de li-
bertate proponit Euangelium.

ET si igitur Ecclesia non so-
lum ab Imperijs oppressa est seruitute in hac vita, sed etiam mag-
nitudine calamitatibus alijs exercetur: tamen doctrina de libertate
solationem in his ipsis malis firmissimam proponit. Ad signum
cales, Priamus, Agamemnon, Palamedes, Cato, Cicero, Brutus,
alii innumerabiles ignorantes Deum, sed succumbunt suis calamitatibus.

habent Deum mitigantem euentus, aut confirmantem animos, opprimuntur æterna desperatione, & æternis tenebris de profligata & de iusticia Dei.

At Ioseph, Dauid, Ionathas, Ezechiel, Ieremias, Baptista, Paulus, etiam cum affliguntur, tamen certant in patientiam, qui confirmat animos, & saepe mitigat ipsis euentus, cum opprimuntur, tamen paulo post Ecclesie profunt horum agones, & hi sciunt se post hanc uitam in resurrectione habituros æternam gloriam. Ita habent in hac uita incoartam libertatem, quia à Deo cepti sunt, reguntur ab eo, defenduntur & adiuuantur, & sciunt post hanc uitam se habituros esse integram libertatem. Iam cogita quantum bonum sit, quanta libertas etiam in medijs ærumnis, & media morte, Deum habere propitium, opitulatorem, gubernatorem & protectorem.

Hæc concio de libertate res ueras, certas, quæ habent euidentia testimonia in Ecclesia, & quas Ecclesia, ego & tu & omnes pij experiuntur, proponit, non affert inania somnia Iudæorum ut Socinorum, aut Struhij, qui plebem liberamentis volebat. **DISTRIBVO** autem uisitate docendi causam libertatem Euangelicam in quatuor gradus.

PRIMVS est. In prima mala sunt peccatum & ira Dei, ita necesse est primum dici de hoc gradu, quomodo ab his malis liberemur. Est ergo primus gradus libertatis, quod gratis propter filium Dei donantur nobis remissio peccatorum, reconciliatio, iustificatio seu imputatio iusticiæ, & acceptatio ad uitam æternam, & hæreditas uitæ æternæ.

Hæc est libertas, quod propter Christum gratis hæc tanta bona certo donantur. Vult nos Deus certo statuere & credere nos agentes penitentiam recipi in gratiam, exaudiri & saluari propter filium gratis, etiam si nostra ratio nos accusant ac deterrent, ne hæc bona accipiamus. Sumus igitur liberati à peccato, ab ira Dei, ab æterna damnatione, à lege accusante nos, & à conditione meriti. Et alia res proposita & donata est, propter quam accipimus remissionem peccatorum, scilicet, id est, accepti à Deo pronuntiamur, scilicet, filius Dei mediator, non lex aut merita nostra, ac reconciliati, reputantur iusti, id est, accepti à Deo ad uitam æternam, etiam si procul absunt à perfectione legis, sed propter Christum fide. O ingens beneficiū, quod quamquam adhuc hærent in reconciliatis reliquiæ peccati, quamquam magna mole sordium premimur, tamen placemus certo propter Christum, ac si proferus legi satisfaceremus. De hoc gradu libertatis concionatur Paulus, cum ait: Christus nos redemit à maledictione legis, factus pro nobis maledictum. Breue dictum est, sed longe omnium Angelorum & hominum sapientiam superans, quia uera, ingens & ineffabilis aduersus peccatum significatur, cum filius, in quem deriuata est, uocatur maledictum. Hic factus est pro nobis $\lambda\upsilon\tau\tau\omicron\rho\varsigma$ & uictima.

De

De hoc beneficio & hac liberatione semper & in omni inuocatione cogitandum est, & fide statuendum, quod propter Dominum nostrum Iesum Christum vere nostra peccata remittantur, recta & secula sint, & quod vere velit nos propter mediatorem recipere, exaudire, saluare. In his exercitijs inuocationis quotidie crescit intellectus huius libertatis, de qua in hoc primo gradu dicitur, qui doctrinam de iustificatione, quæ supra copiosius recitata est, continet. **S**E^C**V**^D**V** gradus est donatio Spiritus sancti, qui nouam lucem in mente, & novos motus in voluntate & corde accendit, gubernat nos, & cooperatur in nobis vitam æternam. Etsi autem hic secundus gradus cum primo coniunctus est, tamen docendi causa discerno, ut quoties de liberatione à lege dicitur, intelligatur non tantum auxilium, ut Augustinus plerumq; enarrat, sed etiam gratuita imputatio iustitiæ.

AV^G**V**^S**T****I****N****V****S** plerumq; sic loquitur: Liberati sumus à lege, id est, donato Spiritu sancto iuuamur, ut legi obediamus, nec uero frustra nitimur coacti à lege. Recte de auxilio dicit, sed necesse est conspici & alterum beneficium, scilicet gratuitam remissionem peccatorum, & imputationem iustitiæ, quæ donatur propter Christum. Hoc ingens munus conspici necesse est, ut Christus suus hoc tribuatur, & conscientiæ teneant veram & firmam consolationem, & possint inuocare Deum. **L**O^Q**V**^I**T****V****R****A**urem Christus de tertio gradu, cum ait: Si vos filii liberauerit, vere liberi eritis. Et quidem de integro beneficio concionatur, Filius placat iram Dei, tollit peccatum & mortem, dat iusticiam & vitam æternam, resuscitat nos ad æternam gloriam & læticiam, qua fruemur in consuetudine Dei, angelorum, & vniuersæ Ecclesiæ. Hæc integra libertas est beneficium de quo Christus concionatur, quam tamen hic incoari oportet.

AD^H**V****C** subiecti sumus cruci & morti corporis, exerceamur in gentibus calamitatibus, hærent adhuc in nobis sordes & macule cogitationis, & oppugnamur à Diabolo, qui interdum implicat nos in inextricabilibus. Et nemo tam cautus, tam diligens est, ut non quando in deliberationibus erret. Deniq; regere ipsi difficultatis & periculosissimum vitæ cursum, & vocationum negotia, sola humana diligentia non possumus, ut inquit Ieremias: Scio Domine quoniam est hominis via eius. **Q**V^A**N****Q****V****A** igitur in tristi carceris huc inclusi videmur, tamen sumus liberi. Primum, quia certum est nos propter Christum habere Deum propitium, & defensorem, ut accipiet primus gradus libertatis: Deinde, quia adiuuamur & gubernamur à Spiritu sancto. David inextricabili malo consistatur, carceris regno exultat, sed tamen hac se certa consolatione sustentat, quod à Deo non sit abiectus, meminit vocem Nathan: Abstulit Dominus peccatum tuum. Deinde petit auxilium & gubernationem Spiritus sancti.

lij, & experitur se à Deo iuari. At Themistocles Græcia expul-
 sionem harum consolationum nouit, sed tantisper dum habet re-
 gnum & humana præsidia, fert exilium tranquilliore animo.

DIDICERVNT secundum gradum libertatis omnes sancti
 periculis, cum experti sunt se iuari, & confirmari à Deo, sicut Ste-
 phanus in confessione, & agone mortis, Laurentius & alij multi in
 confessione.

QUARE & nos nostram infirmitatem & pericu-
 losissimas, de hoc gradu cogitemus, petamus auxilium & gu-
 bernationem Spiritus sancti, sicut præcipit Christus inquit: Peri-
 culis & accipietis. Item: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati
 estis, & ego reficiam vos. Cum inuocabimus, sine vlla dubitatione
 petemus nos iuari, regi consilio, gubernari exitus, depelli pericu-
 losis, & mitigari ærumnas. **H**ÆC inuocationis exercitia erudi-
 unt nos de hoc secundo gradu libertatis. Iam quanta beneficia Dei
 sunt hi duo gradus, secum quisq; cogitet. Sunt enim liberationes ex
 summis malis, à peccato, ab ira Dei, à morte æterna, donatio iustitiæ
 à vitæ æternæ, defensio aduersus diabolum, gubernatio in omnibus
 negotijs & periculis, regente corda Spiritu sancto, & accedente in
 nobis cogitationem verbi Dei, deniq; præsentia æterni Dei nos iam
 complectentis propter filium suum Dominum nostrum Iesum Chri-
 stum. His bonis nihil est melius aut maius. **I**TA QVÆ libertas
 præta sanguine Christi, quam offert Euangelium, ingens & immen-
 sum bonum est, nec est inane nomen, aut Stoica imaginatio, vt homi-
 nes inopij iudicant.

NEC difficile est sanis mentibus & pijs vi-
 dere discrimen inter hanc liberationem à peccato & ira Dei, & politi-
 cam libertatem, seu liberationem à tributis: de hac externa politi-
 ca tranquillitate vel seruitute in his duobus gradibus nihil dicitur.
 Habet hos gradus libertatis animæ Ioseph, quamuis seruus & conie-
 ctus in carcerem: habet eos Daniel sedens inter Leones: Laurenti-
 us in carceribus in craticula. Nam politica libertas aut seruitus nihilo ma-
 ius ad hos duos gradus pertinet, quam robur corporis aut imbecilli-
 tas. Gal. 3. dicitur: Omnes filij Dei estis per fidem in Christum
 facti. Non est Iudæus, nec Græcus, nec seruus, nec liber. Sed facile
 est pijs hæc intelligere, alia animæ bona sunt, alia res sunt corpo-
 rum discrimina.

TERTIVS gradus tandem de externa & politi-
 ca vita traditur, videlicet, Christianos non esse alligatos ad politi-
 cam Moysi, aut vllam certam vnius gentis politiam, sed singulis locis
 parere magistratibus & legibus præsentibus debemus, si modo leges
 sunt consentaneæ iuri naturæ, nec præcipiant aliquid fieri cõtra man-
 data Dei. Ve alijs dierum & noctium spacijs vimur in alijs regionibus,
 ita licet vti alijs Magistratuum, imperiorum & legum formis,
 modo ut leges, sicut dixi, nihil præcipiant fieri contra mandata Dei:
 Ideo

Ideo autem de hoc tertio gradu libertatis rudiores docendi sunt, quia saepe perniciose seditiones motæ sunt ab indoctis, qui contendunt oportere Christiano regi legibus Mosaicis. Hic error taxandus est, ut clare docent Propheta, Christus, & Apostoli, finem fore politiam Iudaicam post passionem & resurrectionem Christi. Et ipsæ ruinæ Ierosolymorum testantur ante annos 1470. politiam Iudaicam decessisse. Hinc regula traditur, Abrogatas esse ceremonias Mosaicæ, nec leges iudiciales Moysi ad Ecclesiam Christi pertinere. Politia illa ad certam gentem pertinebat, & duratura erat certo tempore, non pertinet ad alias gentes aut alia tempora. Hæc confirmantur multis perspicuis testimonijs, ut Act. 10. Et ad Gal. 3. cap. & 5. In Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec præputium, sed fides, quæ per dilectionem est efficax. **S E D** hic quaestio agitur, cum dicitur abrogatione legis, tota ne lex intelligitur abrogata, an tantum duæ partes, scilicet ceremoniæ, & forenses? Atqui maius onus est, futurior carcer, lex moralis, quam ritus illi externi ceremoniarum.

R E S P O N D E O. De ceremonijs & forensibus legibus, responsio non difficilis est. Sicut Athenis tabulæ Solonis, aut Romæ decemvirales, mutata republica interierunt, sic ceremoniæ & forenses leges Moysi promulgatæ, ut certo tempore durarent, & deleta politia Iudaica neminem obligarent, nunc extinctæ sunt. Supra autem in distinctione veteris & noui Testamenti dictum est, cur constituta sit illa politia.

S E D de lege Morali difficilior est responsio, quam exprobrant Christus & Apostoli, & non intelligunt homines propheta, & sine poenitentia viucentes. Nam lex moralis, non est lex mutabilis, nec ceremoniæ, aut tabulæ decemvirales, sed lex Moralis est æterna & immutabilis regula in mente diuina, præcipiens faciendâ, & prohibens ac puniens non faciendâ.

V T hæc propositio æterna & immutabilis est, Deus est sapiens, bonus, iustus, sic hæc propositiones æternæ & immutabiles sunt, Deus iudicat iustum esse, se condicere à creatura rationali diligi, & anteferi omnibus rebus, Deus iudicat vagas hominum libidines malas esse, Deus approbat obedientiam quam postulat, Deus irascitur contumaciæ. **E T** huius legis potentia transfusa est in creaturas rationales, nec potest illis manibus aboleri, sicut noticia numerorum aboleri non potest.

M A N E T igitur semper hæc regula, scilicet lex moralis, & manet semper ordo diuinæ mentis, ut creatura obediât. Obligat autem omnino ad obedientiam, vel ad pœnam. **C V M** igitur homines non profiterint obedientiam, necesse fuit aut ipsos in pœna interire, aut eum persolvere pœnam, seu *ἀντὶ*. Itaq; mirando & inenarrabili consilio soluit *ἀντὶ* filius Dei pro nobis intercedens, & derivans

iram quam nos sustinere oportuit. Quare non sine compensatio-
 Deus legem suam mitigavit, sed iusticiam servavit in flagitanda
 pena. Ideo Christus inquit: Non veni solvere legem, sed implere
 eam, scilicet, subeundo poenam pro genere humano, & docendo &
 iustificando eam in credentibus. Difficilis est explicatio huius rei,
 sed pio orō, ut hæc quæ dixi, expendant. Et cum Christus *λύτρω*
 perfolverit, liberati sumus à lege, propter ipsum, scilicet ne manea-
 mus in maledictione, modo ut fide beneficium eius nobis applice-
 mus. Ideo Paulus diserte inquit, nos liberatos esse à maledictione le-
 gis, scilicet, quia Christus persolvit *λύτρω*. Non remissa sunt pecca-
 ta in voluntate Dei, aliqua mobilitate sine causa, sed intercessit ma-
 gna compensatio propter iusticiam Dei. Sic primi patres etiam ante
 Moysen, Abraham, Isaac, Iacob, & deinde Moyses, Samuel, David,
 Berylla, sentiebant sibi remitti peccata, & se recipi propter filium
 Dei, non propter legem, & se reconciliatos, quanquam non erant sine
 filiis, tamen Deo placere, quia à lege liberati essent propter fili-
 um, quem sciebant *λύτρω* persolurum esse, sicut Baptista inquit:
 Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi, id est, victima à Deo desti-
 nata. Hæc est abrogatio legis moralis, de qua Paulus concionatur, di-
 scite dicens, per Christum nos à maledictione legis redemptos esse. Ita
 liberati sumus, si beneficium Christi nobis fide applicamus.

Hæc doctrina nos de utraq; re admonet, de ingente ira Dei
 obversus peccatum, quod non remissum est sine compensatione, & de
 admirando beneficio Christi. Semper odit Deus peccatum, sed quia
 iram suam in filium derivavit, nos recipit. Lex enim obligat, ut dixi,
 ad obedientiam, vel ad poenam, & poena à filio persoluta est.

Nunc igitur ad principalem quæstionem respondeo. Libe-
 rati sumus à maledictione legis moralis, quia filius persolvit *λύτρω*,
 & propter filium recepti sumus, sed manet ordo Dei æternus & immu-
 tabilis, ut creatura Deo conditori obtemperet. Non accusat, non
 damnat lex reconciliatos, sed manet ordo in mente diuina, & in no-
 stra mente, ut Deo obœdiamus. In hanc sententiam dicitur: Abro-
 gata est lex, quod ad maledictionem attinet, non quod ad obedientiam
 attinet. Ideo & Spiritus sanctus datur, ut deinde vere accendantur in
 cordibus nostris motus congruentes legi Dei, ut 2. Corinth. 3. Nos
 rectè facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem trans-
 formamur à gloria in gloria, tanquam à Domini spiritu. Ex his
 intelligi potest dictum Pauli: Non estis sub lege, sed sub gratia, sci-
 licet, quia in Christum translata est poena, credentes liberati sunt ab
 ea, & iam propter Christum iusti seu accepti sunt, etiamsi hærent in
 reliquis peccati, quibus repugnant spiritu. Quod dicitur: Iusto
 non

non est lex posita, manifeste eo loco apud Paulum de disciplina dicitur, ait legem positam iniustis, adulteris, homicidis, &c. ut conseruatur, accensentur, puniantur. Hac disciplina & hoc carcere, iustus, id est, renatus Spiritu sancto, non damnandus est, sed regitur Spiritu sancto, prælucens verbo Dei, cui scit creaturam rationalem libertatem esse. Et eo loco apud Paulum emphasis est in verbo *Lex*. Iustum lex non premit, non obruit. **Q**UARTVS gradus est libertatis, quod Euangelium docet ritus humana autoritate factos in Ecclesia de adiaphoris, non mereri remissionem peccatorum, non esse iusticiam Euangelij, non seruandos esse cum opinione necessitate, sed posse omitti extra casum scandali. Hac clare traduntur in his deis: Frustra colunt me mandatis hominum. Item, nemo vos arguit in cibo potu, &c. Recensui autem supra quos errores addere hoperit illis humanis ritibus, quos errores cum refutare necessitas, de hoc gradu libertatis in Ecclesia dicendum est. Deus vult se & voluntatem suam agnosci ex verbo suo, non concedit nobis licentiam fingendi opiniones nostro arbitrio, ut sine iure Ethnici, & idolorum cultores omnibus temporibus. Nam hic fons est multorum errorum, quod homines putant sibi licere de Deo fingere opiniones, & bono studio, ut dicunt, cultus instituere. Pium ducunt Thebani, potest Deo vbertatem vinearum, ideo bacchanalia instituunt. Pium ducunt Siculi, petere ut frumentum feliciter proveniat, ideo Cererem filiam colunt. Pium ducunt Romani petere victoriam in bellis, adeo Martem colunt. Et hi cultus cumulantur.

OMNIBUS autem hi errores ex hoc vno fonte oriuntur, quod putant homines, sibi licere fingere suo arbitrio opiniones de Deo, & cultus. Sicut & Aaron putabat, fingens cultum ad vituli simulacrum, & Ieroboam, audacissime abducens populum Israel à templo Dei, ad sua sacrificia.

HIC clamant sapientes: Quid hæc res mali habet? Cur non concederetur augere honesta exercitia? Quid Ethnici, quid Aaron, quid Ieroboam aliud volebant, nisi ut noticia Dei confirmaretur, ut populus ad invocationem inuitaretur, ut bonis exercitiis ad pia opera assueheret? Hæ species, & hæ *τιθαιολογία* iniquæ sefellereunt, fallunt & fallent genus humanum.

Item sapientes ratiocinantur: Quid mali est, à multis & singulis offerri Christum? Fiunt ibi preces pro viuis & mortuis. Quid mali est, circumgestare partem sacramenti? Augetur populi invocatio. Sacramentum honore afficitur. Quid mali est, petere à mortuis qui viuunt apud Deum, ut pro nobis intercedant? Haud dubio in Ecclesia in caelo & in terris semper coniungit preces. Speciosa sunt, & ab eloquentibus ornari possunt.

SEd hæc speciosa rationes & τῶνανολογία abducunt homi-
 ni verbo Dei. Ideo hi ludi à Deo prohibiti sunt. Nam simili auda-
 cione hæretici suos errores, alij alios, imo lucente conscientia
 remissione peccatorum, & de voluntate Dei in magnis calamita-
 tibus animi se assuefacti, vt rationis opiniones sequantur, amittunt
 eas consolationes à Deo traditas. De paruis rebus, inquit,
 politici, moueri certamina, quæ sint exitiosa imperijs. Hærent
 in discordiis, & crescunt factionum studijs & odijs. Nam homines
 moderati dissentiuunt: Cur igitur inquit, de lacte, de onis, de e.
 carnium tantas agitis tragedias? Cur non antefertis his minutis
 publicam concordiam & tranquillitatem? **V E R A** &
 firma responso est, non de paruis rebus dimicari, sed de multis ma-
 gnis rebus, quæ sunt anteferenda nostræ vitæ, omnibus corporum
 commodis, imperijs, & concordia publicæ, videlicet de vera agnitio-
 ne & inuocatione Dei, ne de Deo & eius voluntate quærantur opi-
 niones, extra verbum ab ipso traditum, sicut fecerunt Ethnici & om-
 nis fanatici spiritus, Samosatenus, Arius, Manichæi, Pelagius, Ma-
 homer. Talis furor reprehenditur, qui etiam si dissimiles materias
 proponit, tamen vniuersi est. Ex iisdem tenebris oriuntur baccha-
 nalia, & Samosateni error, & leges Manichæorum de cibis, & lex
 pontificum de cœlibatu sacerdotum, & sacrificulorum temeritas de
 venditione missarum, & inuocatione mortuorum. Vult Deus mentes
 nostras alligatas esse ad suum verbum, à quo cum discessum est, se-
 quuntur innumera deliria & idola. Itaque de hac regula dimicamus,
 ne à verbo Dei discedatur. Quare de re omnium maxima Ecclesiam
 commonefaciamus, & quidem mandato diuino. Nota est enim sen-
 tentia: Si quis aliud Euangelium docebit, anathema sit. Præterea sa-
 pientes illi politici, excerpunt minuta in speciem, esum carniū aut
 oorum, his, aiunt, anteferenda erat concordia publica. At non ran-
 tum de esu carniū, aut talibus minutis rebus contendimus. Dixi
 de fonte errorum commonefaciendam esse Ecclesiam, id est, de au-
 dacia humana discedente à verbo Dei, quæ fluxit non tantum leges
 ciborum, etsi hæc solæ etiam multum errorum gignunt, sed etiam
 alia manifestiora idola, vt venditiones missarū pro viuis & mortuis,
 inuocationes mortuorum, legem cœlibatus & alia. Nec finis est ho-
 rum furorum. Nunc Anabaptistæ simili furore nouas opiniones &
 nouos ritus excogitant. Necessaria est igitur Ecclesie doctrina de hoc
 quarto gradu libertatis, & diligenter cōsideranda est causa, quod ne-
 cesse sit admoneri Ecclesiam, ne à verbo Dei discedatur. Lucerna pe-
 ditibus meis verbum tuum, inquit Propheta. Faciles sunt autem lap-
 sus, & initio obscuri, cum hac luce excussa, amplectuntur animi hu-

manas opiniones, quæ stabilunt idola, & quæ rursus in horum
 quas Paulus ipse inquit, speciem habere sapientiæ, cum tamen sint
 impossura. Quid verat, inquit, cum nobiscum vniuersa Ecclesia
 in cœlis & in terra semper oret Deum, ne sinat extingui veram do-
 ctrinam, sed vt colligat sibi & regat Ecclesiam, compellat etiam
 eos, qui fruuntur Dei consuetudine, & hortari, vt suas preces ad nos-
 tras adiungant, certe norunt hanc esse voluntatem piorum. Hæc
 plausibiliter dicuntur, sed hic prætextus quanta scelera confirmat.
 Exaudire singulorum vota, & spectare motus cordium, solus est
 Dei, seu omnipotentis naturæ, vt clare dicitur 2. Paralip. 6. Tu sola
 nosti corda filiorum hominum. Hunc honorem mortuis tribuere so-
 li, qui compellant singulos. Deinde accedunt maiora delicta, huius
 mortuos ipsos esse opitulatores, & alijs alia munera attribui-
 prorsus vt Ethnici à Iunone diuitias, à Pallade sapientiam, à Vene-
 re felices amores, à Marte victorias, & ab alijs alia petebant. Ita ce-
 mulantur delicta, cum initio propter plausibilem rationem non pro-
 cul discessisse à verbo Dei videmur. At constat nullum esse exem-
 plum inuocationis mortuorum in Prophetiis & Apostolicis scrip-
 tis. Constat non esse inuocationes instituendas humanæ auiditiæ.
 Hæc regulæ opponendæ sunt illis fucosis excusationibus, quibus non re-
 fluti quidam pingunt idola, vt olim in fœtis pingebantur flumina,
 Sanguineis ebuli baccis, minioque rubenti. Hæc ad con-
 monefaciendos studiosos dixi, ne præstigijs illis excusantium erro-
 res & idola, abduci se à veritate sinant. Nam si ludi illi audacissimi
 excusantium idola concedentur, quæ religionum confusions erunt.
 Horresco cogitans has Diaboli insidias. Et quia nulla humana dis-
 gentia satis cauere has γορκείας potest, Oro Dominum nostrum Je-
 sum Christum, pro nobis crucifixum & resuscitatum, vt ipse potes-
 tem sui Euangelij defendat, & omnia idola destruat, & mentes nos-
 tras regat, vt vera & salutaria doceamus & agamus. Nunc

ad vsitatum argumentum respondebo, quod obijcitur:

Potestati necessario obediendum est:

Potestas Ecclesiastica instituit ritus, tum de re-
 bus adiaphoris, tum de alijs,

Necesse est igitur seruari ritus, præsertim in
 rebus adiaphoris.

RESPONDENDVM est ad maiorem, quæ non est vera, sed
 potestas præcipit, vt impia doceamus, aut faciamus. Tunc enim ne-
 cesse est aduersari, iuxta illas regulas: Oportet Deo magis obedire
 quam hominibus. Primum igitur, cum traditiones aperte præcipiant,
 ea quæ sine peccato non possunt fieri, constat eas esse doctrinas de-
 moniacas.

riorum, nec obediendum eis esse, sed redeundum ad mandata
 Tales sunt multæ traditiones pontificiæ, vt abusus cœnæ Domini
 inuocatio mortuorum, lex de cœlibatu. Hæ traditiones reijcien-
 tæ sunt, & obtemperandum mandatis Dei. Primum mandatum in-
 uocatur, Non habebis Deos alienos. Non igitur inuoca mortuos, sed in-
 uoca omnipotentem Deum, conditorem omnium rerum, qui se pa-
 teri, dato Euangelio, & misso filio suo Domino nostro Iesu Chri-
 sto, pro nobis crucifixo & resuscitato, & sic inuoca, quemadmodum
 ipse docuit nos inuocare, fiducia filij mediatoris, &c. Deinde etiam
 cum traditiones loquuntur de rebus sua natura adiaphoris, tamen
 sunt impia, & doctrinæ Dæmoniorum, propter errores qui simul
 proponuntur ac defenduntur, videlicet quod mereantur remissionem
 peccatorum, aut sint cultus Dei, id est, opera quibus Deus iudicet se
 honore affici, aut quod Episcopi habeant potestatem instituendi ta-
 les cultus. Hos errores taxari necesse est. Et exempli causa aduer-
 sandum est, vt Ecclesia intelligat, non discedendum esse à verbo Dei,
 nec laxandos esse frænos humanæ audaciæ, vt fingant homines suo
 arbitrio opiniones, & cultus. Propter has causas & Christus excu-
 sat Apostolos, violantes traditionem Pharisæicam, Matth. 15.

HÆC prima solutio maxime perspicua & plana est, sed te-
 nenda est & altera, quæ etiam vera & firma est. Maior vera est de o-
 bedientia, qualem docet Euangelium. In his quæ sunt iuris diuini,
 conscientia necessario debet obediere pastoribus. Iuxta illud: Qui vos
 spernit, me spernit. De ritibus adiaphoris, qui boni ordinis causa in-
 stituti sunt, Euangelinum præcipit, ne sentiamus, cultus, aut necessari-
 os esse, sed seruari concedit, sine opinione iusticiæ aut necessitatis.
 Hanc sententiam diuinitus traditam, non potest humana autoritas
 aboleri. Quæ etiam cum præcipiunt Episcopi, obediencia sita-
 ta, ne deleat sententiam à Deo traditam. HÆC responsiones ve-
 ræ sunt & firmæ, nec pugnant cum hac voce Christi: Super cathedram
 Moysi sedent Scribæ & Pharisæi, Omnia quæ dicunt facite. Nam hæc
 sententia non præcipit, vt facias aut sentias aliquid contra mandata
 Dei, imo alio loco præcipitur, Cauete à fermento Pharisæorum. Et
 Matth. 15. expresse reijciuntur humanæ traditiones, quæ sunt cor-
 ruptelæ legum diuinarum. Et Paulus inquit: Si quis aliud Euangelium
 docebit, anathema sit. Nequaquam amplectenda fuerunt interpreta-
 tiones Pharisæorum, quæ sinxerunt sacrificia Levitica mereri remis-
 sionem peccatorum, Messiam non fore victimam pro peccatis, sed
 occupaturum esse mundi imperium, & distributurum regna Iudæis.
 Tales errores certe non erant amplectendi. Ideo dictum illud Chri-
 sti, non incipitur de traditionibus aut opinionibus pugnantibus cum
 verbo Dei.

Nec vero dicuntur hæc, ut quiddam de vera auctoritate ministerij Euangelij ac pastorum detrahatur, imo horum auctoritas minuitur. Affirmamus deberi necessario obœdientiam recte docentibus, in ijs rebus omnibus quæ sunt iuris diuini, iuxta illud: Qui vos audit, me audit. Sed hæc sententia non potest transferri ad oporones aut leges pugnantes cum Euangelio, nec regnum extra Euangelium constituit.

DEINDE & hoc addimus, cum boni ordinis causa, tempora & lectiones distribuunt, ita seruandos esse eos ritus, ut scandala caueantur. Ac præsertim nos in Ecclesijs emendatis mauerimus, qui honos debeat ministerio Euangelij. **P**atet enim v v m beneficium Dei est hoc ministerium, & ingentibus miraculis à Deo subinde instauratum est, & defensum in genere humano. E vult Deus sonare suum Euangelium in publico cœtu, & honoris congressibus, sicut scriptum est, Laus eius in Ecclesia sanctorum. Hæc nomen suum inuocari & celebrari vult in quadam frequentia, & obd promissionem congregationi: Vbi duo aut tres congregati sunt in nomine meo, in medio eorum sum. Iterum dico vobis: De quocumque duo in terra consenserint, quam petent, fiet eis à patre meo confit. Vult etiam illos ipsos congressus publicos testes esse tue confessionis, vult & conspici seiunctionem veræ Ecclesiæ retinens Euangelium ab aliarum sectarum conuenticulis.

ITA QUAE publici Ecclesiæ congressus necessarij sunt ad retinendum ministerium Euangelij. Quare in Ecclesijs quæ recte docentur, omnes & amant & adiuuent congressus publicos, obtemperent pastoribus recte docentibus, qui tempora & lectiones distribuunt. Quoties in templum venis, cogita de immenso beneficio Dei, colligentis sibi Ecclesiam æternam ministerio & voce Euangelij, & simul de tota doctrina creationis & redemptionis humani generis ipse te commonefacito, memento promissionem datam de presentia Dei. In hoc cœtu vult Deus honorari & exaudire. Hic ostendas in inuocatione & vsu Sacramentorum te membrum esse populi Dei, & auditorem Christi. Ac simul illam vocem tecum repete, quam vellem omnium templorum parietibus rescriptam esse. Quos elegit, hos & vocauit. Nulli sunt electi extra hunc cœtum vocatorum, non alibi populum Dei nisi inter vocatos querito. Sunt autem vocati, qui sunt socij huius cœtus audientis Euangelium, & Sacramentis inserti hæc cœtui. Quanta hæc consolatio est piæ menti, nosse tantum in his cœtibus esse hæredes vitæ æternæ, non alibi? Agas igitur gratias Deo æterno Patri Domini nostri Iesu Christi, quod te vocauerit ad Euangelij agnitionem, & ad hos cœtus & congressus. Et omni officio horum congressuum frequentiam adiuues ac tuearis. Ipsos etiam pastores recte docentes ama, & eis reuerenter obœdias in functione ministerij, & benigne confer ad aliar-

ados, ubi opus est. Hæc & cogitanda pijs, & uero studio faciendâ
 Sic & de scholis, in quibus sonat vox Euangelij, sentiamus, scia-
 Deum uelle tales esse doquentium & discipientium congressus, & has
 esse Ecclesiæ, in qua multi sunt electi, hæredes uitæ æternæ, &
 idem ex hoc ipso cœru sumit doctores, per quos ministerium Eu-
 gelij publicum seruat. Regnat Christus ad dexteram Patris æter-
 næ, & dona det hominibus, pastores & doctores: Adest ergo in hoc
 pio piarum scholarum consensu, & ex hoc numero eligit, ac prepara-
 Spiritu sancto pios scholasticos, ut Ecclesiæ suæ deinde seruiant,
 Euangelij propagationem adiuuent. Amandi sunt igitur & fouen-
 di huiusmodi congressus, & adiuuandi congressus, qui quidem nos etiam de æter-
 nitate aduoneant: nam illa infinita æternitas, talis erit consuetudo
 conuentus Ecclesiæ, ad audiendam Dei & Domini nostri Iesu
 Christi sapientiam, & ad mutuâ colloquia cum primis Patribus, Pro-
 phetis, Apostolis, & alijs, quorum sermone lætabimur. Imo quoties
 affluamus in Ecclesiæ aut scholarum congressibus, optemus, ut
 quamprimum lætissimus ille dies illucescat, in quo fili-
 us Dei Dominus noster Iesus Christus, resuscita-
 tis mortuis, hunc uniuersæ suæ Ecclesiæ
 congressum, & hanc scho-
 lam nobis ostendet,

AMEN.